

France

ORATORUM ATTICORUM

VOLUMEN II

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ORATORES ATTICI

LYCURGUS, ÆSCHINES, HYPERIDES, DINARCHUS, GORGIÆ LESBONACTIS, HERODIS, ALCIDAMANTIS DECLAMATIONES

FRAGMENTA ORATORUM ATTICORUM

GORGIÆ LEONTINI, ANTIPHONTIS, LYSIÆ, ISOCRATIS, ISÆI, LYCURGI HYPERIDIS, DINARCHI, DEMADIS, ALIORUMQUE SEXAGINTA

GRÆCE CUM TRANSLATIONE REFICTA

A CAROLO MÜLLERO

ACCEDUNT SCHOLIA IN ORATIONES ISOCRATIS, ÆSCHINIS, DEMOSTHENIS ET INDEX NOMINUM ET RERUM ABSOLUTISSIMUS

QUEM COLLEGIT J. HUNZIKER

VOLUMEN SECUNDUM



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LVIII

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.

147 ## ΚΑΤΑ ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ δεινὰ ψήφισμα ποιεῖ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ὥστε μήτε τινὰ ἔξω γενέσθαι τῆς πόλεως μήτε μὴν ἐκθέσθαι παῖδας καὶ γυναῖκας. Λεωκράτης οὖν τις ἐξελθὼν τῆς πόλεως, καὶ ἀφικόμενος ἐν Ῥόδῳ καὶ πάλιν ἐν Μεγάροις, ἦλθεν ἐν Ἀθήναις· καὶ παρρησιαζομένου αὐτοῦ κατηγορίαν ποιεῖται ὁ Λυκοῦργος αὐτοῦ ὡς προδότου. Ἡ δὲ στάσις ὅρος ἀντονομάζων· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ Λεωκράτης ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν, οὐ μέντοι προδιδόναι. Ἄλλοι στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης, ὡς τοῦ μὲν ἐξελθεῖν ὁμολογουμένου, ἀμφιβαλλομένης δὲ τῆς προαιρέσεως, ποίᾳ γνώμῃ ἐξῆλθεν, εἴτ' ἐπὶ προδοσίᾳ εἴτ' ἐπὶ ἐμπορίᾳ. Ἄλλοι δὲ ἀντίστασιν· λέγει γὰρ οὐκ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἐπὶ ἐμπορίᾳ. Ἔοικε δὲ ἡ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τῇ τοῦ κατὰ Αὐτολύκου.

Δικαίαν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ εὐσεβῆ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας Λεωκράτους τοῦ κρινομένου ποιήσομαι. Εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμένοις, εἰ μὲν εἰσήγγελκα Λεωκράτην δικαίως καὶ κρίνω τὸν προδόντα αὐτῶν καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰς ἐν τοῖς
148 νόμοις θυσίας τὰς ὑπὸ τῶν ὑμετέρων προγόνων παραδεδομένας, (2) ἐμὲ μὲν ἄξιον ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων κατήγορον ποιῆσαι, ὃ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει συμφέρει, ὑμᾶς δὲ ὡς ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν βουλευομένους, καὶ ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν προδότην ἁπάντων τούτων, ἀπαραιτήτους δικαστὰς καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον γενέσθαι τοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα παρανομοῦσιν· εἰ δὲ μήτε τὸν προδόντα τὴν πατρίδα μήτε τὸν ἐγκαταλιπόντα τὴν πόλιν καὶ τὰ ἱερὰ εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα καθίστημι, σωθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ κινδύνου καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν καὶ ὑφ' ὑμῶν τῶν δικαστῶν.

3. Ἐβουλόμην δ' ἄν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ ὠφέλιμόν ἐστι τῇ πόλει εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας, οὕτω καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλῆφθαι· νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς τοῦτο, ὥστε τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύοντα καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεχθανόμενον οὐ φιλόπολιν ἀλλὰ φιλοπράγμονα δοκεῖν εἶναι, οὐ δικαίως οὐδὲ συμφερόντως τῇ πόλει. Τρία γάρ ἐστι τὰ μέγιστα, ἃ διαφυλάττει καὶ διασώζει τὴν δημοκρατίαν καὶ τὴν τῆς πόλεως εὐδαιμονίαν, (4) πρῶτον μὲν ἡ τῶν νόμων τάξις, δεύτερον δ' ἡ τῶν δικαστῶν ψῆφος, τρίτον δ' ἡ τούτοις τἀδικήματα παραδι-

CONTRA LEOCRATEM.

ARGUMENTUM. (135—138)

Post tolerata Chæroneæ pericula decretum facit Atheniensium populus, ut nemo ex urbe alio se conferret neque aut liberos aut uxores in alium locum traduceret. Leocrates igitur quispiam urbe egressus, Rhodum accessit, dein Megara pervenit, tandem Athenas rediit : atque quum istic cum fiducia ageret, accusationem adversus eum ceu proditorem Lycurgus instituit. Status est appellationum conflictio : fatetur enim Leocrates se reliquisse quidem urbem, sed haudquaquam prodidisse tamen. Alii dicunt conjecturam esse a consilio, ceu ejus qui profectum quidem se ex urbe haud infitietur, de cujus tamen instituto haud satis constet, qua mentis sententia sit egressus, proditionisne an negotiationis causa. Alii intentionem dicunt : affirmat enim se non proditionis, sed negotiationis causa reliquisse urbem. Est autem idem hujus orationis argumentum cum ea, quam adversus Autolycum scripsit.

Justum, Athenienses, et pium et pro nostra et deorum causa exordium accusationis Leocratis rei sum facturus. Precor enim Minervam reliquosque deos et heroas, per urbem passim et regionem constitutos, ut, si ad judicium vocaverim juste Leocratem, accusemque eum prodidisse et delubra et statuas deorum immortalium et lucos nec non legibus instituta sacra a vestris majoribus tradita, (2) me dignum hodierno die Leocratis scelerum accusatorem faciant, quod et populo et urbi est commodum, vos autem ceu pro parentibus et liberis et uxoribus et patria et sacris deliberantes, habentes item sub judicio proditorem horum omnium, faxint inexorabiles judices et nunc et in reliquum tempus adeo graviter et flagitiose delinquentibus : sin vero neque eum patriam prodidisse neque deseruisse urbem et sacra hoc certamine evicero, servatum iri ipsum a periculo et a diis et vobis judicibus efflagito.

3. Optarim autem, viri, quemadmodum utile est urbi esse accusatores eorum, qui scelerate in ea agunt, sic et humanum apud plerosque existimatum fuisset : jam vero eo res rediit, ut per sese periculum subiens ac pro publicis rebus odio expositus non patriæ amans, sed curiosus esse videatur, neque jure neque civitatis aliquo emolumento. Tria enim sunt maxima, quæ custodiunt atque conservant statum popularem urbisque felicitatem : (4) primum quidem legum præcepta, secundum judicum calculus, tertium vero his judicibus agnoscere concedens delicta judicium. Lex enim solet quæ non deceat agere,

δοῦσα κρίσις. Ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ κατήγορος μηνύειν τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις καθεστῶτας, ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν τοὺς ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων ἀποδειχθέντας αὐτῷ, ὥστ' οὔθ' ὁ νόμος οὔθ' ἡ τῶν δικαστῶν ψῆφος ἄνευ τοῦ παραδώσοντος αὐτοῖς τοὺς ἀδικοῦντας ἰσχύει. (5) Ἐγὼ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰδὼς Λεωκράτην φυγόντα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδύνους, ἐγκαταλιπόντα δὲ τοὺς αὑτοῦ πολίτας, προδεδωκότα δὲ πᾶσαν τὴν ὑμετέραν δύναμιν, ἅπασι δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἔνοχον ὄντα, ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν ἐποιησάμην, οὔτε δι' ἔχθραν οὐδεμίαν οὔτε διὰ φιλονεικίαν οὐδ' ἡντινοῦν τοῦτον τὸν ἀγῶνα προελόμενος, ἀλλ' αἰσχρὸν εἶναι νομίσας τοῦτον περιορᾶν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλοντα καὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν μετέχοντα, τῆς τε πατρίδος ὄνειδος καὶ πάντων ὑμῶν γεγενημένον. (6) Πολίτου γάρ ἐστι δικαίου μὴ διὰ τὰς ἰδίας ἔχθρας εἰς τὰς κοινὰς κρίσεις καθιστάναι τοὺς τὴν πόλιν μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ τοὺς εἰς τὴν πατρίδα τι παρανομοῦντας ἰδίους ἐχθροὺς εἶναι νομίζειν, καὶ τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων κοινὰς καὶ τὰς προφάσεις ἔχειν τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς.

7. Ἅπαντας μὲν οὖν χρὴ νομίζειν μεγάλους εἶναι τοὺς δημοσίους ἀγῶνας, μάλιστα δὲ τοῦτον ὑπὲρ οὗ νῦν μέλλετε τὴν ψῆφον φέρειν. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς δικάζητε, τοῦτο μόνον ἐπανορθοῦτε καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε, καθ' ὅσον ἂν τὸ ψήφισμα μέλλῃ βλάπτειν τὴν πόλιν· ὁ δὲ νῦν ἐνεστηκὼς ἀγὼν οὐ μικρόν τι μέρος συνέχει τῶν τῆς πόλεως οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὅλης τῆς πατρίδος καὶ κατὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἀείμνηστον καταλείψει τοῖς ἐπιγινομένοις τὴν κρίσιν. (8) Οὕτω γάρ ἐστι δεινὸν τὸ γεγενημένον ἀδίκημα καὶ τηλικοῦτον ἔχει τὸ μέγεθος, ὥστε μήτε κατηγορίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων. Τί γὰρ χρὴ παθεῖν τὸν ἐκλιπόντα μὲν τὴν πατρίδα, μὴ βοηθήσαντα δὲ τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς, ἐγκαταλιπόντα δὲ τὰς τῶν προγόνων θήκας, ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις παραδόντα; Τὸ μὲν γὰρ μέγιστον καὶ ἔσχατον τῶν τιμημάτων, θάνατος, ἀναγκαῖον μὲν ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμιον, ἔλαττον δὲ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων καθέστηκε. (9) Παρεῖσθαι δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων τιμωρίαν συμβέβηκεν, ὦ ἄνδρες, οὐ διὰ ῥᾳθυμίαν τῶν τότε νομοθετούντων, ἀλλὰ διὰ τὸ μήτ' ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον
149 εἶναι. Διὸ καὶ μάλιστα, ὦ ἄνδρες, δεῖ ὑμᾶς γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ νῦν ἀδικήματος δικαστὰς ἀλλὰ καὶ νομοθέτας. Ὅσα μὲν γὰρ τῶν ἀδικημάτων νόμος τις διώρικε, ῥᾴδιον τούτῳ κανόνι χρωμένους κολάζειν τοὺς παρανομοῦντας· ὅσα δὲ μὴ σφόδρα περιείληφεν ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύσας, μείζω δὲ τούτων τις ἠδίκηκεν, ἅπασι δὲ ὁμοίως ἔνοχός ἐστιν, ἀναγκαῖον τὴν ὑμετέραν κρίσιν καταλείπεσθαι παράδειγμα τοῖς ἐπιγιγνομένοις. (10) Εὖ δ' ἴστε, ὦ ἄνδρες, ὅτι οὐ μόνον

edicere, accusator autem denuntiare eos qui sint legum censuræ obnoxii, judex denique punire ab utrisque hisce demonstratos; quare neque lex neque judicum suffragium, nisi ipsis injuste agentes tradantur, quicquam valet. (5) Ego vero, Athenienses, compertum habens Leocratem fugisse pericula quæ pro patriæ defensione toleraret, deseruisse suos cives, prodidisse quoque omnem vestram potentiam, omniumque lege expressarum pœnarum reum, hanc ad judices ejus accusationem institui, neque inimicitia ulla neque contentione quadam adductus hoc certamen suscepi, verum turpe existimans hunc sinere foro inferre sese ac communium sacrorum participem esse, qui sit patriæ dedecus omniumque vestrûm turpitudo. (6) Justi enim est civis non ob privatas inimicitias ad publica judicia deferre eos qui nulla in re urbem injuria affecerint, verum eos qui in patriam quidquam committunt, suos hostes esse reputare, ac si publica crimina sunt, publice etiam profiteri causas, cur ab iis dissideamus.

7. Operæ pretium est itaque vos arbitrari universas publicas actiones esse ingentes, potissimum vero hanc super qua nunc calculum estis vestrum laturi. Etenim, quando de decretis quæ vetustis legibus repugnant causas judicatis, hoc tantummodo corrigitis idque solum cavetis, quatenus istud decretum offendat urbem: at quod nunc præ manibus est certamen haud exiguam quandam partem reipublicæ continet nec ad modicum temporis curriculum, sed pro tota patria perque omne ævum nunquam non memorandum relinquet posteris judicium. (8) Adeo enim dirum est patratum scelus, tam grande commissum facinus, ut neque accusationem liceat invenire dignam, neque legibus definita sit ultio sceleri respondens. Quo enim supplicii genere afficiendus est qui patriam deseruit, neque opem tulit patriis sacris, majorumque suorum reliquit tumulos, universam autem urbem subjugatam hostibus prodidit? Siquidem maximum et novissimum suppliciorum mors, necessaria quidem est ex legibus mulcta, Leocratis autem facinoribus improbis par non exstat. (9) Prætermitti autem super ejusmodi criminibus pœnam contigit, judices, non per socordiam eorum qui tum sancivere leges, sed quod prioribus temporibus nihil ejusmodi acciderit et quia non putarint tale quiddam futuris temporibus eventurum. Proinde quammaxime, viri, operæ pretium est vos esse non solum præsentis flagitii judices, verum etiam legislatores. Quæcumque enim scelera lege quapiam definita sunt, facile est secundum hanc regulam auctores eorum punire: quæcumque autem legislator accuratius non definiens comprehendit uno nomine appellans generatim, in his si quis majora quam legibus explicantur designavit, omnibusque legibus ex æquo obnoxius est, necessarium est vestrum judicium relinqui exemplum posteris. (10) Bene

τοῦτον νῦν κολάσετε κατεψηφισμένοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπ' ἀρετὴν προτρέψετε. Δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἥ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων ἀποβλέποντες τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι. Διὸ δεῖ, ὦ ἄνδρες, προσέχειν τούτῳ τῷ ἀγῶνι καὶ μηδὲν περὶ πλείονος ποιήσασθαι τοῦ δικαίου.

11. Ποιήσομαι δὲ κἀγὼ τὴν κατηγορίαν δικαίαν, οὔτε ψευδόμενος οὐδὲν οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγων. Οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν εἰς ὑμᾶς εἰσιόντων πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσιν· ἢ γὰρ συμβουλεύουσιν ἐνταῦθα περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ κατηγοροῦσι καὶ διαβάλλουσι πάντα μᾶλλον ἢ περὶ οὗ μέλλετε τὴν ψῆφον φέρειν. Ἔστι δ' οὐδέτερον τούτων χαλεπόν, οὔθ' ὑπὲρ ὧν μὴ βουλεύεσθε γνώμην ἀποφήνασθαι, οὔθ' ὑπὲρ ὧν μηδεὶς ἀπολογήσεται κατηγορίαν εὑρεῖν. (12) Ἀλλ' οὐ δίκαιον ὑμᾶς μὲν ἀξιοῦν δικαίαν τὴν ψῆφον φέρειν, αὐτοὺς δὲ μὴ δικαίαν τὴν κατηγορίαν ποιεῖσθαι. Τούτων δὲ αἴτιοι ὑμεῖς ἐστε, ὦ ἄνδρες· τὴν γὰρ ἐξουσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰσιοῦσι, καὶ ταῦτα κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. (13) Πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν· οὕτω γὰρ ἔσται τοῖς τε κρινομένοις ἄνευ διαβολῆς ὁ ἀγὼν καὶ τοῖς διώκουσιν ἥκιστα συκοφαντεῖν καὶ ὑμῖν εὐορκοτάτην τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν. Ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἄνευ τοῦ ἀλόγου, μὴ δικαίως δεδιδαγμένους δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον.

14. Δεῖ δ', ὦ ἄνδρες, μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι οὐχ ὅμοιός ἐστιν ὁ ἀγὼν περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωτῶν. Περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλλησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἐδοκεῖτ' ἂν ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου ὅ τι ἂν βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. Ἐπιφανής τε γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἣν ἐποιήσατο καθ' ὑμῶν πρός τε τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥοδίων καὶ τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ, (15) οἳ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιπλέοντες δι' ἐργασίαν ἀπήγγελλον ἅμα περὶ τῆς πόλεως ἃ Λεωκράτους ἀκηκόεσαν· οἳ ἴσασι τὰ τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων ἔργα ἐναντιώτατα τοῖς τούτῳ διαπεπραγμένοις ὄντα. Ὥστε περὶ πολλοῦ ποιητέον ἐστὶν ὀρθῶς βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ. Εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι ᾧ πλεῖστον διαφέρετε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τῷ πρός τε τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς καὶ πρὸς τοὺς γονεῖς ὁσίως καὶ πρὸς τὴν πατρίδα φιλοτίμως ἔχειν, τούτων πλεῖστον ἀμελεῖν δόξοιτ' ἄν, εἰ τὴν παρ' ὑμῶν οὗτος διαφύγοι τιμωρίαν.

16. Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκοῦσαί μου τῆς κατηγορίας διὰ τέλους, καὶ μὴ ἄχθεσθαι ἐὰν ἄρξωμαι ἀπὸ τῶν τῇ πόλει τότε συμβάντων, ἀλλὰ τοῖς αἰτίοις ὀργίζεσθαι καὶ δι' οὓς ἀναγκάζομαι νῦν μεμνῆσθαι περὶ

autem novistis, viri, quod non hunc solum nunc punietis sententia vestra condemnantes, verum etiam juniores omnes ad virtutem adhortabimini. Duo enim sunt quæ erudiunt juvenes, nempe injuste agentium supplicium et quæ bonis viris datur gratia : ad utrumque autem horum respicientes, hoc quidem propter metum defugiunt, illam vero propter gloriam concupiscunt. Quocirca opus est vos, viri, advertere mentem huic certamini neque quicquam anteferre justo.

11. Faciam autem et ego accusationem justam, neque comminiscens quidquam neque extra rem dicens. Plurimi autem eorum qui ad vos adeunt oratores omnium absurdissimum faciunt : aut enim deliberant hic de publicis rebus, aut accusant et calumniantur omnia potius quam de eo agunt de quo sententiam dicturi estis. Atqui neutrum horum difficile est, neque de iis sententiam exponere, de quo vos judices non deliberatis, neque eorum, quorum nemo defensionem suscipiet, accusationem invenire. (12) At non est æquum vos quidem contendere justum calculum ferre, istos autem haud justam accusationem facere. Harum autem rerum vos auctores estis, viri : potestatem enim dedistis huc ingressis oratoribus hanc, quum tamen pulcherrimum Græcorum exemplum vobis in promptu sit Areopagi concilium, quod in tantum ab aliis discrepat dicasteriis, ut et apud ipsos condemnatos constet justum exhiberi judicium. (13) Ad quod respicientes vos operæ pretium est haud permittere ut quidquam a causa alienum patroni causarum dicant. Ita enim futurum est ut reis citra calumniam certamen peragatur actoribusque minime sycophantis esse liceat vosque fidelissimum firmissimumque calculum feratis. Fieri enim non potest (ne dicam absurdum esse), ut non juste edocti, justum feratis suffragium.

14. Opus est autem, judices, neque hoc latere vos, quod non sit idem certamen de hoc aliisque ex vulgo reis. De incognito enim Græcis homine domi inter vos ipsos aut bene aut male sententiam tulisse videremini : de hoc vero quicquid consulueritis omnium Græcorum ore feretur. Celebris enim est nominis tum ob profectionem suam qua hinc in Rhodum insulam enavigavit, tum propter nuntium quem de vobis fecit et ad urbem Rhodiorum et ad mercatores qui illic sunt advenæ, (15) qui universum terrarum orbem circumnavigantes quæstus causa disseminarunt de urbe simul quæ ex Leocrate audiverunt; qui majorum vestrorum facta noverunt longe contraria hisce quæ ab hoc transacta sunt. Plurimi ergo faciendum est recte de eo statuere. Probe enim vobis exploratum est, Athenienses, quod quanto amplius differatis ab aliis hominibus, eo quod erga deos religiose, erga parentes pie, erga patriam vos honeste geratis, tanto negligentiores videamini, si vestrum hic evaserit supplicium.

16. Quæso autem vos, Athenienses, ut accusationem hanc meam ad finem usque patienti animo audiatis, nec ægre feratis si exordium sumam ab iis rebus quæ tum urbi contigerunt, sed auctoribus earum potius indignemini et iis

αὐτῶν. Γεγενημένης γὰρ τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης καὶ συνδραμόντων ἁπάντων ὑμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐψηφίσατο ὁ δῆμος παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὰ τείχη κατακομίζειν, τοὺς δὲ στρατηγοὺς τάττειν εἰς τὰς φυλακὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι, καθ' ὅ τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ. (17) Λεωκράτης δὲ τούτων οὐδενὸς φροντίσας, συσκευασάμενος ἃ εἶχε χρήματα μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε, τῆς νεὼς ἤδη περὶ τὴν ἀκτὴν ἐξορμούσης, καὶ περὶ δείλην ὀψίαν αὐτὸς μετὰ τῆς ἑταίρας Εἰρηνίδος κατὰ μέσην τὴν ἀκτὴν διὰ τῆς πυλίδος ἐξελθὼν πρὸς τὴν ναῦν προσέπλευσε καὶ ᾤχετο φεύγων, οὔτε τοὺς λιμένας τῆς πόλεως ἐλεῶν, ἐξ ὧν ἀνήγετο, οὔτε τὰ τείχη τῆς πατρίδος αἰσχυνόμενος, ὧν τὴν φυλακὴν ἔρημον τὸ καθ' αὑτὸν μέρος κατέλειπεν· οὐδὲ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς σωτείρας ἀφορῶν καὶ προδιδοὺς ἐφοβήθη, οὓς αὐτίκα σώσοντας ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλέσεται. (18) Καταχθεὶς δὲ καὶ ἀφικόμενος εἰς Ῥόδον, ὥσπερ τῇ πατρίδι μεγάλας εὐτυχίας εὐαγγελιζόμενος, ἀπήγγελλεν ὡς τὸ μὲν ἄστυ τῆς πόλεως ἑαλωκὸς καταλίποι, τὸν δὲ Πειραιέα πολιορκούμενον, αὐτὸς δὲ μόνος διασωθεὶς ἥκοι· καὶ οὐκ ᾐσχύνθη τὴν τῆς πατρίδος ἀτυχίαν αὑτοῦ σωτηρίαν προσαγορεύσας. Οὕτω δὲ σφόδρα ταῦτ' ἐπίστευσαν οἱ Ῥόδιοι, ὥστε τριήρεις πληρώσαντες τὰ πλοῖα κατῆγον, καὶ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων οἱ παρεσκευασμένοι δεῦρο πλεῖν αὐτοῦ τὸν σῖτον ἐξείλοντο καὶ τἆλλα χρήματα διὰ τοῦτον. (19) Καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς μαρτυρίας ἁπάντων, πρῶτον μὲν τὰς τῶν γειτόνων καὶ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κατοικούντων, οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν, ἔπειτα τῶν παραγενομένων εἰς Ῥόδον, ὅτε Λεωκράτης ταῦτ' ἀπήγγελλε, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Φυρκίνου μαρτυρίαν, ὃν καὶ ὑμῶν [ἴσασιν] οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα τούτου ἐν τῷ δήμῳ ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτοῖς.

20. Πρὸ δὲ τοῦ ἀναβαίνειν τοὺς μάρτυρας βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι ὑμῖν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὦ ἄνδρες, οὔτε τὰς παρασκευὰς τῶν κρινομένων οὔτε τὰς δεήσεις τῶν ἐξαιτουμένων, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπίστασθε ὅτι χρημάτων ἕνεκα καὶ χάριτος πολλοὶ ἐπείσθησαν τῶν μαρτύρων ἢ ἀμνημονεῖν ἢ μὴ ἐλθεῖν ἢ ἑτέραν πρόφασιν εὑρεῖν. Ἀξιοῦτε οὖν τοὺς μάρτυρας ἀναβαίνειν μηδὲ ὀκνεῖν μηδὲ περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τὰς χάριτας ὑμῶν καὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀποδιδόναι τῇ πατρίδι τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια, μηδὲ λείπειν τὴν τάξιν ταύτην καὶ μιμεῖσθαι Λεωκράτην, ἢ λαβόντας τὰ ἱερὰ κατὰ τὸν νόμον ἐξομόσασθαι. Ἐὰν δὲ μηδέτερον τούτων ποιῶσιν, ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καὶ τῆς δημοκρατίας κλητεύσωμεν αὐτούς. Λέγε τὰς μαρτυρίας.

propter quos cogor hæc ipsa in memoriam revocare. Commisso enim apud Chæroneam prœlio factoque omnium vestrûm ad concionem concursu, decrevit populus liberos et uxores ex agris intra mœnia transferre, imperatores autem ordinare ad excubias quosvis Atheniensium aliorumque demorantium Athenis, quatenus ipsis videretur. (17) Leocrates autem, horum nihil plane curans, omnes quas habebat facultates convasatas cum famulis suis domesticis in lembum transtulit, navi jam circa litus stationem relictura, atque circa crepusculum vespertinum ipse cum amica Irenide juxta medium litus per portulam egressus ad navim adnavigavit abiitque fugiens, neque portus urbis misertus, e quibus in altum abducebatur, neque mœnia patriæ reveritus, quorum custodiam desertam pro virili sua parte reliquit, neque arcem ac delubrum Jovis Servatoris et Minervæ Servatricis respiciens et prodens exterritus est, quos actutum e periculis sibi servatores invocabit. (18) Deductus autem et perveniens in insulam Rhodum, ceu patriæ suæ ingentem felicitatem oblatam prædicans, renuntiavit quod arcem civitatis captam reliquerit, Piræei obsessum emporium, se solum conservatum evasisse affirmans : nec erubuit patriæ infortunium suam salutem appellare. Adeo autem valde hæc crediderunt Rhodii, ut instructis triremibus navigia aliorum in portum suum vi deducerent, atque mercatores et naucleri instructi huc navigare, suum frumentum vi amiserint ceterasque res propter ipsum hunc. (19) Et quod hæc vera dicam, leget vobis testimonia omnium, primum quidem vicinorum et in loco hoc commorantium, qui hunc noverunt in bello fuga sibi consulentem Athenis enavigasse, deinde eorum qui Rhodi erant, quando Leocrates hæc renuntiabat; post hæc audietis Phyrcini testimonium, quem et vestrûm [noverunt] plerique accusasse hunc apud populum, quod socius Leocratis in conducenda quinquagesima, fraude ejus ingens passus esset damnum.

20. Priusquam autem ascendant huc testes, paucis cupio dissertare vobiscum. Non sunt clam vobis, judices, neque clandestinæ machinationes judicandorum neque preces exorantium, denique accurate nostis quod pecunia vel gratia plerique testium persuaderi sibi patiantur, ut aut immemores esse prætendant aut non veniant ad judicium aut aliam excusationem inveniant. Jubete proinde testes ascendere neque resides esse in patefacienda veritate neque pluris facere favorem et beneficia quam vos et urbem hanc ipsam, sed reddere patriæ ea quæ vera et justa sunt, neque relinquere ordinem hunc ita ut imitentur Leocratem, aut aram tangentes eos secundum legem testimonium ejurare. Sin neutrum horum fecerint pro vobis legibusque et republ., vocabimus eos in judicium. Recita testimonia.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

21. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ χρόνος ἐγένετο καὶ ἀφικνεῖτο Ἀθήνηθεν πλοῖα εἰς τὴν Ῥόδον καὶ φανερὸν ἦν ὅτι οὐδὲν δεινὸν ἐγεγόνει περὶ τὴν πόλιν, φοβηθεὶς ἐκπλεῖ πάλιν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἀφικνεῖται εἰς Μέγαρα· καὶ ᾤκει ἐν Μεγάροις πλείω ἢ πέντε ἔτη προστάτην ἔχων Μεγαρέα, οὐδὲ τὰ ὅρια τῆς χώρας αἰσχυνόμενος, ἀλλ' ἐκ γειτόνων τῆς ἐκθρεψάσης αὐτὸν πατρίδος μετοικῶν. (22) Καὶ οὕτως αὐτοῦ κατεγνώκει ἀΐδιον φυγήν, ὥστε μεταπεμψάμενος ἐντεῦθεν Ἀμύνταν τὸν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχοντα τὴν πρεσβυτέραν καὶ τῶν φίλων Ἀντιγένην Ξυπεταιῶνα, καὶ δεηθεὶς τοῦ κηδεστοῦ πρίασθαι παρ' αὐτοῦ τἀνδράποδα καὶ τὴν οἰκίαν, ἀποδόσθαι ταλάντου, καὶ ἀπὸ τούτου προσέταξε τοῖς τε χρήσταις ἀποδοῦναι τὰ ὀφειλόμενα καὶ τοὺς ἐράνους διενεγκεῖν, τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῷ ἀποδοῦναι. (23) Διοικήσας δὲ ταῦτα πάντα ὁ Ἀμύντας αὐτὸς πάλιν ἀποδίδοται τἀνδράποδα πέντε καὶ τριάκοντα μνῶν Τιμοχάρει Ἀχαρνεῖ τῷ τὴν νεωτέραν ἔχοντι τούτου ἀδελφήν· ἀργύριον δὲ οὐκ ἔχων δοῦναι ὁ Τιμοχάρης, συνθήκας ποιησάμενος καὶ θέμενος παρὰ Λυσικλεῖ, μίαν μνᾶν τόκον ἔφερε τῷ Ἀμύντᾳ. Ἵνα δὲ μὴ λόγον οἴησθε εἶναι, ἀλλ' εἰδῆτε τὴν ἀλήθειαν, ἀναγνώσεται καὶ τούτων ὑμῖν τὰς μαρτυρίας. Εἰ μὲν οὖν ζῶν ἐτύγχανεν ὁ Ἀμύντας, ἐκεῖνον ἂν αὐτὸν παρειχόμην· νυνὶ δὲ ὑμῖν καλῶ τοὺς
151 συνειδότας. Καί μοι λέγε ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ὡς ἐπρίατο παρὰ Λεωκράτους ἐν Μεγάροις τὰ ἀνδράποδα Ἀμύντας καὶ τὴν οἰκίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

24. Ἀκούσατε δὲ καὶ ὡς ἀπέλαβε τετταράκοντα μνᾶς παρὰ Ἀμύντου Φιλόμηλος Χολαργεὺς καὶ Μενέλαος ὁ πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Λαβὲ δέ μοι καὶ τὴν Τιμοχάρους τοῦ πριαμένου τἀνδράποδα παρ' Ἀμύντου πέντε καὶ τριάκοντα μνῶν, καὶ τὰς συνθήκας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ. ΣΥΝΘΗΚΑΙ.

25. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· ἄξιον δ' ἐστὶν ἐφ' οἷς μέλλω λέγειν ἀγανακτῆσαι καὶ μισῆσαι τουτονὶ Λεωκράτην. Οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὰ χρήματα μόνον ὑπεκθέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, ἃ τοῖς ὑμετέροις νομίμοις καὶ πατρῴοις ἔθεσιν οἱ πρόγονοι παρέδοσαν αὐτῷ ἱδρυσάμενοι, ταῦτα μετεπέμψατο εἰς Μέγαρα καὶ ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας, οὐδὲ τὴν ἐπωνυμίαν τῶν πατρῴων ἱερῶν φοβηθείς, ὅτι ἐκ τῆς πατρίδος αὐτὰ κινήσας συμφεύγειν αὐτῷ, ἐκλείποντα τοὺς νεὼς καὶ τὴν χώραν ἣν κατεῖχον, ἠξίωσε, καὶ ἱδρύσασθαι ἐπὶ ξένης καὶ ἀλλοτρίας, καὶ εἶναι ὀθνεῖα τῇ χώρᾳ καὶ τοῖς νομίμοις τοῖς κατὰ τὴν Μεγαρέων

TESTIMONIA.

21. Contigit post hæc, judices, ut naves Athenis appellerent Rhodum; patefacto igitur quod nihil periculi aut horrendi obvenisset urbi, perterrefactus rursum e Rhodo solvens Megara adiit, habitavitque Megaris ultra quinquennium patronum habens Megarensem, neque confinia regionis reveritus, verum apud vicinos patriæ quæ eum aluerat educaveratque peregrinus manens. (22) Atque adeo ipse se ad perpetuam condemnabat fugam, ut accerseret hinc Amyntam qui sororem suam grandiorem natu habebat, et amicorum Antigenem Xypetensem, precatusque affinem suum ut ab se emeret mancipia domumque, venderet talento, de eo mandaret creditoribus persolvi debita, et amicis stipem collatitiam refundi, quod vero superesset sibi reddendum juberet. (23) Persecutus hæc omnia Amyntas ipse rursus divendit mancipia triginta quinque minis Timochari Acharnensi qui minorem hujus natu sororem uxorem tenebat: quum autem non haberet quod daret argentum Timochares, ex pacto, quod scriptum apud Lysiclem deposuit, minam pro fœnore solvebat Amyntæ. Ne autem existimetis verba esse sola quæ proloquor, sed veritatem esse sciatis, legentur et horum vobis testimonia. Quodsi adhuc viveret Amyntas, illum ipsum vobis exhiberem: nunc vero accerso rei conscios. Recita proinde mihi hoc testimonium, quomodo nimirum emerit ab Leocrate Megaris mancipia Amyntas et ædes.

TESTIMONIUM.

24. Audite etiam qui acceperit quadraginta minas ab Amynta Philomelus Cholargensis et Menelaus is qui legatione ad regem functus est.

TESTIMONIUM.

Cape etiam testimonium Timocharis qui redemit mancipia ab Amynta triginta quinque minis; pacta etiam cape (quæ cum Amynta fecit).

TESTIMONIUM. PACTA.

25. Testes quidem audivistis, judices: est autem æquum vos succensere Leocrati atque eum odisse ob ea quæ jam dicturus sum. Haud enim satis ei fuit corpus suum facultatesque subducere, verum etiam sacra patria, quæ vestris legitimis et patriis consuetudinibus majores ipsi tradiderunt, hæc ipsa Megara accivit eque regione evexit, neque appellationem patriorum sacrorum metuens quicquam, quod ex patria ea movens fugæ suæ consortia esse, relictis delubro et regione hac quam obtinebant, compulit, in extero et alieno solo ea collocans, ut essent peregrina regioni et le-

πόλιν εἰθισμένοις. (26) Καὶ οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν τὴν Ἀθηνᾶν ὡς τὴν χώραν εἰληχυῖαν, ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν πατρίδα προσηγόρευον Ἀθήνας, ἵν' οἱ τιμῶντες τὴν θεὸν τὴν ὁμώνυμον αὐτῇ πόλιν μὴ ἐγκαταλίπωσι· Λεωκράτης δὲ οὔτε νομίμων οὔτε πατρῴων οὔτε ἱερῶν φροντίσας τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐξαγώγιμον ὑμῖν καὶ τὴν παρὰ τῶν θεῶν βοήθειαν ἐποίησε. Καὶ οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτῷ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὴν πόλιν ἀδικῆσαι, ἀλλ' οἰκῶν ἐν Μεγάροις, οἷς παρ' ὑμῶν ἐξεκομίσατο χρήμασιν ἀφορμῇ χρώμενος, ἐκ τῆς Ἠπείρου παρὰ Κλεοπάτρας εἰς Λευκάδα ἐσιτήγει καὶ ἐκεῖθεν εἰς Κόρινθον. (27) Καίτοι, ὦ ἄνδρες, καὶ περὶ τούτων οἱ ὑμέτεροι νόμοι τὰς ἐσχάτας τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ ἢ ὡς ὑμᾶς. Ἔπειτα τὸν προδόντα μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, σιτηγήσαντα δὲ παρὰ τοὺς νόμους, μὴ φροντίσαντα δὲ μήτε ἱερῶν μήτε πατρίδος μήτε νόμων, τοῦτον ἔχοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ οὐκ ἀποκτενεῖτε καὶ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ποιήσετε; Πάντων ἄρα ἀνθρώπων ῥᾳθυμότατοι ἔσεσθε καὶ ἥκιστα ἐπὶ τοῖς δεινοῖς ὀργιζόμενοι.

28. Καὶ ταῦτα δέ, ὦ ἄνδρες, ἐμοῦ θεωρήσατε, ὡς δικαίαν τὴν ἐξέτασιν ποιουμένου περὶ τούτων. Οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὑπὲρ τηλικούτων ἀδικημάτων εἰκάζοντας ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν εἰδότας ψηφίζεσθαι, καὶ τοὺς μάρτυρας μὴ δώσοντας ἔλεγχον μαρτυρεῖν ἀλλὰ δεδωκότας. Παρεκαλεσάμην γὰρ αὐτοὺς πρόκλησιν ὑπὲρ τούτων ἁπάντων γράψας καὶ ἀξιῶν βασανίζειν τοὺς τούτου οἰκέτας. Καί μοι λέγε ταύτην.

ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.

29. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, τῆς προκλήσεως. Ἅμα τοίνυν ταύτην Λεωκράτης οὐκ ἐδέχετο καὶ κατεμαρτύρει αὑτοῦ ὅτι προδότης τῆς πατρίδος ἐστίν· ὁ γὰρ τὸν παρὰ τῶν συνειδότων ἔλεγχον φυγὼν ὡμολόγηκεν ἀληθῆ εἶναι τὰ εἰσηγγελμένα. Τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν ὅτι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων πολὺ δοκεῖ δικαιότατον καὶ δημοτικώτατον εἶναι, ὅταν οἰκέται ἢ θεράπαιναι συνειδῶσιν ἃ δεῖ, τούτους ἐλέγχειν καὶ βασανίζειν, καὶ τοῖς ἔργοις μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις πιστεύειν, ἄλλως τε καὶ περὶ πραγμάτων κοινῶν καὶ μεγάλων καὶ συμφερόντων τῇ πόλει; (30) Ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ ἀδίκως τὴν εἰσαγγελίαν κατὰ Λεωκράτους ποιήσασθαι, ὅσον ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην τοῖς ἰδίοις κινδύνοις ἐν τοῖς Λεωκράτους οἰκέταις καὶ θεραπαίναις βασανισθεῖσι τὸν ἔλεγχον γενέσθαι, οὑτοσὶ δὲ διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ οὐχ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἔφυγε. Καίτοι, ὦ ἄνδρες, πολὺ θᾶττον οἱ Λεωκράτους οἰκέται καὶ θεράπαιναι τῶν λεγομένων ἄν τι ἠρνήθησαν ἢ τὰ μὴ ὄντα τοῦ αὑτῶν δεσπότου κατεψεύσαντο.

152 31. Χωρὶς τοίνυν τούτων Λεωκράτης ἀναβοήσεται αὐτίκα ὡς ἰδιώτης ὢν καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ ῥήτορος καὶ συκοφάντου δεινότητος ἀναρπαζόμενος. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι πάντας ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι τῶν μὲν δεινῶν καὶ συκοφαντεῖν ἐπιχειρούντων ἔργον ἐστὶν ἅμα τοῦτο

gibus Megarensium urbi consuetis. (26) Patres sane vestri urbem Athenas deæ quæ regionem hanc obtinuit, Athenæ cognominem fecerunt, ut venerantes deam idem nominis obtinentem cum urbe illam ipsam non relinquerent: Leocrates vero neque patriorum rituum neque sacrorum curam gerens, quantum in se fuit, a vobis deorum auxilium eduxit avexitque. Neque satis fuit ei tot tantisque urbem hanc injuriis afficere, verum demorans Megaris, pecuniis quas a vobis asportavit fretus, ex Epiro a Cleopatra in Leucadem frumentum vexit indeque Corinthum. (27) Quanquam leges vestræ, judices, extrema supplicia decernant in ejusmodi delictum, si quis Atheniensium alio quam ad vos frumenta divendenda transvehat. Proinde eum qui tempore belli proditor fuit, qui frumentum alio præter leges vestras transtulit, qui non habuit rationem neque sacrorum neque patriæ, neque legum, hunc habentes vestræ sententiæ subjectum non occidetis, nec exemplum reliquis hominibus facietis? Omnium itaque hominum ignavissimi eritis et minime ob gravissima scelera irascentes.

28. Verum hoc quoque, judices, considerate quam justam de his omnibus ego explorationem fecerim. Non enim arbitror vos decere super adeo grandibus delictis divinantes, sed veritatem contuentes sententiam ferre, atque testes esse non qui daturi sunt testimonium, sed qui dederunt. Provocavi enim eos, libellum de vocandis ad quæstionem super his omnibus scribens, par esse censens examinare tormentis hujus servos. Recita mihi hunc libellum.

LIBELLUS DE PROVOCANDIS TESTIBUS.

29. Auditis igitur, judices, provocationem. Hanc vero Leocrates haud recipiebat eoque testabatur de sese quod patriæ esset proditor: quum enim consciorum denuntiationem fugit, confessus est vera esse quorum causa in judicium est vocatus. Quis enim vestrûm ignorat, omnium multo justissimum admodumque populare esse in rebus controversis fieri inquisitionem in servos et servas conscias, ita ut convincantur quod consciverint, eoque facto rebus ipsis potius quam orationibus adhibere fidem, de rebus præcipue communibus et arduis et conferentibus urbi? (30) Ego itaque tantum absum ab eo ut injustam accusationem adversus Leocratem instituerim, ut ego quidem meo ipsius periculo privato in Leocratis servis et ancillis tormentis examinatis probationem esse voluerim, hic vero, quia sibi ipse mali conscius fuit, haud sustinuerit hoc, sed defugerit. At vero, judices, multo citius Leocratis servi et ancillæ eorum quæ allegantur quicquam infitiati fuissent quam ea quæ non essent contra dominum mentiti.

31. Ad hæc Leocrates vociferabitur actutum, quod expers eloquentiæ ipse ab oratoris et calumniatoris vehementia et versutia percellatur. Ego autem puto omnibus vobis constare, facundia pollentes et calumniari solentes hoc simul

προαιρεῖσθαι καὶ ζητεῖν τὰ χωρία ταῦτα ἐν οἷς τοὺς παραλογισμοὺς κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων ποιήσονται, τῶν δὲ δικαίως τὰς κρίσεις ἐνισταμένων καὶ τοὺς ἐνόχους ταῖς ἀραῖς ἀκριβῶς ἀποδεικνύντων τἀναντία φαίνεσθαι τούτοις ποιοῦντας, ὥσπερ ἡμεῖς. (32) Οὑτωσὶ δὲ διαλογίζεσθε περὶ τούτων παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. Τίνας ἀδύνατον ἦν τῇ δεινότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λόγου παραγαγεῖν; Κατὰ φύσιν τοίνυν βασανιζόμενοι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ πάντων τῶν ἀδικημάτων ἔμελλον φράσειν οἱ οἰκέται καὶ αἱ θεράπαιναι. Ἀλλὰ τούτους ὁ Λεωκράτης παραδοῦναι ἔφυγε, καὶ ταῦτα οὐκ ἀλλοτρίους ἀλλ' αὐτοῦ ὄντας. (33) Τίνας δὲ δυνατὸν εἶναι δοκεῖ τοῖς λόγοις ψυχαγωγῆσαι καὶ τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους τοῖς δακρύοις εἰς ἔλεον προαγαγέσθαι; τοὺς δικαστάς. Ἐνταῦθα Λεωκράτης ὁ προδότης τῆς πατρίδος ἐλήλυθεν, οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος μὴ ἐκ τῆς αὐτῆς οἰκίας οἵ τ' ἐξελέγχοντες τῷ ἔργῳ καὶ ὁ ἐξελεγχόμενος γένηται. Τί γὰρ ἔδει προφάσεων ἢ λόγων ἢ σκήψεως; ἁπλοῦν τὸ δίκαιον, ῥᾴδιον τὸ ἀληθές, βραχὺς ὁ ἔλεγχος. (34) Εἰ μὲν ὁμολογεῖ τὰ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ ἀληθῆ καὶ ὅσια εἶναι, τί οὐ τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας τυγχάνει; εἰ δὲ μή φησι ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, τί οὐ παραδέδωκε τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας; Προσήκει γὰρ τὸν ὑπὲρ προδοσίας κινδυνεύοντα καὶ παραδιδόναι βασανίζειν καὶ μηδένα τῶν ἀκριβεστάτων ἐλέγχων φεύγειν. (35) Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἔπραξεν, ἀλλὰ καταμεμαρτυρηκὼς ἑαυτοῦ ὅτι προδότης ἐστὶ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νόμων, ἀξιώσει ὑμᾶς ἐναντία ταῖς αὑτοῦ ὁμολογίαις καὶ μαρτυρίαις ψηφίσασθαι. Καὶ πῶς δίκαιόν ἐστι τὸν τὴν ἐξουσίαν τῆς ἀπολογίας αὑτοῦ ἐξ ἄλλων τε πολλῶν καὶ ἐκ τοῦ μὴ δέξασθαι τὰ δίκαια περιῃρημένον, τοῦτον ἐᾶσαι ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων ἀδικημάτων ἐξαπατῆσαι;

36. Περὶ μὲν οὖν τῆς προκλήσεως καὶ τοῦ ἀδικήματος, ὅτι ὁμολογούμενόν ἐστιν, ἱκανῶς ὑμᾶς ἡγοῦμαι, ὦ ἄνδρες, μεμαθηκέναι· ἐν οἷς δὲ καιροῖς καὶ ἡλίκοις κινδύνοις τὴν πόλιν οὖσαν Λεωκράτης προδέδωκεν, ἀναμνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι. Καί μοι λαβὲ τὸ ψήφισμα, γραμματεῦ, τὸ Ὑπερείδου, καὶ ἀναγίνωσκε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

37. Ἀκούετε τοῦ ψηφίσματος, ὦ ἄνδρες, ὅτι τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ χρηματιοῦσαν περὶ φυλακῆς τοῦ Πειραιέως ἐν τοῖς ὅπλοις ἔδοξε, καὶ πράττειν διεσκευασμένην ὅ τι ἂν δοκῇ τῷ δήμῳ συμφέρον εἶναι. Καίτοι, ὦ ἄνδρες, εἰ οἱ ἀφειμένοι τοῦ στρατεύεσθαι ἕνεκα τοῦ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῇ τῶν στρατιωτῶν τάξει διέτριβον, ἆρ' ὑμῖν δοκοῦσι μικροὶ καὶ οἱ τυχόντες φόβοι τότε τὴν πόλιν κατασχεῖν; (38) ἐν οἷς Λεωκράτης οὑτοσὶ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς πόλεως ἀποδρὰς ᾤχετο καὶ τὰ χρήματα τὰ ὑπάρχοντα ἐξεκόμισε καὶ ἱερὰ τὰ πατρῷα μετεπέμψατο, καὶ εἰς τοσοῦτον προδοσίας ἦλθεν ὥστε

sibi permittere, ut eos quærant locos quibus fallacias contra adversarios intendere possint; eos vero, qui juste judicia instituant obnoxiosque diris manifesto demonstrent, contraria prorsus atque illos facere deprehendi, sicuti nos. (32) Sic autem cogitate de his apud vosmetipsos: quosnam nemo potuisset vehementia apparatibusque orationis seducere? [Famulos.] Natura igitur tormentis examinati omnem veritatem de omnibus flagitiis dicturi erant servi et ancillæ: sed hos Leocrates tradere devitavit, idque non alienos, sed suos. (33) Quos autem fieri posse videtur ut verborum artificiis demulceas, animique ipsorum mollitiem lacrimis ad misericordiam adducas? Judices. In hunc utique locum Leocrates patriæ proditor pervenit, nihil aliud metuens quam ne ex eadem domo et redarguentes rebus ipsis et redargutus convictusve ipse prodeat. Quid enim opus erat prætextibus aut verbis aut consideratione? Simplex est justitia, facilis res est veritas, brevis redargutio. (34) Si fateatur ea, quorum causa accusatur, vera esse et sancta, cur non juxta legum sententiam supplicio afficitur? sin hæc vera esse infitietur, cur non tradidit servos et ancillas? Decet enim proditionis insimulatum mancipia ad quæstionem subeundam tradere, ac nullam accuratissimarum investigationum subterfugere. (35) Sed nihil horum egit; enimvero testimonium in se ipsum perhibens, quod sit patriæ proditor et religionis et legum, contendet ut vos contraria suis et confessionibus ac testimoniis decernatis. At qui justum est ut eum, qui defendendi se facultatem et aliis rebus multis et eo quod non acceperit justas conditiones sibi præciderit, sinatis vobis ipsis super apertis sceleribus imponere?

36. De provocatione igitur, qua mancipia ad quæstionem tradi jussi, et de crimine, utpote omnibus manifesto, satis puto, judices, vos edoctos esse. Quibus autem temporibus et quantis periculis expositam urbem prodiderit, revocare vobis ad memoriam volo. Cape mihi, scriba, decretum Hyperidis, et recita.

DECRETUM.

37. Auditis decretum, judices, quod senatum quingentorum descendere in Piræeum, ut statueret de custodia Piræei, placuit armatum et instructum transigere quod videretur populo conducere. At vero, judices, si rude donati, ut pro urbe consultarent, in militum ordine perseverarunt, num vobis exigui et vulgares metus videntur tum urbem occupasse? (38) In quibus Leocrates hic et ipse ex urbe fugiens abiit omnesque facultates exportavit sacraque patria abduxit, atque ad tantum proditionis crimen pervenit, ut secundum ipsius quidem institutum de-

κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἔρημοι μὲν ἦσαν οἱ ναοί, ἔρημοι δὲ αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν, ἐξελέλειπτο δὲ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα. (39) Καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὦ ἄνδρες, τίς οὐκ ἂν τὴν πόλιν ἠλέησεν, οὐ μόνον πολίτης ἀλλὰ καὶ ξένος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπιδεδημηκώς; τίς δ' ἦν οὕτως ἢ μισόδημος τότε ἢ μισαθήναιος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν ἄτακτον αὑτὸν ὑπομεῖναι ἰδεῖν, ἡνίκα ἡ μὲν ἧττα καὶ τὸ γεγονὸς πάθος τῷ [δήμῳ] προσηγγέλλετο, ὀρθὴ δὲ ἦν ἡ πόλις ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, αἱ δ' ἐλπίδες τῆς σωτηρίας τῷ δήμῳ ἐν τοῖς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι καθειστή-
153 κεσαν, (40) ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθέρας περιφόβους κατεπτηχυίας καὶ πυνθανομένας εἰ ζῶσι, τὰς μὲν ὑπὲρ ἀνδρός, τὰς δ' ὑπὲρ πατρός, τὰς δ' ὑπὲρ ἀδελφῶν, ἀναξίως αὑτῶν καὶ τῆς πόλεως ὁρωμένας, τῶν δ' ἀνδρῶν τοὺς τοῖς σώμασιν ἀπειρηκότας καὶ ταῖς ἡλικίαις πρεσβυτέρους καὶ ὑπὸ τῶν νόμων τοῦ στρατεύεσθαι ἀφειμένους ἰδεῖν ἦν καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐπὶ γήρως ὀδῷ περιφθειρομένους, διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους; (41) Πολλῶν δὲ καὶ δεινῶν κατὰ τὴν πόλιν γινομένων, καὶ πάντων τῶν πολιτῶν τὰ μέγιστα ἠτυχηκότων, μάλιστ' ἄν τις ἤλγησε καὶ ἐδάκρυσεν ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς, ἡνίχ' ὁρᾶν ἦν τὸν δῆμον ψηφισάμενον τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους ἐπιτίμους· ὃς πρότερον ἐπὶ τῷ αὐτόχθων εἶναι καὶ ἐλεύθερος ἐσεμνύνετο. (42) Τοσαύτῃ δὲ ἡ πόλις ἐκέχρητο μεταβολῇ, ὥστε πρότερον μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι, ἐν δὲ τοῖς τότε χρόνοις ἀγαπᾶν ἐὰν ὑπὲρ τῆς αὑτῶν σωτηρίας ἀσφαλῶς δύνηται κινδυνεῦσαι, καὶ πρότερον μὲν πολλῆς χώρας τῶν βαρβάρων ἐπάρχειν, τότε δὲ πρὸς Μακεδόνας ὑπὲρ τῆς ἰδίας κινδυνεύειν· καὶ τὸν δῆμον ὃν πρότερον Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες Ἕλληνες βοηθὸν ἐπεκαλοῦντο, οὗτος ἐδεῖτο τῶν ἐξ Ἄνδρου καὶ Κέω καὶ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου ἐπικουρίαν αὐτῷ μεταπέμψασθαι. (43) Ὥστε, ὦ ἄνδρες, τὸν ἐν τοῖς τοιούτοις φόβοις καὶ τηλικούτοις κινδύνοις καὶ τοσαύτῃ αἰσχύνῃ ἐγκαταλιπόντα τὴν πόλιν, καὶ μήτε ὅπλα θέμενον ὑπὲρ τῆς πατρίδος μήτε τὸ σῶμα παρασχόντα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς, ἀλλὰ φυγόντα καὶ προδόντα τὴν τοῦ δήμου σωτηρίαν, τίς ἂν ἢ δικαστὴς φιλόπολις καὶ εὐσεβεῖν βουλόμενος ψήφῳ ἀπολύσειεν, ἢ ῥήτωρ κληθεὶς τῷ προδότῃ τῆς πόλεως βοηθήσειε, τὸν οὐδὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς τολμήσαντα, οὐδὲ συμβεβλημένον οὐδὲν εἰς τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου σωτηρίαν; (44) Καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐκ ἔστιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχετο ἑαυτὴν εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ ναοὶ τὰ ὅπλα. Ἐπεμελοῦντο γὰρ οἱ μὲν τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς, οἱ δὲ τῆς τῶν τάφρων, οἱ δὲ τῆς χαρακώσεως· οὐδεὶς δ' ἦν ἀργὸς τῶν ἐν τῇ πόλει. Ἐφ' ὧν οὐδενὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ παρέσχετο

serta fuissent templa ab sacris, desertæ fuissent etiam custodiæ murorum, relicta autem esset civitas et regio. (39) Attamen illis temporibus, viri, quis non urbis misertus fuisset, non solum civis, verum etiam peregrinus qui prioribus temporibus ad nos advenerit? Quis vero erat adeo osor vel populi vel Atheniensium, qui potuisset se ipsum inordinatum sustinere videre, quando victoriæ amissio et quod contigerat malum [populo] annuntiabatur, arrecta autem metu erat civitas propter eas quæ acciderant calamitates, spes autem salutis populo in iis qui ultra quinquaginta annos nati erant collocata erat; (40) quum videre erat ad portas uxores liberas trepidas et consternatas percontantesque num viverent, alias quidem de marito, alias de patre, alias de fratribus, contra dignitatem tam ipsarum quam urbis ita conspectas, viros autem, qui corporibus ad bellum idonei non erant et ætate grandævi et per leges a militia dimissi, videre erat per totam urbem tunc in ipso senectutis limine misere oberrantes et duplicibus palliis, quæ fibulis astrictæ erant, indutos? (41) Quum autem pleraque tristia et horrenda fierent in urbe civesque omnes summa infelicitate premerentur, maxime tum quis doluisset ubertimque fudisset lacrimas super tantis urbis calamitatibus, quando videre erat populum decernentem servos debere esse liberos, peregrinos Athenienses, ignominia notatos fama integros: qui antea eo quod liberi et solo, quod incolebant, innati essent, gloriabantur. (42) In tantam autem permutationem est urbs adacta, ut quum prius pro reliquorum Græcorum salute dimicaret, contenti jam essent, si pro sua ipsorum salute tuto dimicare possent; et qui antehac magnæ barbarorum regioni dominarentur, tunc temporis adversus Macedonas pro sua terra periculis involverentur: et quem antehac populum Lacedæmonii, Peloponnesii, Asiamque incolentes Græci auxilio advocarant, hic jam opus haberet ex Andro, Ceo, Trœzene et Epidauro auxilia sibi accersere. (43) Proinde, judices, eum qui in ejusmodi terroribus, in tantis periculis tantaque turpitudine urbem dereliquerit, neque sese pro patria armaverit neque corpus suum præbuerit ad aciem imperatoribus, sed transfugerit atque populi salutem prodiderit, quisnam judex urbis amans aut pius esse volens sententia sua absolverit, aut quisnam orator huc accitus proditori urbis opem tulerit? qui neque super tantis patriæ calamitatibus una lugere ausus fuerit, neque quicquam contulerit ad urbis et populi salutem? (44) At vero illis temporibus nulla erat ætas quæ non exhibuerit se ipsam ad urbis salutem tuendam, quando regio hæc arbores contulit, mortui vero sepulcra, templa autem arma. Curam enim gerebant alii quidem mœnium constructionis, alii fossarum, alii valli: neque quisquam ex omnibus qui in urbe erant otiosus torpensve inveniebatur. At horum operum nulli corpus suum præbuit admovendum Leocrates. (45) Quæ vos

τάξαι Λεωκράτης. (45) Ὧν εἰκὸς ὑμᾶς ἀναμνησθέντας τὸν μηδὲ ξυνενεγκεῖν μηδ' ἐπ' ἐκφορὰν ἐλθεῖν ἀξιώσαντα τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας ἐν Χαιρωνείᾳ τελευτησάντων θανάτῳ ζημιῶσαι, ὡς τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος ἀτάφων ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν γεγενημένων· ὧν οὗτος οὐδὲ τὰς θήκας παριὼν ᾐσχύνθη ὀγδόῳ ἔτει τὴν πατρίδα αὐτῶν προσαγορεύων.

46. Περὶ ὧν, ὦ ἄνδρες, μικρῷ πλείω βούλομαι διελθεῖν, καὶ ὑμῶν ἀκοῦσαι δέομαι καὶ μὴ νομίζειν ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς τοιούτους [λόγους] τῶν δημοσίων ἀγώνων· αἱ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐλογίαι τὸν ἔλεγχον σαφῆ κατὰ τῶν τἀναντία ἐπιτηδευόντων ποιοῦσιν. Ἔτι δὲ καὶ δίκαιον τὸν ἔπαινον, ὃς μόνος ἆθλον τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστί, τοῦτον, ἐπειδὴ κἀκεῖνοι εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀνήλωσαν, ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι τῆς πόλεως μὴ παραλιπεῖν. (47) Ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς πολεμίοις ἀπήντησαν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Βοιωτίας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας μαχούμενοι, οὐκ ἐπὶ τοῖς τείχεσι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχοντες, οὐδὲ τὴν χώραν κακῶς ποιεῖν προέμενοι τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ τὴν μὲν αὑτῶν ἀνδρείαν ἀσφαλεστέραν φυλακὴν εἶναι νομίζοντες τῶν λιθίνων περιβόλων, τὴν δὲ θρέψασαν αὐτοὺς αἰσχυνόμενοι περιορᾶν πορθουμένην. (48) Εἰκότως· ὥσπερ γὰρ πρὸς τοὺς φύσει γεννήσαντας καὶ τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων οὐχ ὁμοίως ἔχουσιν ἅπαντες ταῖς εὐνοίαις, οὕτω καὶ πρὸς τὰς χώρας τὰς μὴ φύσει προσηκούσας ἀλλ' ὕστερον ἐπικτήτους γενομένας καταδεέστερον διάκεινται. Τοιαύταις δὲ γνώμαις χρησάμενοι, καὶ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν ἐξ ἴσου τῶν κινδύνων μετασχόντες, οὐχ ὁμοίως τῆς τύχης ἐκοινώνησαν· τῆς γὰρ ἀρετῆς οὐ ζῶντες ἀπολαύουσιν, ἀλλὰ τελευτήσαντες τὴν δόξαν καταλελοίπασιν, οὐχ ἡττηθέντες, ἀλλ' ἀποθανόντες ἔνθα παρετάχθησαν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀμύνοντες. (49) Εἰ δὲ δεῖ καὶ παραδοξότατον μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δέ, ἐκεῖνοι νικῶντες ἀπέθανον. Τὰ γὰρ ἆθλα τοῦ πολέμου τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστὶν ἐλευθερία καὶ ἀρετή· ταῦτα δὲ ἀμφότερα τοῖς τελευτήσασιν ὑπάρχει. Ἔπειτα δὲ οὐδ' οἷόν τ' ἐστὶν εἰπεῖν ἡττῆσθαι τοὺς ταῖς διανοίαις μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον. Μόνους γὰρ τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις καλῶς ἀποθνήσκοντας οὐδ' ἂν εἷς ἡττῆσθαι δικαίως φήσειε· τὴν γὰρ δουλείαν φεύγοντες εὐκλεᾶ θάνατον αἱροῦνται. (50) Ἐδήλωσε δὲ ἡ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἀρετή· μόνοι γὰρ τῶν ἁπάντων τὴν τῆς Ἑλλάδος ἐλευθερίαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν εἶχον. Ἅμα γὰρ οὗτοί τε τὸν βίον μετήλλαξαν καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν· συνετάφη γὰρ τοῖς τούτων σώμασιν ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερία. Ὅθεν καὶ φανερὸν πᾶσιν ἐποίησαν οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες, ἀλλ' ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας προκινδυνεύοντες. Ὥστε, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν αἰσχυνθείην εἰπὼν στέφανον τῆς πατρίδος εἶναι τὰς ἐκείνων ψυχάς. (51) Καὶ δι' ἃ οὐκ ἀλόγως ἐπετήδευον, ἐπίστασθε, ὦ Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τιμᾶν· εὑρήσετε δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς

recordantes eum, qui neque conferre neque venire dignatus sit ad eos efferendos qui pro libertate populique salute in Chæronea occubuerunt, morte mulctare par est, tanquam, quod ad ipsum attinet, insepulti viri illi relicti sint; quorum hic neque tumulos præteriens erubuit octavo demum anno ipsorum patriam suam appellare.

46. De quibus, judices, paullo plura narrare constitui, vosque audire precor nec alienos putare tales sermones a publicis contentionibus; siquidem bonorum virorum præconia manifestum indicium de iis qui contraria moliuntur faciunt. Præterea justum est laudem, quæ una præmium periculorum est bonis viris, hanc ipsam, quandoquidem et illi in communem salutem urbis animas suas effuderunt, in publicis et communibus certaminibus urbis haud prætermittere. (47) Nam illi hostibus occurrerunt apud confinia Bœotiæ pro Græcorum libertate pugnaturi, non in mœnibus spem salutis habentes, neque terram populandam prodentes hostibus, sed suam fortitudinem propriam tutiorem esse munitionem putantes lapideis propugnaculis, meritoque pudefacti solum quod se educarit cernere vastari. (48) Jure : quemadmodum enim erga naturales parentes et adoptativos non omnes æque sunt benevoli, ad hunc modum erga regiones, quæ natura nos non attingunt, sed post acquisitæ sunt, minus affecti sunt homines. Ejusmodi sententiis impulsi, cum optimis viris ex æquo periculorum consortes facti, non pari ratione participes sunt facti fortunæ : virtute namque non fruuntur cum viventibus, sed mortui gloriam reliquerunt, haud victi, sed mortui ubi in acie collocati fuere pro libertate dimicantes. (49) Quodsi omnium longe mirabilissimum, attamen verum dicere oporteat, illi vincentes mortui sunt. Præmia enim belli bonis viris sunt libertas et virtus : hæc sane ambo defunctis vita præsto sunt. Neque fieri potest ut illi dicantur victi esse qui mentibus suis non trepidaverint ob imminentium malorum pavorem. Solos enim eos qui in bellis honeste moriuntur, nemo victos esse jure dixerit : nam servitutem fugientes celebrem mortem seligunt. (50) Declaravit porro istud horum virorum virtus : soli enim omnium Græciæ libertatem suis in corporibus habebant. Una enim illi vitam permutarunt resque Græcorum ad servitutem deciderunt : simul enim sepulta est cum horum corporibus reliquorum Græcorum libertas. Unde et perspicuum omnibus fecerunt se non privatim fecisse bellum, sed pro publica libertate tuenda sese præ aliis pericula subiisse. Quocirca haud puduerit me, judices, dicere coronam patriæ esse illorum animas. (51) Quapropter ex iis quæ recte illi gesserunt scitis, Athenienses, soli ex Græcis bonos viros honoribus afficere : invenietis enim apud alios quidem in foro gladiatorum statuas positas, apud

ἀγοραῖς ἀθλητὰς ἀνακειμένους, παρ' ὑμῖν δὲ στρατηγοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς τὸν τύραννον ἀποκτείναντας. Καὶ τοιούτους μὲν ἄνδρας οὐδ' ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ὀλίγους εὑρεῖν ῥᾴδιον, τοὺς δὲ τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας νενικηκότας εὐπετῶς πολλαχόθεν ἔστι γεγονότας ἰδεῖν. Ὥσπερ τοίνυν τοῖς εὐεργέταις μεγίστας τιμὰς ἀπονέμετε, οὕτω δίκαιον καὶ τοὺς τὴν πατρίδα καταισχύνοντας καὶ προδιδόντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις κολάζειν.

52. Σκέψασθε δέ, ὦ ἄνδρες, ὅτι οὐδ' ἐν ὑμῖν ἐστιν ἀποψηφίσασθαι Λεωκράτους τουτουὶ τὰ δίκαια ποιοῦσι. Τὸ γὰρ ἀδίκημα τοῦτο κεκριμένον ἐστὶ καὶ κατεγνωσμένον. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή (καὶ μηδείς μοι θορυβήσῃ· ταύτην γὰρ ὑπολαμβάνω μεγίστην τότε γενέσθαι τῇ πόλει σωτηρίαν) τοὺς φυγόντας τὴν πατρίδα καὶ ἐγκαταλιπόντας τότε τοῖς πολεμίοις λαβοῦσα ἀπέκτεινε. Καίτοι, ὦ ἄνδρες, μὴ νομίζετε τοὺς τὰ τῶν ἄλλων φονικὰ ἀδικήματα ὁσιώτατα δικάζοντας αὐτοὺς ἂν εἴς τινα τῶν πολιτῶν τοιοῦτόν τι παρανομῆσαι. (53) Ἀλλὰ μὴν Αὐτολύκου μὲν ὑμεῖς κατεψηφίσασθε, μείναντος μὲν αὐτοῦ ἐν τοῖς κινδύνοις, ἔχοντος δ' αἰτίαν τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκθέσθαι, καὶ ἐτιμωρήσασθε. Καίτοι εἰ τὸν τοὺς ἀχρήστους εἰς τὸν πόλεμον ὑπεκθέσθαι αἰτίαν ἔχοντα ἐτιμωρήσασθε, τί δεῖ πάσχειν ὅστις ἀνὴρ ὢν οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι; Ἔτι δὲ ὁ δῆμος, δεινὸν ἡγησάμενος εἶναι τὸ γινόμενον, ἐψηφίσατο ἐνόχους εἶναι τῇ προδοσίᾳ τοὺς φεύγοντας τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον, ἀξίους εἶναι νομίζων τῆς ἐσχάτης τιμωρίας. (54) Ἃ δὴ κατέγνωσται μὲν παρὰ τῷ δικαιοτάτῳ συνεδρίῳ, κατεψήφισται δὲ ὑφ' ὑμῶν τῶν δικάζειν λαχόντων, ὁμολογεῖται δὲ παρὰ τῷ δήμῳ τῆς μεγίστης ἄξια εἶναι τιμωρίας, τούτοις ὑμεῖς ἐναντία ψηφιεῖσθε; πάντων ἄρ' ἀνθρώπων ἔσεσθε ἀγνωμονέστατοι, καὶ ἐλαχίστους ἕξετε τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν κινδυνεύοντας.

55. Ὡς μὲν οὖν ἔνοχός ἐστι τοῖς εἰσηγγελμένοις ἅπασιν, ὦ ἄνδρες, Λεωκράτης, φανερόν ἐστι· πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐπιχειρήσειν ὑμᾶς ἐξαπατᾶν λέγοντα ὡς ἔμπορος ἐξέπλευσε καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐργασίαν ἀπεδήμησεν εἰς Ῥόδον. Ἐὰν οὖν ταῦτα λέγῃ, ἐνθυμεῖσθε ᾧ ῥᾳδίως λήψεσθε αὐτὸν ψευδόμενον. Πρῶτον μὲν γὰρ
155 οὐκ ἐκ τῆς ἀκτῆς κατὰ τὴν πυλίδα ἐμβαίνουσιν οἱ κατ' ἐμπορίαν πλέοντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ λιμένος, ὑπὸ πάντων τῶν φίλων ὁρώμενοι καὶ ἀποστελλόμενοι· ἔπειτα οὐ μετὰ τῆς ἑταίρας καὶ τῶν θεραπαινῶν, ἀλλὰ μόνος μετὰ παιδὸς τοῦ διακονοῦντος. (56) Πρὸς δὲ τούτοις τί προσῆκεν ἐν Μεγάροις τὸν Ἀθηναῖον ὡς ἔμπορον πέντε ἔτη κατοικεῖν καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα μετακομίζεσθαι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἐνθάδε πωλεῖν, εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι; Ὃ καὶ πάντων γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, εἰ περὶ ὧν αὐτὸς προσεδόκα τεύξεσθαι τιμωρίας, ταῦθ' ὑμεῖς ἀπολύσετε κύριοι γενόμενοι τῆς ψήφου. Χωρὶς δὲ τούτων οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν ἀποδέχεσθαι ταύτην τὴν ἀπολογίαν. (57) Πῶς γὰρ οὐ δεινὸν τοὺς μὲν ἐπὶ ἐμπο-

vos autem imperatorum bonorum et qui tyrannum occiderint. Ejusmodi autem viros ne ex universa quidem Græcia facile est invenire paucos; eos autem, qui ludos aut certamina in quibus pro corona certatur vicerint, ex plerisque locis in proclivi est novisse. Ut igitur benefactoribus maximos honores tribuitis, sic justum est ut eos, qui patriam contumelia afficiunt eamque produnt, extremis suppliciis puniatis.

52. Considerate autem, judices, jam non amplius in vestra potestate situm esse Leocratem hunc suffragiis vestris absolvere, si quidem justa facturi estis. Scelus enim hoc jam judicatum est condemnatumque. Nam senatus in Areopago (neque mihi quisquam hic obstrepat; concilium enim Areopagiticum maxime tum fuisse urbi salutare judico) transfugas patriam tunc deserentes ac hostibus dedentes arreptos occidit. Nec existimetis, Athenienses, eos, qui reliquorum scelera quibus cædem commisere sanctissime judicant, in quendam civium adeo inique agere. (53) At vero Autolycum quidem vos condemnastis, quum ipse quidem in periculis perstitisset, habuerit autem criminationem, quod filios et uxorem clam alio transportarit, eumque supplicio affecistis. Quodsi vero eum qui insimulabatur, quod clam exposuisset inutiles ad bellum, supplicio affecistis, quid illum pati convenit qui, quum vir sit, non fuerit patriæ suæ gratus pro educationis beneficiis? Præterea gravem ratus esse rem populus decrevit reos esse proditionis si qui pro patria subire periculum detrectassent; dignos tales extremo supplicio censens. (54) Quæ igitur conclusa sunt apud justissimum concilium, et decreta sunt a vobis sorte delectis ad sententiam ferendam, quæ denique constat apud populum maximo digna esse supplicio, hiscene vos contraria decernetis? Omnium, si istud faciatis, futuri estis insipientissimi, paucissimosque habebitis qui pro vobis sese periculis sint objecturi.

55. Quod itaque reus sit omnium quorum insimulatus est Leocrates, Athenienses, perspicuum exsistit. Audio autem ipsum daturum operam ut vobis imponat dicendo quod mercator enavigaverit atque propter hanc negotiationem Rhodum commigrarit. Si igitur hæc dixerit, cogitate quomodo facile ipsum in mendaciis deprehendatis. Primum enim non ex litore per portulam inscendunt navim qui ad mercatum navigant, sed ex portu, ab omnibus amicis visi et amandati: deinde non cum scorto et ancillis, sed solus cum puero administro. (56) Præterea quid opus erat Megaris Atheniensem ceu mercatorem quinquennium demorari et sacra patria eo transferre domumque hic sitam vendere, nisi agnovisset se prodidisse patriam et magna omnes injuria affecisse? Omnium proinde absurdissimum fuerit, si scelerum, quorum pœnam ipse exspectavit, vos nunc absolvetis eum, quum sitis domini judicii. Insuper non puto oportere ut admittatis hanc defensionem. (57) Qui enim non est horrendum eos, qui ad mercatum

ρίᾳ ἀποδημοῦντας σπεύδειν ἐπὶ τὴν τῆς πόλεως βοήθειαν, τοῦτον δὲ μόνον ἐν τοῖς τότε καιροῖς καὶ κατ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν, ἡνίκα οὐδ' ἂν εἷς προσκτήσασθαι οὐδὲν ἂν ἐζήτησεν, ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα μόνον διαφυλάξαι; Ἡδέως δ' ἂν αὐτοῦ πυθοίμην, τίνα ἐμπορίαν εἰσάγων χρησιμώτερος ἐγένετο ἂν τῇ πόλει τοῦ παρασχεῖν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι μεθ' ὑμῶν μαχόμενος. Ἐγὼ μὲν οὐδεμίαν ὁρῶ τηλικαύτην οὖσαν βοήθειαν. (58) Ἄξιον δέ ἐστιν οὐ μόνον αὐτῷ διὰ τὴν πρᾶξιν ὀργίζεσθαι ταύτην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦτον· φανερῶς γὰρ ψεύδεσθαι τετόλμηκεν. Οὔτε γὰρ πρότερον οὐδὲ πώποτε ἐγένετο ἐπὶ ταύτης τῆς ἐργασίας, ἀλλ' ἐκέκτητο χαλκοτύπους, οὔτε τότε ἐκπλεύσας οὐδὲν εἰσήγαγεν ἐκ Μεγάρων, ἓξ ἔτη συνεχῶς ἀποδημήσας. Ἔτι δὲ καὶ τῆς πεντηκοστῆς μετέχων ἐτύγχανεν, ἣν οὐκ ἂν καταλιπὼν κατ' ἐμπορίαν ἀπεδήμει. Ὥστ' ἂν μέν τι περὶ τούτων λέγῃ, οὐδ' ὑμᾶς ἐπιτρέψειν αὐτῷ νομίζω.

59. Ἥξει δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον φερόμενος, ὃν αὐτῷ συμβεβουλεύκασί τινες τῶν συνηγόρων, ὡς οὐκ ἔνοχός ἐστι τῇ προδοσίᾳ· οὔτε γὰρ νεωρίων κύριος οὔτε πυλῶν οὔτε στρατοπέδων οὐθ' ὅλως τῶν τῆς πόλεως οὐδενός. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοὺς μὲν τούτων κυρίους μέρος ἄν τι προδοῦναι τῆς ὑμετέρας δυνάμεως, τουτονὶ δ' ὅλην ἔκδοτον ποιῆσαι τὴν πόλιν. Ἔτι δ' οἱ μὲν τοὺς ζῶντας μόνον ἀδικοῦσι προδιδόντες, οὗτος δὲ καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ἱερὰ τῶν πατρῴων νομίμων ἀποστερῶν. (60) Καὶ ὑπὸ μὲν ἐκείνων προδοθεῖσαν οἰκεῖσθαι ἂν συνέβαινε δούλην οὖσαν τὴν πόλιν, ὃν δὲ τρόπον οὗτος ἐξέλιπεν, ἀοίκητον ἂν γενέσθαι. Ἔτι δὲ ἐκ μὲν τοῦ κακῶς πράττειν τὰς πόλεις μεταβολῆς τυχεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον εἰκός ἐστιν, ἐκ δὲ τοῦ παντάπασι γενέσθαι ἀνάστατον καὶ τῶν κοινῶν ἐλπίδων στερηθῆναι. Ὥσπερ γὰρ ἀνθρώπῳ ζῶντι μὲν ἐλπὶς ἐκ τοῦ κακῶς πρᾶξαι μεταπεσεῖν, τελευτήσαντι δὲ συναναιρεῖται πάντα δι' ὧν ἄν τις εὐδαιμονήσειεν, οὕτω καὶ περὶ τὰς πόλεις συμβαίνει πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν ὅταν ἀνάστατοι γένωνται. (61) Εἰ γὰρ δεῖ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, πόλεώς ἐστι θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι. Τεκμήριον δὲ μέγιστον· ἡμῶν γὰρ ἡ πόλις τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τῶν τυράννων κατεδουλώθη, τὸ δ' ὕστερον ὑπὸ τῶν τριάκοντα, καὶ ὑπὸ Λακεδαιμονίων τὰ τείχη καθῃρέθη· καὶ ἐκ τούτων ὅμως ἀμφοτέρων ἠλευθερώθημεν καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων εὐδαιμονίας ἠξιώθημεν προστάται γενέσθαι. (62) Ἀλλ' οὐχ ὅσαι πώποτ' ἀνάστατοι γεγόνασι. Τοῦτο μὲν γάρ, εἰ καὶ παλαιότερον εἰπεῖν ἐστι, τὴν Τροίαν τίς οὐκ ἀκήκοεν, ὅτι μεγίστη γεγενημένη τῶν τότε πόλεων καὶ πάσης ἐπάρξασα τῆς Ἀσίας, ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφη, τὸν αἰῶνα ἀοίκητός ἐστι; τοῦτο δὲ Μεσσήνην πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον ἐκ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων συνοικισθεῖσαν;

63. Ἴσως οὖν τῶν συνηγόρων αὐτῷ τολμήσει τις εἰπεῖν, μικρὸν τὸ πρᾶγμα ποιῶν, ὡς οὐδὲν ἂν παρ' ἕνα
156 ἄνθρωπον ἐγένετο τούτων· καὶ οὐκ αἰσχύνονται τοιαύτην

in peregrino consistunt solo, accelerare reditum ad patriæ auxilium, hunc autem solum istis temporibus pro quæstu transmittere maria, quando ne unus quidem quicquam lucrari quæsivit, sed parta tantummodo tueri? Lubens vero audirem, quam negotiationem adducens dicat sese urbi commodiorem fieri potuisse quam si corpus in urbis salutem imperatoribus ordinandum præbuisset invadentesque in patriam arcuisset vobiscum pugnans. Ego quidem nullum tantum auxilium esse video. (58) Dignum autem est ut ipsi non solum ob hoc facinus succenseatis, sed etiam propter hunc sermonem: palam enim mentiri ausus est. Neque enim prius unquam se huic quæstui dedidit, sed possederat fabros ærarios; neque tum solvens quicquam huc Megaris advexit, sex annos integros peregrinatus. Ad hæc quinquagesimæ vectigalis consors erat, qua haud relicta mercaturæ causa apud exteros agere voluisset. Quare si quid de his dixerit, neque vos ipsi permissuros reor.

59. Sed fortasse ad illam rationem citato cursu perveniet, quam ipsi quidam patronorum suaserunt, quo non sit reus proditionis: neque enim se navalium esse dominum neque portarum neque exercituum neque ullius functionis quæ ad urbem pertinet. Atqui horum dominos censeo nonnisi partem quandam potentiæ vestræ probituros fuisse, hunc autem totam dedititiam facere civitatem. Ad hæc alii quidem proditores viventes tantummodo injuria afficiunt, hic autem et vita defunctos et hujus regionis sacra patriis legibus et jure privans. (60) Atque si ab illis prodita fuisset civitas, inhabitari saltem contingeret etsi in servitutem redactam; relicta vero, sicut ab hoc deserta est, fieret solitudo. Porro civitates ex infelicitate ad meliorem statum transferri probabile est, sin prorsus vastetur urbs, eandem communibus etiam spebus privari verisimile est. Ut enim homini viventi spes est ab infelicitate se tandem liberatum iri, defuncto autem cum vita simul auferuntur omnia per quæ quisquam felix esse queat; sic etiam civitatibus accidit ut extrema malorum assequantur quum eversæ fuerint. (61) Si enim verum dicere oporteat, eversio civitatis mors est. Argumento autem maximo esse poterit, quod nos ipsi experti sumus: nostra enim urbs olim a tyrannis, deinde a triginta viris in servitutem est redacta, muri autem a Lacedæmoniis sunt diruti: et ab his tamen ambobus malis sumus liberati, Græcorumque salutis digni judicati sumus præsides fieri. (62) Sed ejusmodi fortuna non obtigit unquam iis urbibus quotquot eversæ fuerunt. Vetustius equidem est quod dicturus sum, ad rem tamen præsentem facit: Trojam quis non audivit maximam tum urbium fuisse totique dominatam esse Asiæ? hæc ipsa tamen ut semel diruta fuit, perpetuo habitatoribus vacat. Idem confirmat, quod Messene quingentis demum post annis ex vulgaribus hominibus adeoque colluvie sit restaurata.

63. At fortasse patronorum ejus aliquis audebit dicere, rem ipsam extenuans, quod nihil horum fieri potuit unius culpa hominis; nec pudet illos ejusmodi defensionem fa-

ἀπολογίαν ποιούμενοι πρὸς ὑμᾶς, ἐφ' ᾗ δικαίως ἂν ἀποθάνοιεν. Εἰ μὲν γὰρ ὁμολογοῦσι τὴν πατρίδα αὐτὸν ἐκλιπεῖν, τοῦτο συγχωρήσαντες ὑμᾶς ἐάτωσαν διαγνῶναι περὶ τοῦ μεγέθους· εἰ δ' ὅλως μηδὲν τούτων πεποίηκεν, οὐ μανία δή που τοῦτο λέγειν ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτον; (64) Ἡγοῦμαι δ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, τοὐναντίον τούτοις, παρὰ τοῦτον εἶναι τῇ πόλει τὴν σωτηρίαν· ἡ γὰρ πόλις οἰκεῖται κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου μοῖραν φυλαττομένη· ὅταν οὖν ταύτην ἐφ' ἑνός τις παρίδῃ, λέληθεν ἑαυτὸν ἐφ' ἁπάντων τοῦτο πεποιηκώς. Καίτοι ῥᾴδιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὰς τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διανοίας ἀποβλέψαντας τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν. (65) Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ τῷ μὲν ἑκατὸν τάλαντα κλέψαντι θάνατον ἔταξαν, τῷ δὲ δέκα δραχμὰς ἔλαττον ἐπιτίμιον· οὐδὲ τὸν μὲν μεγάλα ἱεροσυλήσαντα ἀπέκτεινον, τὸν δὲ μικρὰ ἐλάττονι τιμωρίᾳ ἐκόλαζον· οὐδὲ τὸν μὲν οἰκέτην ἀποκτείναντα ἀργυρίῳ ἐζημίουν, τὸν δὲ ἐλεύθερον εἶργον τῶν νόμων· ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. (66) Οὐ γὰρ πρὸς τὸ ἴδιον ἕκαστος αὐτῶν ἀπέβλεπε τοῦ γεγενημένου πράγματος, οὐδ' ἐντεῦθεν τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων ἐλάμβανον, ἀλλ' αὐτὸ ἐσκόπουν τοῦτο, εἰ πέφυκε τὸ ἀδίκημα τοῦτο ἐπὶ πλεῖον ἐλθὸν μέγα βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ ἄτοπον ἄλλως πως περὶ τούτου ἐξετάζειν. Φέρε γάρ, ὦ ἄνδρες, εἴ τις ἕνα νόμον εἰς τὸ Μητρῷον ἐλθὼν ἐξαλείψειεν, εἶτ' ἀπολογοῖτο ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτον τῇ πόλει ἐστίν, ἆρ' οὐκ ἂν ἀπεκτείνατ' αὐτόν; Ἐγὼ μὲν οἶμαι δικαίως, εἴπερ ἐμέλλετε καὶ τοὺς ἄλλους σώζειν. (67) Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον κολαστέον ἐστὶ τοῦτον, εἰ μέλλετε τοὺς ἄλλους πολίτας βελτίους ποιήσειν· καὶ οὐ τοῦτο λογιεῖσθε εἰ εἷς ἐστι μόνος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' εἰς τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι τὸ μὴ πολλοὺς τοιούτους γενέσθαι ἡμέτερον εὐτύχημα εἶναι, τοῦτον μέντοι διὰ τοῦτο μείζονος τιμωρίας ἄξιον εἶναι τυχεῖν, ὅτι μόνος τῶν ἄλλων πολιτῶν οὐ κοινὴν ἀλλ' ἰδίαν τὴν σωτηρίαν ἐζήτησεν.

68. Ἀγανακτῶ δὲ μάλιστα, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὰν ἀκούσω τῶν μετὰ τούτου τινὸς λέγοντος ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο προδιδόναι, εἴ τις ᾤχετο ἐκ τῆς πόλεως· καὶ γὰρ οἱ πρόγονοί ποθ' ἡμῶν τὴν πόλιν καταλιπόντες, ὅτε πρὸς Ξέρξην ἐπολέμουν, εἰς Σαλαμῖνα διέβησαν. Καὶ οὕτως ἐστὶν ἀνόητος καὶ παντάπασιν ὑμῶν καταπεφρονηκώς, ὥστε τὸ κάλλιστον τῶν ἔργων πρὸς τὸ αἴσχιστον συμβαλεῖν ἠξίωσε. (69) Ποῦ γὰρ οὐ περιβόητος ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἡ ἀρετὴ γέγονε; τίς δ' οὕτως ἢ φθονερός ἐστιν ἢ παντάπασιν ἀφιλότιμος, ὃς οὐκ ἂν εὔξαιτο τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων μετασχεῖν; Οὐ γὰρ τὴν πόλιν ἐξέλιπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μετήλλαξαν, πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμενοι. (70) Ἐτεόνικος μὲν γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ Ἀδείμαντος ὁ Κορίνθιος καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικὸν ὑπὸ νύκτα τὴν σωτηρίαν αὑτοῖς ἔμελλον πορίζεσθαι· ἐγκαταλειπόμενοι δὲ οἱ πρόγονοι ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων βίᾳ καὶ τοὺς ἄλλους ἠλευθέρωσαν, ἀναγκάσαντες ἐν Σαλαμῖνι μετὰ αὑτῶν πρὸς τοὺς βαρ-

cere apud vos, ob quam jure mori deberent. Si enim confiteantur patriam eum deseruisse, hoc permisso vos sinant de sceleris magnitudine judicare : sin nihil horum fecit, nonne insania jam est dicere, nihil urbi accidisse? (64) Existimo autem ego, judices, contrarium, dissentiens a patronis istius, nempe ab illo uno homine salutem urbis pependisse. Siquidem urbs habitatur secundum propriam uniuscujusque provinciam custodita : quum igitur hanc quispiam in uno neglexerit, ignorat sese in omnibus istuc fecisse. Profecto facile est, judices, ad veterum legislatorum respicientes sententias, veritatem invenire. (65) Non enim illi centum talenta suffuratum morte mulctarunt, decem vero drachmas sublegentem minore pœna affecerunt; neque eum qui ampla spolia e delubris deorum immortalium abstulerit, occiderunt, qui vero pauca spoliarit, minore supplicio puniebant; neque eum, qui servum occidisset, pecunia mulctabant, qui vero liberum, arcebant locis juribusque, a quibus homicidæ excluduntur : verum in iis omnibus, etiam minimis, delictis mortem decreverunt esse mulctam. (66) Non enim ad propriam naturam patrati facinoris unusquisque respiciebat, neque exinde metiebatur magnitudinem scelerum, verum istuc considerabant, quatenus ita comparatum esset facinus, ut si incrementum caperet, magno humanum genus damno affecturum esset. Etenim absurdum est alio modo de hoc examen facere. Agite enim, viri, si quis unam legem Metroum ingressus deleverit, deinde contenderit, nihil per hanc expunctam legem urbi mali evenire, nonne occideretis eum? Ego sane vos hoc jure facere censerem, si quidem ceteras leges conservare velitis. (67) Ad eundem modum hic puniendus est, si reliquos cives meliores reddituri estis. Neque hoc considerabitis, num unus tantummodo hic sit homo qui talia perpetraverit, verum ipsum facinus, quale sit, spectabitis. Ego enim existimo ejusmodi homines non multos esse vestram felicitatem esse, atque hunc propterea majore supplicio dignum, quod solus ex reliquis civibus non publicam, sed privatam salutem quæsiverit.

68. Supra modum autem commoveor, viri, si audiam quendam eorum qui ab hujus partibus stant dicere, quod hoc non sit prodere, si quis ex urbe abierit : etenim majores quoque nostri, aiunt, urbe relicta, quando adversus Xerxem gerebant bellum, Salamina transmigrarunt. Adeoque vesanus est omninoque vestri contemnens, ut pulcherrimum factum istuc ad turpissimum conferre non erubescat. (69) Ubi enim celebrata illorum virorum virtus non fuit? quis adeo aut invidus est aut a virtutis et honoris amore alienus, qui non optarit rerum ab illis ipsis gestarum consors esse? Non enim urbem deseruerunt, sed locum permutarunt, ut imminens periculum effugerent, præclaro et honesto usi consilio. (70) Nam Eteonicus quidem Lacedæmonius et Adimantus Corinthius Æginetarumque classis sub noctem salutem sibi quæsituri erant fuga : deserti vero majores nostri ab omnibus Græcis etiam reliquos vel invitos liberarunt, cogentes eos apud Salamina secum adversum barbaros navali prœlio decertare. Soli autem majores nostri

βάρους ναυμαχεῖν. Μόνοι δὲ ἀμφοτέρων περιγεγόνασι, καὶ τῶν πολεμίων καὶ τῶν συμμάχων, ὡς ἑκατέρων προσῆκε, τοὺς μὲν εὐεργετοῦντες, τοὺς δὲ μαχόμενοι νικῶντες. Ἆρά γε ὅμοιον τῷ φεύγοντι τὴν πατρίδα τεττάρων ἡμερῶν πλοῦν εἰς Ῥόδον; (71) Ἦ που ταχέως ἂν ἠνέσχετό τις ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἂν κατέλευσαν τὸν καταισχύνοντα τὴν αὑτῶν ἀριστείαν. Οὕτω γοῦν ἐφίλουν τὴν πατρίδα πάντες, ὥστε τὸν παρὰ Ξέρξου πρεσβευτὴν Ἀλέξανδρον, φίλον ὄντα αὐτοῖς πρότερον, ὅτι γῆν καὶ ὕδωρ ᾔτησε, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν. Ὅπου δὲ καὶ τοῦ λόγου τιμωρίαν ἠξίουν λαμβάνειν, ἦ που τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις οὐ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν. (72) Τοιγαροῦν

157 τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις ἐνενήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν, Φοινίκην δὲ καὶ Κιλικίαν ἐπόρθησαν, ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, (73) ἀλλ' ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, καὶ τούτους κωλύσαντες ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποιήσαντο μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φασήλιδος, τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι, μὴ μόνον τοὺς τὴν Εὐρώπην ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας. (74) Καίτοι οἴεσθε ἄν, εἰ τῇ Λεωκράτους διανοίᾳ χρησάμενοι πάντες ἔφυγον, τούτων ἄν τι γενέσθαι τῶν καλῶν ἔργων, ἢ ταύτην ἂν ἔτι τὴν χώραν κατοικεῖν ὑμᾶς; Χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπαινεῖτε καὶ τιμᾶτε, οὕτω καὶ τοὺς κακοὺς μισεῖν τε καὶ κολάζειν, ἄλλως τε καὶ Λεωκράτην, ὃς οὔτε ἔδεισεν οὔτε ᾐσχύνθη ὑμᾶς.

75. Καίτοι ὑμεῖς τίνα τρόπον νενομίκατε περὶ τούτων, καὶ πῶς ἔχετε ταῖς διανοίαις, θεωρήσατε. Ἄξιον γὰρ ὅμως καίπερ πρὸς εἰδότας διελθεῖν· ἐγκώμιον γὰρ νὴ τὴν Ἀθηνᾶν εἰσι τῆς πόλεως οἱ παλαιοὶ νόμοι καὶ τὰ ἔθη τῶν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κατασκευασάντων, οἷς ἂν προσέχητε, τὰ δίκαια ποιήσετε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σεμνοὶ καὶ ἄξιοι τῆς πόλεως δόξετ' εἶναι. (76) Ὑμῖν γὰρ ἔστιν ὅρκος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε τὰ ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι καὶ ἀμείνω παραδώσειν. Ὃν εἰ μὲν ὀμώμοκε Λεωκράτης, φανερῶς ἐπιώρκηκε, καὶ οὐ μόνον ὑμᾶς ἠδίκηκεν ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον ἠσέβησεν· εἰ δὲ μὴ ὀμώμοκεν, εὐθὺς δῆλός ἐστι παρασκευασάμενος οὐδὲν ποιήσειν τῶν δεόντων, ἀνθ' ὧν δικαίως ἂν αὐτὸν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τιμωρήσαισθε. (77) Βούλομαι δὲ ὑμᾶς ἀκοῦσαι τοῦ ὅρκου. Λέγε, γραμματεῦ.

ΟΡΚΟΣ.

[Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερά, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην ὅτῳ ἂν στοιχήσω· ἀμυ-

utrosque superabant, et hostes et socios, ut utrosque superare decuit, socios beneficiis, hostes virtute. Similene est ergo majorum nostrorum factum fugienti patriam navigantique Rhodum quattuor dierum spatio? (71) Ægre eorum aliquis sustinuisset ejusmodi opus, sed statim lapidibus obruissent eum qui pudefaceret ipsorum præclarissimam operam. Adeo autem patriam diligebant omnes, ut ab Xerxe missum legatum Alexandrum, prius ipsis amicum, quod terram et aquam petiisset, propemodum lapidibus obruissent. Quodsi tum de verbo supplicium sumendum censuerunt, nonne re ipsa tradentem urbem hostibus magnis pœnis affecissent? (72) Proinde talibus usi consiliis per nonaginta quidem annos Græcorum duces fuerunt, Phœnicen autem et Ciliciam populati sunt, ad Eurymedontem pedestri et navali prœlio decertantes vicerunt, centum triremes barbarorum ceperunt, universam Asiam affligentes circumnavigarunt, et quod summum est victoriæ, non tropæum Salamine statuere contenti, (73) sed terminos barbaris figentes qui ad Græciæ libertatem pertinerent hosque prohibentes transgredi, fœdus pepigerunt, ut longa quidem nave non navigarent intra Cyaneas insulas et Phaselidem amnem, Græci autem sui juris essent, ii etiam qui Asiam incolerent, non solum qui Europam. (74) At vero arbitramini, si omnes Leocratis istius imbuti mente fugissent, horum aliquod factum egregiorum operum esse, aut hanc vos adhuc regionem inhabitare? Operæ pretium est ergo, judices, quemadmodum bonos commendatis et honore afficitis, sic et ignavos odisse et punire; maxime vero Leocratem, qui neque metuit neque vos est reveritus.

75. Sane de his rebus qualiter statueritis, qualesque sint sententiæ vestræ, contemplamini. Dignum vero est eas etiam apud gnaros earundem percensere. Præconium enim, ita mihi Minerva faveat, urbis sunt veteres leges et consuetudines eorum qui hæc primum constituerunt; quibus si advertatis animum, justa facietis omnibusque hominibus honesti dignique urbe judicabimini esse. (76) Vobis enim est jusjurandum, quod jurant omnes cives quando ephebi facti in album inscribuntur, quo cavetur ne sacra arma pudefaciant neque stationem in acie deserant, patriam autem defendant et meliorem reddant. Quodsi illo se jurejurando obstrinxit Leocrates, palam factus est perjurus, atque in deos impius fuit, non solum vos injuria affecit : si autem non juravit, statim aperte indicat se ita paratum esse ut nihil faciat eorum quæ conveniant bonis viris, quocirca jure de eo tum vos tum deos vindicaturi ultionem sumetis. (77) Cupio autem vos audire jusjurandum. Recita, scriba.

JUSJURANDUM.

[Non dedecorabo arma sacra, nec astantem, quisquis fuerit, commilitonem deseram; pugnabo

νῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὁσίων καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν· τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω, ὅσην ἂν παραδέξωμαι· καὶ εὐηκοήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων· καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι καὶ οὕστινας ἂν ἄλλους τὸ πλῆθος ἱδρύσηται ὁμοφρόνως· καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω, ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος καὶ μετὰ πάντων· καὶ ἱερὰ τὰ πάτρια τιμήσω. Ἵστορες θεοὶ τούτων, Ἄγλαυρος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς, Θαλλώ, Αὐξώ, Ἡγεμόνη.]

Καλός γε, ὦ ἄνδρες, καὶ ὅσιος ὁ ὅρκος. Παρὰ τοῦτον τοίνυν ἅπαντα πεποίηκε Λεωκράτης. Καίτοι πῶς ἂν ἄνθρωπος γένοιτο ἀνοσιώτερος ἢ μᾶλλον προδότης τῆς πατρίδος; τίνα δ' ἂν τρόπον ὅπλα καταισχύνειέ τις μᾶλλον, ἢ εἰ λαβεῖν μὴ 'θέλει καὶ τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι; πῶς δ' οὐ καὶ τὸν παραστάτην καὶ τὴν τάξιν λέλοιπεν ὁ μηδὲ τάξαι τὸ σῶμα παρασχών; (78) Ποῦ δ' ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἤμυνεν ἂν ὁ μηδένα κίνδυνον ὑπομείνας; τίνι δ' ἂν τὴν πατρίδα παρέδωκε μείζονα; τὸ γὰρ τούτου μέρος ἐκλελειμμένη τοῖς πολεμίοις ὑποχείριός ἐστιν. Εἶτα τοῦτον οὐκ ἀποκτενεῖτε τὸν ἁπάσαις ταῖς ἀδικίαις ἔνοχον ὄντα; Τίνας οὖν τιμωρήσεσθε; τοὺς ἔν τι τούτων ἡμαρτηκότας; Ῥᾴδιον ἔσται παρ' ὑμῖν ἄρα μεγάλα ἀδικεῖν, εἰ φανεῖσθε ἐπὶ τοῖς μικροῖς μᾶλλον ὀργιζόμενοι.

79. Καὶ μήν, ὦ ἄνδρες, καὶ τοῦθ' ὑμᾶς δεῖ μαθεῖν, ὅτι τὸ συνέχον τὴν δημοκρατίαν ὅρκος ἐστί. Τρία γάρ ἐστιν ἐξ ὧν ἡ πολιτεία συνέστηκεν, ὁ ἄρχων, ὁ δικαστής, ὁ ἰδιώτης. Τούτων τοίνυν ἕκαστος ταύτην πίστιν δίδωσιν. Εἰκότως· τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους πολλοὶ ἤδη ἐξαπατήσαντες καὶ διαλαθόντες οὐ μόνον τῶν παρόντων κινδύνων ἀπελύθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἀθῷοι τῶν ἀδικημάτων τούτων εἰσί· τοὺς δὲ θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰ μὴ αὐτός, οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. (80) Διόπερ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ταύτην πίστιν ἔδοσαν αὐτοῖς ἐν Πλαταιαῖς πάντες οἱ Ἕλληνες, ὅτε ἔμελλον παραταξάμενοι μάχεσθαι πρὸς τὴν Ξέρξου δύναμιν, οὐ παρ' αὑτῶν εὑρόντες, ἀλλὰ μιμησάμενοι τὸν παρ' ὑμῖν εἰθισμένον ὅρκον. Ὃν ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι· καὶ γὰρ παλαιῶν ὄντων τῶν τότε πεπραγμένων ὅμως ἰσχνῶς
158 ἔστιν ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἰδεῖν τὴν ἐκείνων ἀρετήν. Καί μοι ἀναγίνωσκε αὐτόν.

ΟΡΚΟΣ.

81. Οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας, οὐδ' ἐγκαταλείψω τοὺς ἡγεμόνας οὔτε ζῶντας οὔτε ἀποθανόντας, ἀλλὰ

pro sacris et publicis et solus et cum multis; patriam haud minorem tradam, sed majorem fortioremque quam accepero; atque obediam semper judicibus; atque legibus ritibusque parebo et constitutis et in posterum a populo constituendis unanimiter; ac si quis tollere voluerit leges aut non parere iis, non permittam, sed tuebor eas et solus et cum omnibus; atque colam sacra patria. Testes horum dii sint, Aglaurus, Enyalius, Mars, Juppiter, Thallo, Auxo, Hegemone.]

Honestum sane, judices, et sanctum est hoc jusjurandum. Ergo præter id omnia fecit Leocrates. Atqui qui quisquam poterit impurior aut magis esse patriæ proditor? qua vero ratione arma quisquam majori ignominia affecerit, quam si accipere ea hostesque iis propellere noluit? Quo autem astitem suum et aciem non dereliquerit, qui non exhibuit corpus suum imperatori in aciem ordinandum? (78) Quo modo vero pro sanctis et sacris pugnaverit, qui nihil periculi sustinuit? cui autem patriam suam tradiderit majorem factam? quantum enim ad ipsum attinet, destituta sub hostium potestatem venit. Hunc ergo non occidetis omnium injuriarum reum? Ecquos igitur punietis? qui unum quoddam ex iis multis quorum iste reus est commisit? Facile ergo erit apud vos in magnis delinquere, si ob minora delicta magis irasci videamini.

79. Hoc insuper vos discere opus est, viri, quod firmamentum status reipublicæ popularis est jusjurandum. Tria enim sunt per quæ respublica consistit, princeps, judex, et privatus. Horum igitur quilibet jurejurando se obstringens fidem dat. Merito: hominibus enim qui imposuerunt multi jam latuere nec a præsentibus solum periculis deliberati sunt, verum etiam per reliquum vitæ tempus pœnas scelerum istorum haud dederunt; deos autem neque pejerans aliquis fefellerit neque pœnam ab ipsis impendentem aut supplicium evaserit, at si non ipse, liberi ejus tamen et omne genus pejerantis in magna discrimina et infelicitatem incidit. (80) Proinde, judices, hanc fidem invicem sibi dederunt apud Platæas Græci universi, quando prœlio pugnaturi erant contra Xerxis vim, non ab sese invenientes, sed imitantes consuetum apud vos jusjurandum. Quod auditu dignum est: etenim quum antiqua sint tunc temporis facta, aliquo tamen modo scriptis e literis illorum virtutem intelligere licet. Lege ergo mihi ipsum.

JUSJURANDUM.

81. Haud anteferam vitam libertati, neque duces deseram neque viventes neque mortuos, sed socios qui in prœlio occubuerint omnes tu-

τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων ἅπαντας θάψω. Καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοὺς βαρβάρους τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάστατον ποιήσω, τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας ἁπάσας δεκατεύσω· καὶ τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω παντάπασιν, ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγινομένοις ἐάσω καταλείπεσθαι τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.

82. Οὕτω τοίνυν, ὦ ἄνδρες, σφόδρα ἐνέμειναν ἐν τούτῳ πάντες, ὥστε καὶ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν μεθ' ἑαυτῶν ἔσχον βοηθόν, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων πρὸς τὸν κίνδυνον μάλιστα ἡ πόλις ὑμῶν εὐδοκίμησεν. Ὃ καὶ πάντων ἂν εἴη δεινότατον, τοὺς μὲν προγόνους ὑμῶν ἀποθνήσκειν τολμᾶν ὥστε μὴ τὴν πόλιν ἀδοξεῖν, ὑμᾶς δὲ μὴ κολάζειν τοὺς καταισχύναντας αὐτήν, ἀλλὰ περιορᾶν τὴν κοινὴν καὶ μετὰ πολλῶν πόνων συνειλεγμένην εὔκλειαν, ταύτην διὰ τὴν τῶν τοιούτων ἀνδρῶν πονηρίαν καταλυομένην.

83. Καίτοι, ὦ ἄνδρες, μόνοις ὑμῖν τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἔστιν οὐδὲν τούτων περιιδεῖν. Βούλομαι δὲ μικρὰ τῶν παλαιῶν ὑμῖν διελθεῖν, οἷς παραδείγμασι χρώμενοι καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων βέλτιον βουλεύσεσθε. Τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον ἡ πόλις ὑμῶν ἀγαθόν, ὅτι τῶν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι γέγονεν· ὅσον γὰρ τῷ χρόνῳ πασῶν ἐστιν ἀρχαιοτάτη, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διενηνόχασιν. (84) Ἐπὶ Κόδρου γὰρ βασιλεύοντος Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξαναστήσαντας κατανείμασθαι τὴν χώραν. Καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δελφοὺς ἀποστείλαντες τὸν θεὸν ἐπηρώτων εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας· ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ὅτι τὴν πόλιν αἱρήσουσιν, ἐὰν μὴ τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων Κόδρον ἀποκτείνωσιν, ἐστράτευον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. (85) Κλεόμαντις δὲ τῶν Δελφῶν τις πυθόμενος τὸ χρηστήριον δι' ἀπορρήτων ἐξήγγελλε τοῖς Ἀθηναίοις· οὕτως οἱ πρόγονοι ἡμῶν, ὡς ἔοικε, καὶ τοὺς ἔξωθεν ἀνθρώπους εὔνους ἔχοντες διετέλουν. Ἐμβαλόντων δὲ τῶν Πελοποννησίων εἰς τὴν Ἀττικὴν τί ποιοῦσιν οἱ πρόγονοι ἡμῶν, ἄνδρες δικασταί; οὐ καταλιπόντες τὴν χώραν ὥσπερ Λεωκράτης ᾤχοντο, οὐδ' ἔκδοτον τὴν θρεψαμένην καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς πολεμίοις παρέδοσαν, ἀλλ' ὀλίγοι ὄντες κατακλεισθέντες ἐπολιορκοῦντο καὶ διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα. (86) Καὶ οὕτως ἦσαν, ὦ ἄνδρες, γενναῖοι οἱ τότε βασιλεύοντες, ὥστε προῃροῦντο ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀρχομένων σωτηρίας μᾶλλον ἢ ζῶντες ἑτέραν μεταλλάξαι χώραν. Φασὶ γοῦν τὸν Κόδρον παραγγείλαντα τοῖς Ἀθηναίοις προσέ-

mulo condam. Ac si vicero prœlio barbaros victoriamque obtinuero, earum urbium quæ pro Græcia dimicarunt nullam evertam; eas vero quæ pro barbaro stare maluerunt omnes decimabo : templorumque a barbaris incensorum ac dejectorum nullum denuo exstruam omnino, sed monumentum posteris sinam relinqui barbarorum impietatis.

82. Adeo ergo ferventi studio, judices, in hoc permanserunt omnes, ut et deorum benevolentiam secum habuerint adjutricem : atque, quum omnes Græci viri boni fuerint ad istud periculum, urbs tamen vestra sit maxime probata. Unde istuc omnium fuerit acerbissimum, majores vestros mori ausos esse, ut ne urbs ingloria sit, vos autem non punire audere eos qui dedecore hanc ipsam afficiant, sed adeo negligentes esse ut publicam multisque laboribus collectam celebritatem hanc per talium hominum scelus dissolvi sinatis.

83. Enimvero, judices, solis vobis Græcorum non licet quicquam horum posthabere. Volo autem pauca de veteribus vobis commemorare, ut eorum exemplis freti et de his et de is aliis rectius deliberetis. Istud enim urbs vestra maximum bonum habet, quod egregiorum facinorum Græcis exemplum fuerit. Quanto enim tempore omnium est vetustissima, tanto majores nostri aliis hominibus virtute præstiterunt. (84) Temporibus Codri regis Peloponnesiis sterilitate frugum laborantibus, placuit ipsis bellum facere contra urbem nostram ac majoribus nostris sedibus suis pulsis, distribuere regionem. Ac primum quidem Delphos legatione missa Apollinem interrogabant, num essent occupaturi Athenas : datoque oraculo, quod urbem essent capturi, si regem Atheniensium Codrum non interficerent, belligerabant adversus Athenas. (85) Cleomantis autem Delphorum quispiam audiens oraculum secreto Atheniensibus enuntiabat. Adeo majores nostri etiam exteros benevolos sibi continuo habebant. Impressionem itaque facientibus Peloponnesiis in Atticam, quid faciunt progenitores nostri, judices? Non relicta terra, ut Leocrates, abierunt, nec eam quæ se aluisset dediderunt nec delubra hostibus tradiderunt, sed, pauci quum essent, conclusi obsidebantur perseverabantque pro patria. (86) Adeoque fuere strenui qui tunc fuere reges, ut præferrent mori potius pro subditorum salute quam superstites in aliam commigrare terram. Aiunt itaque Codrum demandasse Atheniensibus, ut obser-

χειν ὅταν τελευτήσῃ τὸν βίον, λαβόντα πτωχικὴν στολὴν ὅπως ἂν ἀπατήσῃ τοὺς πολεμίους, κατὰ τὰς πύλας ὑποδύντα φρύγανα συλλέγειν πρὸ τῆς πόλεως, προσελθόντων δ' αὐτῷ δυοῖν ἀνδρῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν πυνθανομένων τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀποκτεῖναι τῷ δρεπάνῳ προσπεσόντα· (87) τὸν δὲ περιλελειμμένον, παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ καὶ νομίσαντα πτωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. Τούτων δὲ γενομένων οἱ μὲν Ἀθηναῖοι κήρυκα πέμψαντες ἠξίουν δοῦναι τὸν βασιλέα θάψαι, λέγοντες αὐτοῖς ἅπασαν τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ Πελοποννήσιοι τοῦτον μὲν ἀπέδοσαν, γνόντες δὲ ὡς οὐκέτι δυνατὸν αὐτοῖς τὴν χώραν κατασχεῖν, ἀπεχώρησαν. Τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ ἡ πόλις αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις ἐν Πρυτανείῳ ἀΐδιον σίτησιν ἔδοσαν. (88) Ὁρᾶτε, ὁμοίως 159 ἐφίλουν τὴν πατρίδα Λεωκράτει οἱ τότε βασιλεύοντες, οἵ γε προῃροῦντο τοὺς πολεμίους ἐξαπατῶντες ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῆς καὶ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀντὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀντικαταλλάττεσθαι. Τοιγαροῦν μονώτατοι ἐπώνυμοι τῆς χώρας εἰσίν, ἰσοθέων τιμῶν τετυχηκότες. Εἰκότως· ὑπὲρ ἧς γὰρ οὕτω σφόδρα ἐσπούδαζον, δικαίως ταύτην καὶ τεθνεῶτες ἐκληρονόμουν. (89) Ἀλλὰ Λεωκράτης οὔτε ζῶν οὔτε τεθνεὼς δικαίως ἂν αὐτῆς μετάσχοι, μονώτατος δ' ἂν προσηκόντως ἐξορισθείη τῆς χώρας ἣν ἐγκαταλιπὼν τοῖς πολεμίοις ᾤχετο· οὐδὲ γὰρ καλὸν τὴν αὐτὴν καλύπτειν τοὺς τῇ ἀρετῇ διαφέροντας καὶ τὸν κάκιστον πάντων ἀνθρώπων.

90. Καίτοι γε ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, ὃ καὶ νῦν ἴσως ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπομεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον συνειδὼς ἑαυτῷ τοιοῦτόν τι διαπεπραγμένῳ· ὥσπερ οὐ πάντας καὶ τοὺς κλέπτοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας τούτῳ τῷ τεκμηρίῳ χρωμένους. Οὐ γὰρ τοῦ πράγματός ἐστι σημεῖον, ὡς οὐ πεποιήκασιν, ἀλλὰ τῆς ἀναιδείας ἣν ἔχουσιν. Οὐ γὰρ τοῦτο δεῖ λέγειν, ἀλλ' ὡς οὐκ ἐξέπλευσεν οὐδὲ τὴν πόλιν ἐγκατέλιπεν οὐδ' ἐν Μεγάροις κατῴκησε· ταῦτά ἐστι τεκμήρια τοῦ πράγματος, (91) ἐπεί γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, οἶμαι θεόν τινα αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν, ἵν' ἐπειδὴ τὸν εὐκλεᾶ κίνδυνον ἔφυγε, τοῦ ἀκλεοῦς καὶ ἀδόξου θανάτου τύχοι, καὶ οὓς προὔδωκε, τούτοις ὑποχείριον αὐτὸν καταστήσειεν. Ἑτέρωθι μὲν γὰρ ἀτυχῶν οὔπω δῆλον εἰ διὰ ταῦτα δίκην δίδωσιν· ἐνταῦθα δὲ παρ' οἷς προὔδωκε, φανερόν ἐστιν ὅτι τῶν αὐτοῦ παρανομημάτων ὑπέχει ταύτην τὴν τιμωρίαν. (92) Οἱ γὰρ θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσι· καί μοι δοκοῦσι τῶν ἀρχαίων τινὲς ποιητῶν ὥσπερ χρησμοὺς γράψαντες τοῖς ἐπιγενομένοις τάδε τὰ ἰαμβεῖα καταλιπεῖν·

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά,
τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον, ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

(93) Τίς γὰρ οὐ μέμνηται τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν νεω-

varent quando vita defunctus esset, acceptoque porro mendici habitu ut hostes falleret, per portas egressum sarmenta collegisse ante urbem; quumque duo viri e castris ad eum accessissent scrutantes quid in urbe ageretur, alterum eorum in ipsum incidentem falce interemisse, (87) relictum alterum, exacerbatum adversus Codrum quem putaret mendicum esse, stricto ense occidisse Codrum. Hisce transactis, Athenienses, misso præcone petebant sibi regem suum dari ad sepulturam, exponentes ipsis omnem veritatem: Peloponnesii vero eum dederunt, et cognito jam non amplius fieri posse ut regionem obtinerent, discesserunt. Cleomanti autem Delpho civitas et ipsi et soboli ejus perpetuum ex publico cibum in Prytaneo dederunt. (88) Videte, num æqua ratione patriam cum Leocrate dilexerint viri tum sceptris potiti, qui statuerunt hostibus imponentes pro ipsa emori suamque animam pro publica salute permutare. Quare soli eponymi regionis nostræ sunt, æquales cum diis nacti honores. Idque merito: cujus enim saluti adeo enixe studuerunt, hanc non injuria etiam vita defuncti hereditarunt. (89) At vero Leocrates neque mortuus merito ejus consors fuerit, sed solus ex omnibus jure exterminari queat ejicive e terra hac quam hostibus relinquens discessit; neque enim honestum est eandem contegere virtute eximios et ignavissimum omnium mortalium.

90. Verum tentavit dicere, quod etiamnum fortasse ad vos dicet, quod nunquam hoc certamen forense sustinere ausus esset, si talis sibi sceleris fuisset conscius: quasi non omnes fures templorumque despoliatores idem argumentum obtenderent. Nec enim rei est signum, quod non fecerint, sed impudentiæ quam habent. Non enim hoc, verum illud est dicendum Leocrati, quod hinc non enavigarit neque urbem deseruerit neque Megaris habitarit: hæc sunt indicia rei. (91) Nam quod huc venerit, opinor, deorum aliquem eum ad ipsam pœnam adduxisse, ut, postquam celebre periculum effugerit, incelebrem ingloriamque mortem assequatur, et quos prodidit, iis se subjectum constituat. Nam alibi calamitatibus fractus non satis liqueret an propter ea quæ in hanc urbem commisit pœnam lueret; hic autem apud eos quos prodidit planum est, quod scelerum suorum hoc sustineat supplicium. (92) Dii enim nihil prius faciunt, quam quod pravorum hominum mentem detorquent: ac mihi quidem videntur priscorum nonnulli poetarum, veluti oracula scribentes, posteris hos iambos reliquisse:

Quum enim ira deorum aliquem læserit,
illud primum, ex sensibus auferunt
animum bonum, mentemque ad deteriorem partem
applicant, ut nihil eorum quæ peccaverit intelligat.

(93) Quis enim non meminit e natu grandioribus aut e

τέρων οὐκ ἀκήκοε Καλλίστρατον, οὗ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω, τοῦτον φυγόντα, καὶ τοῦ θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀκούσαντα ὅτι ἂν ἔλθῃ Ἀθήναζε τεύξεται τῶν νόμων, ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν καταφυγόντα καὶ οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα; δικαίως· τὸ γὰρ τῶν νόμων τοῖς ἠδικηκόσι τυχεῖν τιμωρία ἐστίν. Ὁ δέ γε θεὸς ὀρθῶς ἀπέδωκε τοῖς ἠδικημένοις κολάσαι τὸν αἴτιον· δεινὸν γὰρ ἂν εἴη εἰ ταὐτὰ σημεῖα τοῖς εὐσεβέσι καὶ τοῖς κακούργοις φαίνονται.

91. Ἡγοῦμαι δ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, τὴν τῶν θεῶν ἐπιμέλειαν πάσας μὲν τὰς ἀνθρωπίνας πράξεις ἐπισκοπεῖν, μάλιστα δὲ τὴν περὶ τοὺς γονέας καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὐσέβειαν. Εἰκότως· παρ' ὧν γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν καὶ πλεῖστα ἀγαθὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅτι ἁμαρτεῖν ἀλλ' ὅτι μὴ εὐεργετοῦντας τὸν αὑτῶν βίον καταναλῶσαι μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. (95) Λέγεται γοῦν ἐν Σικελίᾳ (εἰ γὰρ καὶ μυθωδέστερόν ἐστιν, ἀλλ' ἁρμόσει καὶ ὑμῖν ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι) ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι· τοῦτον δὲ ῥεῖν φασιν ἐπὶ τὴν ἄλλην χώραν καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινὰ τῶν ἐκεῖ κατοικουμένων. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρμῆσαι πρὸς φυγήν, τὴν αὑτῶν σωτηρίαν ζητοῦντας, ἕνα δέ τινα τῶν νεωτέρων, ὁρῶντα τὸν πατέρα πρεσβύτερον ὄντα καὶ οὐχὶ δυνάμενον ἀποχωρεῖν ἀλλὰ ἐγκαταλαμβανόμενον, ἀράμενον φέρειν. (96) Φορτίου δ' οἶμαι προσγενομένου καὶ αὐτὸς ἐγκατελήφθη. Ὅθεν δὴ καὶ ἄξιον θεωρῆσαι τὸ θεῖον, ὅτι τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς εὐμενῶς ἔχει. Λέγεται γὰρ κύκλῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον περιρρεῦσαι τὸ πῦρ καὶ σωθῆναι τούτους μόνους, ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύεσθαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον· τοὺς δὲ ταχεῖαν τὴν ἀποχώρησιν ποιησαμένους καὶ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι. (97) Ὥστε καὶ ὑμᾶς δεῖν τὴν παρὰ θεῶν ἔχοντας μαρτυρίαν ὁμογνωμόνως τοῦτον κολάζειν τὸν ἅπασι τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ἔνοχον ὄντα κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος. Τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τὰς πατρίους τιμὰς ἀπεστέρηκε, τοὺς δὲ γονεῖς τοῖς πολεμίοις ἐγκατέλιπε, τοὺς δὲ τετελευτηκότας τῶν νομίμων οὐκ εἴασε τυχεῖν.

98. Καίτοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες· οὐ γὰρ ἀποστήσομαι τῶν παλαιῶν· ἐφ' οἷς γὰρ ἐκεῖνοι ποιοῦντες ἐφιλοτιμοῦντο, ταῦτα δικαίως ἂν ὑμεῖς ἀκούσαντες ἀποδέχοισθε. Φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα, τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. (99) Μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. Χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τὼ στρατοπέδω, κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. (100) Διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι, ἡγού-

natu minoribus non audivit Callistratum, quem civitas capitis condemnaverat, quum fugisset et ex Apolline Delphis audisset, quodsi rediret Athenas, consecuturum se leges, reversum ad aram duodecim deorum confugientem, nihilominus tamen urbis censura morti adjudicatum? Idque haud injuria: leges enim eos qui injuste egerunt consequi, est supplicio ipsos affici. Deus enim recte reddidit hoc injuriam passis, ut punirent auctorem injuriæ: esset enim grave et indignum, si eadem et piis et sceleratis a deo monstrarentur.

94. Existimo, autem, viri, deorum providentiam omnes humanas actiones intueri, potissimum vero erga parentes et vita defunctos ergaque ipsos pietatem. Idque haud immerito: a quibus enim principium vitæ accepimus plurimisque beneficiis aucti sumus, adversum hos non solum peccare, verum beneficium compensando non vitam suam impendere, summa est impietas. (95) Fertur in Sicilia (tametsi paullo fabulosius sit, conveniet tamen vobis natu minoribus audire) ex Ætna fluxus ignis erupisse: hunc autem fluxisse aiunt tum ad aliam terram atque ad urbem quandam ex iis quæ istic habitantur. Alios igitur celeriter arripuisse fugam, ut ita salutem suam quærerent: unum autem quendam ex junioribus, quum cerneret patrem suum grandævum adeo ut non posset discedere jamjamque corripiendum flamma, tollentem humeris asportasse. (96) Onere autem, ut opinor, ingravescente cùm patre istic filius pæne correptus est. Unde jam etiam par est intueri animo numen, quod viris bonis clementiam suam impertit. Ferunt enim undique locum istum ignem circumfluxisse atque conservatos esse hos solos, a quibus locus iste hodieque appellatur Piorum locus: reliquos autem qui celerem discessum fecerant suis parentibus relictis, omnes periisse. (97) Proinde et vos hanc a diis sententiam habentes oportet unanimi sententia istum punire, omnibus maximis sceleribus quantum in ipso est obnoxium. Nam deos patriis honoribus suis privavit, parentes vero hostibus reliquit, vita defunctos justa sua non permisit assequi.

98. Ad hæc considerate, judices; haud enim a majoribus desistam: ob quæ enim illi memorabilia facta gloriabantur, hæc vos audientes non immerito recipere debetis. Aiunt enim Eumolpum Neptuni et Chiones filium cum Thracibus venisse de regione hac contendentem; fuisse autem illis temporibus regem Erechthea, conjugemque habuisse Praxitheam Cephisi filiam. (99) Ingenti autem exercitu irruptionem facturo in regionem, Delphos profectus Erechtheus sciscitabatur deum, quid sibi opus sit facto ut victoriam ab hostibus reportet. Respondente autem ipsi deo, si filiam sacrificaret priusquam cum exercitu hostili confligeretur, victoriam eum de hostibus obtenturum, deo morem gerens imperatum peregit eosque qui bellum inferebant ex hac terra ejecit. (100) Propterea etiam jure quispiam Euripidem poetam laudaverit, quod et in ceteris poeta præclarus et hanc fabulam elegerit facere, pulcherri-

μενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις, πρὸς ἃς ἀποβλέποντας καὶ θεωροῦντας συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν. Ἄξιον δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τῶν ἰαμβείων ἀκοῦσαι ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα τῆς παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα.

mum civibus exemplum esse ratus majorum res gestas, quas respicientes et contuentes assuefaciant animas suas ut patriam amore complectantur. Par est autem, judices, iambos audire, quos fingit matrem dicere de filia : videbitis enim in ipsis magnanimitatem et ingenuitatem dignam et urbe et filia Cephisi.

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μέν,
χρόνῳ δὲ δρῶσι, [δρῶσι] δυσγενέστερον.
Ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν·
λογίζομαι δὲ πολλά, πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν·
ᾗ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίαις διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι·
ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγείς,
λόγῳ πολίτης ἐστί, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
Ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
Πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ νιν
ναίουσι· τούτους πῶς διαφθεῖραί με χρή,
ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν;
Εἴ περ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὑμὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
πταίσας ἁπάσης πόλεος οὐδ' ἴσον φέρει.
Εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλέων στάχυς
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ,
οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορός,
θάνατον προταρβοῦσ'; ἀλλ' ἔμοιγ' ἔστω τέκνα,
ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσι πρέποι,
μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
Τὰ μητέρων δὲ δάκρυ', ὅταν πέμπῃ τέκνα,
πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ παρῄνεσαν κακά.
Καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα
τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὔκλειάν τ' ἴσην·
τῇ 'μῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ δοθήσεται.
Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρω
σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
Τὴν οὐκ ἐμὴν πλὴν * φύσει δώσω κόρην
θῦσαι πρὸ γαίας. εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
Οὐκοῦν ἅπαντα τοὔν γ' ἐμοὶ σωθήσεται·
ἄρξουσιν ἄλλοι, τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ἐκεῖνο δ' οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ἄνερ,
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ·
οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος

Beneficium si quis generose præstat,
id gratissimum est mortalibus : qui vero præstant,
sed tarde præstant, [præstant] minus generose.
Ego autem dabo meam filiam immolandam;
multa autem in animo reputo : primum civitatem
nos non posse aliam hac præstantiorem habere,
cui primum populus non aliunde inductus est,
sed indigenæ sumus : ceteræ autem civitates,
velut calculorum variis transpositionibus conditæ,
aliæ ab aliis sunt introductæ.
Quicumque autem ab alia civitate migrans aliam incolit,
ille, tanquam junctura in ligno mala,
verbis quidem est civis, re non item.
Deinde liberos idcirco parimus,
ut deorum aras et patriam tutemur. [multi eam
Civitatis autem totius nomen quidem unum est, sed
habitant : hos perdere quomodo fas sit,
quum possim unam moriendam pro omnibus dare?
Si enim numerum novi et a minore (internoscere possum)
majus, unius meæ familiæ calamitas non magis valet
quam calamitas totius civitatis, imo nec æquat.
Quodsi fuisset in ædibus loco muliebris stirps
mascula, et civitatem hostilis occuparet flamma,
an non ego eam emitterem ad belli discrimen,
præ metu mortis? *immo*. Mihi enim talis contingit proles,
quæ et bella gerat et inter masculos excellat,
non vanæ in urbe figuræ.
Matrum autem lacrimæ, quum dimittunt liberos,
multos effeminarunt ad bellum proficiscentes.
Odi mulieres, quæ honesto posthabito
liberos cupiunt et turpia probant.
Quin et in bello cadentes una cum multis
commune sepulcrum obtinent laudemque parem :
sed meæ filiæ corona una uni soli
pro hac urbe mortuæ dabitur,
eaque et matrem et te (Erechtheu) duasque sorores
servabit Ecquid horum amplecti non pulchrum sit?
Filiam non nisi natalibus meam dabo
immolandam pro patria. Nam si capta fuerit
urbs, quemnam liberorum meorum fructum percipiam?
Omnia igitur, quantum quidem in me est, servabuntur:
regent alii, hancce ego servabo civitatem.
Illud quod ad communem salutem maxime pertinet,
non fiet me consentiente, marite, ut
majorum antiqua instituta aliquis evertat;
neque committam ut pro olea aureoque Gorgonis capite

τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.
Χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασιν,
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑμῖν ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν.
Ὦ πατρίς, εἴθε πάντες οἳ ναίουσί σε
οὕτω φιλοῖεν ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως
οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

101. Ταῦτα, ὦ ἄνδρες, τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαίδευε. Φύσει γὰρ οὐσῶν φιλοτέκνων πασῶν τῶν γυναικῶν ταύτην ἐποίησε τὴν πατρίδα μᾶλλον τῶν παίδων φιλοῦσαν, ἐνδεικνύμενος ὅτι εἴπερ αἱ γυναῖκες τοῦτο τολμήσουσι ποιεῖν, τούς γε ἄνδρας ἀνυπέρβλητόν τινα δεῖ τὴν εὔνοιαν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἔχειν, μηδὲ φεύγειν αὐτὴν ἐγκαταλιπόντας μηδὲ καταισχύνειν πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας ὥσπερ Λεωκράτης.

102. Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. Οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη, ἐπίδειξιν ποιούμενοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας ὅτι τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων προῃροῦντο. Εἰκότως· οἱ μὲν γὰρ νόμοι διὰ τὴν συντομίαν οὐ διδάσκουσιν ἀλλ' ἐπιτάττουσιν ἃ δεῖ ποιεῖν, οἱ δὲ ποιηταὶ μιμούμενοι τὸν ἀνθρώπινον βίον, τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων 162 ἐκλεξάμενοι, μετὰ λόγου καὶ ἀποδείξεως τοὺς ἀνθρώπους συμπείθουσιν. (103) Ἕκτωρ γὰρ τοῖς Τρωσὶ παρακελευόμενος ὑπὲρ τῆς πατρίδος τάδε εἴρηκεν·

Ἀλλὰ μάχεσθ' ἐπὶ νηυσὶ διαμπερές· ὃς δέ κεν ὑμέων
βλήμενος ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
τεθνάτω· οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
τεθνάμεν· ἀλλ' ἄλοχός τε σόη καὶ νήπια τέκνα,
καὶ κλῆρος καὶ οἶκος ἀκήρατος, εἴ κεν Ἀχαιοὶ
οἴχωνται σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

104. Τούτων τῶν ἐπῶν ἀκούοντες, ὦ ἄνδρες, οἱ πρόγονοι ὑμῶν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ζηλοῦντες οὕτως ἔσχον πρὸς ἀρετήν, ὥστε οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πατρίδος ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος ὡς κοινῆς ἤθελον ἀποθνήσκειν. Οἱ γοῦν ἐν Μαραθῶνι παραταξάμενοι τοῖς βαρβάροις τὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας στόλον ἐκράτησαν, τοῖς ἰδίοις κινδύνοις κοινὴν ἄδειαν ἅπασι τοῖς Ἕλλησι κτώμενοι, οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ταύτης ἄξια πράττειν, τῶν μὲν Ἑλλήνων προστάτας, τῶν δὲ βαρβάρων δεσπότας ἑαυτοὺς καθιστάντες· οὐ γὰρ λόγῳ τὴν ἀρετὴν ἐπετήδευον, ἀλλ' ἔργῳ πᾶσιν ἐπεδείκνυντο. (105) Τοιγαροῦν οὕτως ἦσαν ἄνδρες σπουδαῖοι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ οἱ τότε τὴν πόλιν οἰκοῦντες, ὥστε τοῖς ἀνδρειοτάτοις Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις πολεμοῦσι πρὸς Μεσσηνίους ἀνεῖλεν ὁ θεὸς παρ' ἡμῶν ἡγεμόνα λαβεῖν καὶ νικήσειν τοὺς ἐναντίους. Καίτοι εἰ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους γεγεννημένων,

tridentem erectum in urbis fundaminibus
Eumolpus aut Thracicus cingat populus
coronis, Pallas autem non honoretur.
Utimini, cives, meis puerperiis,
salvi estote, vincite: nihil una anima impediet
quominus hanc urbem ego vobis sospitem præstem.
O patria, utinam omnes qui te incolunt
ita te amarent uti ego! Feliciter
te incoleremus, et nihil acciperes mali.

101. Hæc, judices, docuit patres vestros. Quum enim natura sint amantes sobolis omnes matres, hanc finxit patriam majori amore prosecutam quam liberos, indicans per hoc, quodsi mulieres hoc audeant facere, viros oportere inexsuperabili quadam benevolentia erga patriam inflammatos esse, neque fugiendo ipsam derelinquere neque dedecorare apud omnes Græcos, perinde atque fecit Leocrates.

102. Volo autem vobis Homerum quoque cum laude poetæ allegare. Adeo enim putarunt patres nostri honestum esse poetam, ut legem sanxerint, per singula quinquennalia Panathenæorum festa solius hujus præ aliis omnibus poetæ carmina esse recitanda, Græcis ita argumentum præbentes se rerum præclarissime gestarum expositionem ceteris anteferre. Idque merito: leges enim ob brevitatem suam non docent sed imperant quæ fieri oporteat; poetæ autem imitantes humanam vitam, præclarissimas res eligentes, cum ratione et demonstratione mortalibus persuadent. (103) Hector namque, Trojanis mandans ut pro patria dimicent, hæc dixit,

Verum pugnate ad naves conferti. Qui autem vestrûm
vulneratus vel percussus mortem et fatum assecutus fuerit,
moriatur. Non ei indecorum pugnanti pro patria
mori; sed uxor salva et liberi in posterum,
et domus et patrimonium integrum, si Achivi
abeant cum navibus dilectam in patriam terram.

I.

CONTRA TIMARCHUM.

ARGUMENTUM.

Quum Atheniensibus post bellum Olynthiacum visum esset pacem cum Philippo facere, societate ipsi et posteris ejus decreta, decem ad eum legatos, inter quos Æschines etiam et Demosthenes fuerunt, exigendi jurisjurandi gratia miserunt. Reversa legatione, Demosthenes orator, et Timarchus Arizeli F. Sphettius, vir in republica illustris, et conciones habere solitus, quique supra centum decreta scripserat, Æschinem perperam obitæ legationis reum faciunt. Recens autem senatusconsultum promulgarat, ut is qui ad Philippum arma veheret, capite plecteretur. Actione porro ad prætorem relata, antequam in judicium ventum esset, Æschines Timarchum accusavit, ut qui contra legum edictum conciones haberet: neque enim fas esse ei habere conciones, quum pudicitiam prostituerit. Itaque alii dicunt, Timarchum laqueo sibi necem conscivisse, non exspectato judicio: alii, condemnatum atque infamia notatum esse, ut Demosthenes in oratione Falsæ legationis. Res autem hæc ita celebrata est, ut ab hoc judicio homines impudicos Timarchos appellarent. Exordium vehementius est, in quo et sua modestia commendata, captandæ benevolentiæ causa, et Timarcho in odium adducto, et disputatione de republica absoluta, transit ad capita, non propria causæ, sed communia in omnes eos, qui prostitutæ pudicitiæ accusantur. Sunt autem hæc: an veteres recte et accurate leges de modestia puerorum et adolescentum ceterarumque ætatum tulerint: an effeminatis recte interdixerint concionibus: et, an Timarchus, qui pudicitiam prostituerit, contra legum interdictum concionetur: in quo illud etiam inest, utrum Timarchus impudicitiæ crimen in sese, ut accusetur, admiserit: item, an apud Misgolam in hoc genere exercitatum, quæstum corpore fecerit: an apud Anticlem in ganeo versans, et alea ludens, receptus sit a Pittalaco ministro publico: et apud illum, atque etiam apud Hegesandrum Timomachi quæstorem, pro scorto ad tempus se gesserit.

ALITER. Censoria est hæc Æschinis in Timarchum oratio, hominem oratorem et calumniatorem suum. Sunt autem latæ leges de oratoribus, qui sint a concionibus repellendi: velut ii, qui patrimonium profuderunt: qui pudicitiam prostituerunt: qui nisi iis legibus paruerint, cuivis licere judicio in eorum mores inquirere, utrum sint tales, ut ad populum verba facere possint. Quum autem duarum rerum Æschines Timarchum criminaretur, et pudicitiæ prostitutæ, et absumpti per luxum patrimonii, oratio de impudicitia inscribitur, quod major ejus pars in eo crimine tractando consumitur. Vicit autem causam hanc, ut ex affirmatione veterum constat. Orationes vero post actas causas mihi esse scriptæ videntur.

Ego, judices, nulli civium unquam vel in judicio periculum creavi, vel in referendis rationibus molestus fui, sed, ut mihi persuadeo, moderate me in rebus hujusmodi gessi: verum quum et rempublicam graviter a Timarcho

μένην ὑπὸ Τιμάρχου τουτουὶ δημηγοροῦντος παρὰ τοὺς νόμους καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ συκοφαντούμενος (ὃν δὲ τρόπον, ἐπιδείξω προϊόντος τοῦ λόγου), (2) ἕν τι τῶν αἰσχίστων ἡγησάμην εἶναι μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν καὶ ἐμαυτῷ, εἰδὼς δ' αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως, ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί. Καὶ ὡς ἔοικεν, ὦ Ἀθηναῖοι, οἱ εἰωθότες λόγοι λέγεσθαι ἐν τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν οὐκ εἰσὶ ψευδεῖς· αἱ γὰρ ἴδιαι ἔχθραι πολλὰ πάνυ τῶν κοινῶν ἐπανορθοῦνται. (3) Τοῦ μὲν οὖν ὅλου ἀγῶνος φανήσεται οὔθ' ἡ πόλις αἰτία οὖσα Τιμάρχῳ οὔθ' οἱ νόμοι οὔθ' ὑμεῖς οὔτ' ἐγώ, ἀλλ' αὐτὸς οὗτος αὑτῷ. Οἱ μὲν γὰρ νόμοι προεῖπον αὐτῷ αἰσχρῶς βεβιωκότι μὴ δημηγορεῖν, ἐπίταγμα, ὥς γε δὴ ἐγὼ κρίνω, οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες, ἀλλὰ καὶ πάνυ ῥᾴδιον· ἐμὲ δ' ἐξῆν αὐτῷ, εἰ ἐσωφρόνει, μὴ συκοφαντεῖν. Περὶ μὲν οὖν τούτων μετρίως ἐλπίζω μοι προειρῆσθαι.

4. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ἃ μέλλω ἐν πρώτοις λέγειν φανεῖσθε καὶ ἑτέρων ἤδη πρότερον ἀκηκοότες· ἀλλά μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι καὶ ἐμὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ χρήσασθαι. Ὁμολογοῦνται γὰρ τρεῖς εἶναι πολιτεῖαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, τυραννὶς καὶ ὀλιγαρχία καὶ δημοκρατία· διοικοῦνται δ' αἱ μὲν τυραννίδες καὶ ὀλιγαρχίαι τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων, αἱ δὲ πόλεις αἱ δημοκρατούμεναι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. (5) Εὖ δ' ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τὰ μὲν τῶν δημοκρατουμένων σώματα καὶ τὴν πολιτείαν οἱ νόμοι σώζουσι, τὰ δὲ τῶν τυράννων καὶ ὀλιγαρχικῶν ἀπιστία καὶ ἡ μετὰ τῶν ὅπλων φρουρά. Φυλακτέον δὴ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, ὑμῖν δὲ τοῖς τὴν ἴσην καὶ ἔννομον πολιτείαν ἔχουσι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἢ λέγοντας ἢ βεβιωκότας· ἐντεῦθεν γὰρ ἰσχύσετε, ὅταν εὐνομῆσθε καὶ μὴ καταλύησθε ὑπὸ τῶν παρανομούντων καὶ ἀσελγῶς βιούντων. (6) Προσήκειν δὲ ἔγωγε νομίζω, ὅταν μὲν νομοθετῶμεν, τοῦθ' ἡμᾶς σκοπεῖν, ὅπως καλῶς ἔχοντας καὶ συμφέροντας νόμους τῇ πόλει θησόμεθα, ἐπειδὰν δὲ νομοθετήσωμεν, τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις πείθεσθαι, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους κολάζειν, εἰ δεῖ τὰ τῆς πόλεως καλῶς ἔχειν. Σκέψασθε γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσην πρόνοιαν περὶ σωφροσύνης ἐποιήσατο ὁ Σόλων ἐκεῖνος, ὁ παλαιὸς νομοθέτης, καὶ ὁ Δράκων καὶ οἱ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους νομοθέται. (7) Πρῶτον μὲν γὰρ ἐνομοθέτησαν περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, καὶ διαρρήδην ἀπέδειξαν ἃ χρὴ τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν καὶ ὡς δεῖ αὐτὸν τραφῆναι, ἔπειτα δεύτερον περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων. Καὶ τούτους τοὺς νόμους ἀναγράψαντες ὑμῖν παρακατέθεντο, καὶ ὑμᾶς αὐτῶν ἐπέστησαν φύλακας. (8) Βούλομαι δὴ καὶ ἐγὼ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν τρόπον χρήσασθαι τῷ λόγῳ ὅνπερ τοῖς νόμοις ὁ νομοθέτης· πρῶτον μὲν γὰρ διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους οἳ κεῖνται περὶ τῆς εὐ-

lædi, contra leges habente conciones, viderem, et privatim ab eo calumniis agitarer (quo autem pacto, in orationis progressu ostendam): (2) turpissimum facinus fore duxi, si nec universæ civitati, nec legibus, nec vobis, nec mihi ipsi opitularer. Quum autem iis eum teneri legibus scirem, quæ paullo ante scriba recitante audivistis, hoc eum censorio judicio reum feci. Omnino enim, Athenienses, ea quæ in publicis causis dici solent de privatis inimicitiis, non vana sunt; nam per eas multa reipublicæ incommoda depelluntur. (3) Neque vero totius hujus actionis culpam vel civitati, vel legibus, vel vobis, vel mihi Timarchus ascribere potest, sed sibimet ipsi tantum. Leges enim ei denunciarunt, quum flagitiose vixisset, ne conciones haberet; atque id ei edixerunt quod meo judicio ferre graviter non potest, sed id quod omnibus facile est: licuit etiam ei non lacessere me per calumniam, si sapuisset. Ac de his satis me præfatum esse arbitror.

4. Non autem ignoro, Athenienses, ea quæ principio dicturus sum, ex aliis etiam ante vos audisse: sed tamen res postulare videtur, ut eadem et ipse utar oratione. Constat inter omnes, tres esse formas rerumpublicarum, principatum unius, potestatem paucorum, et populare imperium. Ac duo priora genera eorum arbitratu reguntur, qui rerum potiuntur: liberæ autem civitates, usitatis legibus. (5) Satis autem scitis, Athenienses, populi vitam et libertatem conservari legibus, principum et paucorum, diffidentia et armorum præsidiis. Paucis igitur, atque iis qui republica inæquali utuntur, ii sunt cavendi, qui manu et vi respublicas evertunt: vos autem decet, qui æqualem et legibus fundatam rempublicam habetis, in eos qui contra quam leges jubent, aut dixerint aut vixerint, animadvertere. Nam vires in eo vestræ sunt, si leges tueamini, neque libertatis periculum adeatis a legum violatoribus et turpis vitæ hominibus. (6) Equidem illud existimo in sanciendis legibus spectandum esse nobis, ut eæ justæ atque e republica sint: ubi autem eas sciverimus, legibus sancitis ut pareamus, et contumaces puniamus, si modo rempublicam incolumem et florentem esse volumus. Considerate, Athenienses, quantam modestiæ rationem habuerit Solo antiquus ille, et Draco, ceterique illius ætatis legumlatores. (7) Primum enim leges de liberorum nostrorum disciplina tulerunt, planeque demonstrarunt, quæ puer ingenuus studia sequi debeat, utque sit educandus: secundo loco de adolescentibus, ac deinceps de reliquis ætatibus; neque vero ad plebeios duntaxat homines, sed etiam ad oratores hæc pertinere voluerunt. Et has leges in litteras relatas apud vos deposueruut, earumque custodiæ vos præfecerunt. (8) Quem igitur legum ordinem est secutus legislator, eundem et ipse præscribam orationi meæ. Primum enim eas leges exponam vobis, quæ de puerorum vestrorum, deinde eas quæ de adolescentum, postremo eas quæ de reliquarum

κοσμίας τῶν παίδων τῶν ὑμετέρων, ἔπειτα δεύτερον τοὺς περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν. Οὕτω γὰρ ἂν μοι μάλιστα ὑπολαμβάνω τοὺς λόγους εὐμαθεῖς γενέσθαι. Ἅμα δὲ καὶ βούλομαι, ὦ Ἀθηναῖοι, προδιεξελθεῖν πρῶτον πρὸς ὑμᾶς ὡς ἔχουσιν οἱ νόμοι, πάλιν δὲ μετὰ τοῦτο ἀντεξετάσαι τοὺς τρόπους τοὺς Τιμάρχου· εὑρήσετε γὰρ αὐτὸν ἐναντίως ἅπασι τοῖς νόμοις βεβιωκότα.

9. Ὁ γὰρ νομοθέτης πρῶτον μὲν τοῖς διδασκάλοις, οἷς ἐξ ἀνάγκης παρακατατιθέμεθα τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν παῖδας, οἷς ἐστιν ὁ μὲν βίος ἀπὸ τοῦ σωφρονεῖν, ἡ δ' ἀπορία ἐκ τῶν ἐναντίων, ὅμως ἀπιστῶν φαίνεται, καὶ διαρρήδην ἀποδείκνυσι πρῶτον μὲν ἣν ὥραν προσήκει ἰέναι τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον εἰς τὸ διδασκαλεῖον, ἔπειτα μετὰ πόσων παίδων εἰσιέναι καὶ πηνίκα ἀπιέναι, (10) καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίστρας ἀνοίγειν μὲν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ, κλείειν δὲ προστάττει πρὸ ἡλίου δεδυκότος, τὰς ἐρημίας καὶ τὸ σκότος ἐν πλείστῃ ὑποψίᾳ ποιούμενος· καὶ τοὺς νεανίσκους τοὺς εἰσφοιτῶντας οὕστινας δεῖ εἶναι καὶ ἅστινας ἡλικίας ἔχοντας, καὶ ἀρχὴν ἥτις ἔσται ἡ τούτων ἐπιμελησομένη, καὶ περὶ παιδαγωγῶν ἐπιμελείας καὶ περὶ Μουσείων ἐν τοῖς διδασκαλείοις καὶ περὶ Ἑρμαίων ἐν ταῖς παλαίστραις, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῆς συμφοιτήσεως τῶν παίδων καὶ τῶν χορῶν τῶν ἐγκυκλίων· (11) κελεύει γὰρ τὸν χορηγὸν τὸν μέλλοντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀναλίσκειν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα τοῦτο πράττειν, ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὤν, οὕτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισίν. Ἀναγνώσεται οὖν ὑμῖν τούτους τοὺς νόμους ὁ γραμματεύς, ἵν' εἰδῆτε ὅτι ὁ νομοθέτης ἡγήσατο τὸν καλῶς τραφέντα παῖδα ἄνδρα γενόμενον χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πόλει· ὅταν δ' ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου εὐθὺς πονηρὰν ἀρχὴν λάβῃ τῆς παιδείας, ἐκ τῶν κακῶς τεθραμμένων παίδων παραπλησίους ἡγήσατο πολίτας ἔσεσθαι Τιμάρχῳ τουτῳί. Λέγε δ' αὐτοῖς τοὺς νόμους τούτους.

ætatum disciplina sunt latæ. Sic enim orationem meam arbitror maxime perspicuam fore. Simul etiam disseram, Athenienses, quid edicant leges, et rursus post hoc Timarchi mores cum iis conferam. Eum enim egisse vitam legibus omnibus contrariam reperietis.

9. Legislator primum ludimagistris, quorum fidei liberos nostros necessario committimus, quorumque vita in temperantia sita est, inopia vero in contrariis rebus, tamen diffidit: ac plane definit, qua hora puerum ingenuum in ludum ire deceat, deinde, cum quot pueris ingredi, et quando abire: (10) ac præceptores ludos, pædotribas aperire palæstras vetat ante solis ortum, et claudere jubet ante occasum, ut qui solitudinem et tenebras maxime suspectas habeat: edicit item, adolescentulos ea loca frequentantes, quales esse oporteat, et qua ætate, et qui magistratus eorum habere curam debeat: et de pædagogorum diligentia, et de Museis ludorum, et de Hermæis palæstrarum, denique de congressibus puerorum choreisque. (11) Jubet enim ædilem, qui suis sumptibus vestris servire commodis studeat, id facere, ubi quadragesimum ætatis annum excesserit, ut is in sobria et severa jam ætate positus liberos vestros accedat. Has igitur leges scriba vobis recitabit, ut sciatis, existimasse legislatorem, puerum recte educatum, virili ætate utilem fore civitati: si autem hominis ingenium malum disciplinæ initium ceperit, male institutos pueros in viros evasuros Timarcho similes censuisse. Recita leges has.

12. ΝΟΜΟΙ. [Οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, κλειέτωσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύνοντος. Καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν μὴ υἱὸς διδασκάλου ἢ ἀδελφὸς ἢ θυγατρὸς ἀνήρ· ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτ' εἰσίῃ, θανάτῳ ζημιούσθω. Καὶ οἱ γυμνασίαρχαι τοῖς Ἑρμαίοις μὴ ἐάτωσαν συγκαθιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί· ἐὰν δὲ ἐπιτρέπῃ καὶ μὴ ἐξείργῃ τοῦ γυμνασίου, ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης τῷ τῆς ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. Οἱ δὲ χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη.]

12. LEGES. [Puerorum magistri ludos ante solis ortum ne aperiunto, et ante occasum iterum claudunto. Neque fas esto iis qui puerilem ætatem excesserunt eo ingredi, dum pueri sunt intus, præter filium magistri aut fratrem aut generum: his exceptis si quis fuerit ingressus, capite mulctator. Et gymnasiarchæ Mercurialibus nullo modo quenquam adultum ingredi cum pueris sinunto: sin permiserit neque gymnasio excluserit, teneatur gymnasiarcha lege de corruptela ingenuorum puerorum. Choragi autem qui a populo constituuntur annum ætatis quadragesimum excessisse debent.]

13. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, νομοθετεῖ περὶ ἀδικημάτων μεγάλων μέν, γινομένων δ' οἶμαι ἐν τῇ πόλει· ἐκ γὰρ τοῦ πράττεσθαί τινα ὧν οὐ προσῆκεν, ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθηκαν οἱ παλαιοί. Διαρρήδην γοῦν λέγει ὁ νόμος, ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ θεῖος ἢ ἐπίτροπος ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις, κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς οὐκ ἐᾷ γραφὰς ἑταιρήσεως εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος καὶ τοῦ μισθωσαμένου, τοῦ μὲν ὅτι ἐξεμίσθωσε, τοῦ δὲ ὅτι, φησίν, ἐμισθώσατο. Καὶ ἴσα τὰ ἐπιτίμια ἑκατέρῳ πεποίηκε, καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν· ἀποθανόντα δὲ αὐτὸν θαπτέτω καὶ τἄλλα ποιείτω τὰ νομιζόμενα. (14) Σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὦ Ἀθηναῖοι· ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιίας, ὥσπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παρρησίαν, τελευτήσαντα δὲ αὐτόν, ἡνίκα ὁ μὲν εὐεργετούμενος οὐχ αἰσθάνεται ὧν εὖ πάσχει, τιμᾶται δὲ ὁ νόμος καὶ τὸ θεῖον, θάπτειν ἤδη κελεύει καὶ τἄλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα. Καὶ τίνα ἕτερον νόμον ἔθηκε φύλακα τῶν ἡμετέρων παίδων; τὸν τῆς προαγωγείας, τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπιγράψας ἐάν τις ἐλεύθερον παῖδα ἢ γυναῖκα προαγωγεύῃ. (15) Καὶ ποῖον ἄλλον; τὸν τῆς ὕβρεως, ὃς ἑνὶ κεφαλαίῳ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα συλλαβὼν ἔχει· ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται, ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παῖδα (ὑβρίζει δὲ δή που ὁ μισθούμενος) ἢ ἄνδρα ἢ γυναῖκα, ἢ τῶν ἐλευθέρων τινὰ ἢ τῶν δούλων, ἢ ἐὰν παράνομόν τι ποιῇ εἰς τούτων τινά, γραφὰς ὕβρεως εἶναι πεποίηκε καὶ τίμημα ἐπέθηκεν ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Λέγε τὸν νόμον.

16. ΝΟΜΟΣ. [Ἄν τις Ἀθηναίων ἐλεύθερον παῖδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, τίμημα ἐπιγραψάμενος. Ὧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ, παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθημερόν. Ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν· ἕως δὲ τοῦ ἀποτῖσαι εἰρχθήτω. ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες.]

17. Ἴσως ἂν οὖν τις θαυμάσειεν ἐξαίφνης ἀκούσας, τί δή ποτ' ἐν τῷ νόμῳ τῷ τῆς ὕβρεως προσεγράφη τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ τῶν δούλων. Τοῦτο δὲ ἐὰν σκοπῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι, εὑρήσετε ὅτι τοῦτο πάντων ἄριστα ἔχει· οὐ γὰρ περὶ τῶν οἰκετῶν ἐσπούδακεν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ βουλόμενος ὑμᾶς ἐθίσαι πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως προσέγραψε μηδ' εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν. Ὅλως δὲ ἐν τῇ δημοκρατίᾳ τὸν εἰς ὁντινοῦν ὑβριστήν, τοῦτον οὐκ ἐπιτήδειον εἶναι ἡγήσατο συμπολιτεύεσθαι. (18) Κἀκεῖνο δέ μοι συνδιαμνημονεύσατε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐνταῦθ' ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται

13. Post hæc, judices, edicit de injuriis, magnis illis quidem, sed tamen fieri scilicet in urbe nostra solitis. Nam ea de causa leges a majoribus sancitæ sunt, quod quædam contra quam deceat committuntur. Lex certe quidem aperte ait : si pater aut frater aut patruus aut tutor aut denique is cujus est auctoritas aliquem mercede prostituat, non licere puerum accusare, sed tam eum qui elocarit quam qui conduxerit, illum quod elocarit, hunc, inquit, quod conduxerit, et parem in utrumque pœnam statuit. Neque necessitatem imponit puero ubi adoleverit patrem alendi aut domicilio excipiendi, si fuerit ab eo ad turpem quæstum elocatus, defunctum tamen sepelire jubet ac cetera parentalia obire ut moris est. (14) Considerate, Athenienses, quam recte : viventi ei eripit fructum procreationis liberorum, quemadmodum ipse puero dicendi libertatem : defunctum tamen, quum is quidem qui beneficium accipit, non jam sentit commodum quo afficitur, legi vero et numini honos habetur, sepelire jubet, et cetera de more præstare. Jam quamnam aliam legem tulit, nostrorum liberorum custodem? Legem de lenocinio, maximis pœnis ascriptis, si quis ingenui pueri aut mulieris lenonem agat. (15) Et quam aliam? Legem contumeliæ, quæ uno capite quæ sunt hujus generis omnia complectitur; in qua plane scriptum habetur, si quis puero contumeliam fecerit — facit autem utique contumeliam qui conducit, — aut viro, aut mulieri, sive ingenuo sive servo, aut aliquid legibus interdictum in horum aliquem commiserit, in eum contumeliæ actionem dat lex, pœnamque definivit quid is pati debeat, aut solvere. Recita legem.

16. LEX. [Si quis Atheniensis puero ingenuo contumeliam fecerit, is in cujus potestate puer est illum ad thesmothetas deferat, litis æstimatione in libello ascripta. Quodsi morte judicium eum condemnarit, undecimviris traditus eadem die perimatur : sin ei mulcta pecuniaria irrogata fuerit, intra dies undecim post judicium solvat, si statim solvere non potuerit; donec vero solverit, in carcere teneatur. Iisdem porro criminibus teneantur ii etiam qui servilia corpora violarint.]

17. Fortassis autem aliquis statim miretur, qua de causa legi contumeliæ etiam servorum nomen sit ascriptum. Id vero si considerabitis, Athenienses, omnium rectissimum esse invenietis. Neque enim servi tantæ curæ fuerunt legislatori, sed quia nos consuefacere voluit, ut a contumelia ingenuorum magnopere nobis temperaremus, ascripsit, ne servis quidem contumeliam esse faciendam. Denique qui in libera civitate quemcunque contumelia afficeret, eum ad civilem consuetudinem minime idoneum judicavit. (18) Atque illud una mecum, Athenienses, memineritis velim, legislatorem hic nondum loqui cum puero, sed cum

αὐτῷ τῷ σώματι τοῦ παιδός, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν παῖδα, πατρί, ἀδελφῷ, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλοις καὶ ὅλως τοῖς κυρίοις· ἐπειδὰν δ' ἐγγραφῇ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον καὶ τοὺς νόμους γνῷ καὶ εἰδῇ τοὺς τῆς πόλεως καὶ ἤδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μή, οὐκέτι ἑτέρῳ διαλέγεται, ἀλλ' ἤδη αὐτῷ. Καὶ πῶς λέγει; (19) Ἄν τις Ἀθηναίων, φησίν, ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, ὅτι οἶμαι στεφανηφόρος ἡ ἀρχή, μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, ὅς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ στόματι, μηδὲ συνδικῆσαι, φησί, τῷ δημοσίῳ· μηδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε, μήτ' ἔνδημον μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν μήτε χειροτονητήν· μηδὲ κηρυκευσάτω, μηδὲ πρεσβευσάτω, μηδὲ τοὺς πρεσβεύσαντας κρινέτω, μηδὲ μισθωθεὶς συκοφαντείτω, (20) μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε μήτε ἐν τῇ βουλῇ μήτε ἐν τῷ δήμῳ, μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα πράττῃ, γραφὰς ἑταιρήσεως πεποίηκε καὶ τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπέθηκεν. Λέγε αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν νόμον, ἵν' εἰδῆτε οἵων νόμων ἡμῖν κειμένων, ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων, τετόλμηκε Τίμαρχος δημηγορεῖν ὁ τοιοῦτος τὸν τρόπον οἷον ὑμεῖς ἐπίστασθε.

ΝΟΜΟΣ.

21. [Ἐάν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι μηδ' ἱεράσασθαι μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν μήτε χειροτονητήν, μηδ' ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω, μηδὲ γνώμην λεγέτω, μηδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω, μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῆς ἀγορᾶς τῶν περιρραντηρίων πορευέσθω. Ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω.]

22. Τοῦτον μὲν τὸν νόμον ἔθηκε περὶ τῶν μειρακίων τῶν προχείρως εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἐξαμαρτανόντων· οὓς δὲ ὀλίγῳ πρότερον ὑμῖν ἀνέγνω, περὶ τῶν παίδων· οὓς δὲ νυνὶ μέλλω λέγειν, περὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων. Ἀπαλλαγεὶς γὰρ τῶν νόμων τούτων, ἐσκέψατο τίνα χρὴ τρόπον συλλεγομένους ἡμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν βουλεύεσθαι περὶ τῶν σπουδαιοτάτων πραγμάτων. Καὶ πόθεν ἄρχεται; νόμοι, φησί, περὶ εὐκοσμίας. Ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο, ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστί, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. (23) Καὶ πῶς δὲ κελεύει τοὺς προέδρους χρηματίζειν; ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ κήρυξι καὶ πρεσβείαις καὶ ὁσίων, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ « Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ

pueri necessariis, patre, fratribus, tutore, magistris, denique iis in quorum is potestate est : ubi autem in album civitatis inscriptus fuerit, et leges civitatis didicerit ac cognorit, et jam inter honesta et turpia discernere potuerit, non jam cum aliis agit, sed cum ipso. Quomodo autem dicit? (19) Si quis, inquit, Atheniensium corpore quæstum fecerit, ei non liceat in novem archontum numerum cooptari — eo fortasse quod coronam gestat is magistratus — : neque sacerdotio fungatur — ut qui ne ore quidem puro loquatur — : neque cum populo judicet : neque ullum magistratum unquam administrato, vel domi vel peregre, sive sortitione, sive suffragio mandari solitum : neque fecialem neque legatum agat, neque legatione functos accuset, aut calumnietur mercede conductus : (20) neque unquam sententiam dicat, vel in senatu, vel apud populum, tametsi eloquentissimus fuerit Atheniensium. Qui secus fecerit, eum impudicitiæ accusandi lex potestatem dedit, pœnasque gravissimas statuit Recita et hanc legem, ut sciatis, quum tam pulcras et honestas leges habeamus, Timarchum fuisse ausum verba facere pro concione, quum iis moribus sit, quibus eum vos esse nostis.

LEX.

21. [Si quis Atheniensis se prostituerit, ei ne liceat in novem archontes cooptari, nec rem divinam facere, non cum populo judicare, nec ullo fungi magistratu sive domi sive peregre sive sortito sive suffragio mandari solito, neque fecialis mittatur, neque sententiam dicat, neque in publica fana ingrediatur, neque in festis solennibus de more coronam gestet, neque intra fori spatium aqua lustrali circumscriptum progrediatur : si quis autem hæc fecerit, impudicitiæ condemnatus, morte mulctetur.]

22. Hanc legem in adolescentulos tulit, qui facile in sua corpora nefas admittunt : quas autem paulo ante recitavi, eæ ad pueros pertinent : quas nunc dicturus sum, ad ceteros Athenienses. Absolutis enim his legibus, consideravit, quo pacto nos in concionem convenire, ac de rebus gravioribus deliberare deceat. Unde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplina. A modestia primum auspicatur : quasi, ubi optima disciplina sit, ibi civitatem maxime florere sit necesse. (23) Et quo pacto jubet præsides de publicis negotiis agere? Ubi lustralia circumgestata fuerint, et præco patria vota peregerit, in primis ad concionem referre jubet præsides de patriis sacris et caduceatoribus et legatis et publicis negotiis : deinde rogat præco, Quis eorum

πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; » Ἐπειδὰν δὲ οὗτοι πάντες εἴπωσι, τότ' ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, οἷς ἔξεστιν. (24) Σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὦ Ἀθηναῖοι. Οὐχ ἠγνόει, οἶμαι, ὁ νομοθέτης ὅτι οἱ πρεσβύτεροι τῷ μὲν εὖ φρονεῖν ἀκμάζουσιν, ἡ δὲ τόλμα ἤδη αὐτοὺς ἄρχεται ἐπιλείπειν διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων. Βουλόμενος δὴ συνεθίσαι τοὺς ἄριστα φρονοῦντας, τούτους ἐπάναγκες περὶ τῶν πραγμάτων λέγειν, ἐπειδὴ ὀνόματι αὐτῶν ἕνα ἕκαστον ἀπορεῖ προσειπεῖν, τὴν ἐπωνυμίαν τῆς ὅλης ἡλικίας ὑπολαβὼν παρακαλεῖ ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προτρέπει δημηγορεῖν. Ἅμα δὲ τοὺς νεωτέρους διδάσκει αἰσχύνεσθαι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πάνθ' ὑστέρους πράττειν καὶ τιμᾶν τὸ γῆρας, εἰς ὃ πάντες ἀφιξόμεθα, ἐὰν ἄρα διαγενώμεθα. (25) Καὶ οὕτως ἦσαν σώφρονες οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖνοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης ὁ τὴν ἀνόμοιον ἐπωνυμίαν ἔχων Τιμάρχῳ τούτῳ, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, ὥστε ὃ νυνὶ πάντες ἐν ἔθει πράττομεν, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτο θρασύ τι ἐδόκει εἶναι καὶ εὐλαβοῦντο αὐτὸ πράττειν. Μέγα δὲ πάνυ τούτου σημεῖον ἔργῳ ὑμῖν οἶμαι ἐπιδείξειν· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκπεπλεύκατε εἰς Σαλαμῖνα καὶ τεθέασθε τὴν Σόλωνος εἰκόνα, καὶ αὐτοὶ μαρτυρήσαιτ' ἂν ὅτι ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Σαλαμινίων ἀνάκειται ὁ Σόλων ἐντὸς τὴν χεῖρα ἔχων. Τοῦτ' ἔστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὑπόμνημα καὶ μίμημα τοῦ Σόλωνος σχήματος, ὃν τρόπον ἔχων αὐτὸς διελέγετο τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. (26) Σκέψασθε δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσον διαφέρει ὁ Σόλων Τιμάρχου καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἐν τῷ λόγῳ ἐπεμνήσθην. Ἐκεῖνοι μέν γε ᾐσχύνοντο ἔξω τὴν χεῖρα ἔχοντες λέγειν, Τίμαρχος δὲ οὑτοσὶ οὐ πάλαι ἀλλὰ πρῴην ποτὲ ῥίψας θοἰμάτιον γυμνὸς ἐπαγκρατίαζεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὕτω κακῶς καὶ αἰσχρῶς διακείμενος τὸ σῶμα ὑπὸ μέθης καὶ βδελυρίας, ὥστε τούς γε εὖ φρονοῦντας ἐγκαλύψασθαι, αἰσχυνθέντας ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰ τοιούτοις συμβούλοις χρώμεθα. (27) Ἃ συνιδὼν ὁ νομοθέτης διαρρήδην ἀπέδειξεν οὓς χρὴ δημηγορεῖν καὶ οὓς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. Καὶ οὐκ ἀπελαύνει ἀπὸ τοῦ βήματος εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶ τῶν ἐστρατηγηκότων, οὐδέ γε εἰ τέχνην τινὰ ἐργάζεται ἐπικουρῶν τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ· ἀλλὰ τούτους καὶ μάλιστα ἀσπάζεται, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπερωτᾷ τίς ἀγορεύειν βούλεται. (28) Τίνας δ' οὐκ ᾤετο δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας, τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν. Καὶ ποῦ τοῦτο δηλοῖ; δοκιμασία, φησί, ῥητόρων. Ἐάν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ τὸν πατέρα τύπτων ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. Νὴ Δία καλῶς γε, ὥς ἐγώ φημι. Διὰ τί; ὅτι εἴ τις, οὓς ἐξ ἴσου δεῖ τιμᾶν τοῖς θεοῖς, εἰς τούτους ἐστὶ φαῦλος, τί ποτε, φησίν, ὑπ' αὐτοῦ πείσονται οἱ ἀλλότριοι καὶ ἡ πόλις ὅλη; (29) Καὶ τίσι δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; ἢ τὰς στρατείας, φησί, μὴ ἐστρατευμένος ὅσαι ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς, δίκαια λέγων.

qui annum ætatis quinquagesimum excesserint verba facere vult? Ubi autem hi omnes dixerint, tum demum jubet ceterorum Atheniensium quemvis ex iis quibus liceat, dicere (24) Considerate, Athenienses, quam recte. Non ignorabat nimirum legislator, in natu majoribus vigere prudentiam, audaciam autem incipere jam deficere in eis, ob usum rerum. Volens igitur prudentissimos quosque consuefacere, ut sententiam necessario sibi dicendam putarent : quum uniuscujusque nominatim appellandi facultatem non haberet, communi totius ætatis cognomine usurpato, ad suggestum eos vocat, et ad habendas conciones adhortatur : eademque opera etiam adolescentes reverentiam erga seniores adhibendam esse docet, eisque priorem in rebus omnibus locum concedendum, et honorem senectuti habendum, ut ad quam perventuri simus omnes, nisi nos fata interceperint. (25) Itaque veteres illi oratores, Pericles, Themistocles, Aristides, qui dissimile Timarcho cognomen habet, quippe qui justus appelletur, adeo modesti fuerunt, ut, quod nunc de more omnes facimus, ut prolata manu dicamus, id tum audaciæ tribuerint, et verecundati sint. Cujus ego consuetudinis me re ipsa magnum vobis argumentum ostensurum arbitror. Satis enim scio, vos omnes trajecisse Salaminem, et Solonis spectasse statuam : itaque ipsi testari potestis, Solonem in foro Salaminiorum positum esse manu intra vestem condita. Illud est monumentum, Athenienses, et simulacrum gestus Solonis, quo pacto cum populo Atheniensium sermonem habuerit. (26) Considerate autem, Athenienses, quantum inter Solonem et Timarchum intersit, et eos viros quorum paulo ante mentionem feci. Illos enim puduit extenta manu verba facere : iste autem non olim sed nuper aliquando abjecta veste nudus toto corpore pugilem agebat in concione : et quidem corpore ob ebrietatem et petulantiam ita male turpiterque affecto, ut homines cordati oculos velarent, verecundantes reipublicæ vicem, quæ talibus consultoribus uteretur. (27) Quibus rebus legislator perspectis, plane demonstravit, quibus conciones sint habendæ, et quibus apud populum verba facienda non sint. Neque vero a suggestu repellit quemquam qui viro prætorio natus non est, aut qui artem aliquam exercet victus parandi causa : sed hos vel maxime amplectitur, eaque de causa sæpe interrogat, quis dicere velit? (28) Quos vero a dicendo repulit? Qui turpem vitam egerunt, eos concionari non sinit. Atque ubi id declarat? In capite De oratorum exploratione. Si quis, inquit, publice verba facere velit, qui patrem aut matrem verberat, aut non alit, aut eis domum non præbet, hunc verba facere non sinit. Idque recte mehercule, mea quidem sententia. Cur? Quodsi quis erga eos officio non fungitur, qui pari cum diis immortalibus honore sunt afficiendi : is quo pacto alios homines tractabit et totam civitatem? (29) Quibus secundo loco habendis concionibus interdixit? Si quis, inquit, imperatas sibi expeditiones non obierit, aut clypeum abjecerit.

Τί δή ποτε; ἄνθρωπε, τῇ πόλει ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι ἢ διὰ δειλίαν μὴ δυνατὸς εἶ ἐπαμῦναι, μηδὲ συμβουλεύειν ἀξίου. Τρίτον τίσι διαλέγεται; ἢ πεπορνευμένος, φησίν, ἢ ἡταιρηκώς· τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθαι. (30) Τέταρτον τίσι διαλέγεται; ἢ τὰ πατρῷα, φησί, κατεδηδοκὼς ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται· τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν, καὶ οὐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν δημοσίᾳ δὲ χρηστόν, οὐδ' ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον ἀλλ' οὐ τοῦ βίου. (31) Καὶ παρὰ μὲν ἀνδρὸς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, κἂν πάνυ κακῶς καὶ ἁπλῶς ῥηθῇ, χρήσιμα τὰ λεγόμενα ἡγήσατο εἶναι τοῖς ἀκούουσι· παρὰ δὲ ἀνθρώπου βδελυροῦ καὶ καταγελάστως μὲν κεχρημένου τῷ ἑαυτοῦ σώματι, αἰσχρῶς δὲ τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεδηδοκότος, οὐδ' ἂν εὖ πάνυ λεχθῇ συνοίσειν ἡγήσατο τοῖς ἀκούουσι. (32) Τούτους οὖν ἐξείργει ἀπὸ τοῦ βήματος, τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ καὶ συκοφαντῇ καὶ ἀσελγαίνῃ καὶ μηκέτι τοιοῦτον ἄνθρωπον δύνηται φέρειν ἡ πόλις, δοκιμασίαν μέν, φησίν, ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν, ὑμᾶς δ' ἤδη κελεύει περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγιγνώσκειν· καὶ νῦν ἐγὼ κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἥκω πρὸς ὑμᾶς.

33. Ταῦτα μὲν οὖν πάλαι νενομοθέτηται· ὑμεῖς δ' ἔτι προσέθεσθε καινὸν νόμον μετὰ τὸ καλὸν παγκράτιον ὃ οὗτος ἐπαγκρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὑπεραισχυνθέντες ἐπὶ τῷ πράγματι, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα ἥτις προεδρεύσει. Καὶ τί προσέταξεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον; καθῆσθαι κελεύει τοὺς φυλέτας βοηθοῦντας τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ, ὡς, εἰ μὴ βοήθειάν ποθεν μεταπεμψόμεθα ἐπὶ τοὺς οὕτω βεβιωκότας, οὐδὲ βουλεύεσθαι δυνησομένους ἡμᾶς περὶ τῶν σπουδαιοτάτων πραγμάτων. (34) Ἔστι δ' οὐδὲν ὄφελος, ὦ Ἀθηναῖοι, ζητεῖν τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους ἀπελαύνειν ἀπὸ τοῦ βήματος ταῖς κραυγαῖς· οὐ γὰρ αἰσχύνονται· ἀλλὰ ταῖς τιμωρίαις τούτους ἀπεθίζειν χρή· μόνως γὰρ ἂν οὕτως ἀνεκτοὶ γένοιντο.

Ἀναγνώσεται οὖν ὑμῖν τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῆς εὐκοσμίας κειμένους τῶν ῥητόρων καὶ τὸν περὶ τῆς προεδρείας τῶν φυλῶν νόμον, ὃν Τίμαρχος οὑτοσὶ καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ῥήτορες συνελθόντες γεγραμμένοι εἰσὶ μὴ ἐπιτήδειον εἶναι, ἵν' ἐξῇ πράττειν αὐτοῖς καὶ λέγειν καὶ ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται.

ΝΟΜΟΙ.

35. [Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ ἢ ἐν δήμῳ περὶ τοῦ εἰσφερομένου μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου, ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τῆς αὐτῆς, ἢ λοιδορῆται, ἢ κακῶς ἀγορεύῃ τινά,

Recte. Cur tandem? Homo, ei civitati, pro qua arma non sumis, cuique ob ignaviam opem ferre non potes, ne consilium quidem dare velis. Tertio cum quibus agit? Si quis, inquit, meretricium quæstum fecerit aut pudicitiam prostituerit. Nam qui suum corpus ad ignominiam vendiderit, eum etiam reipublicæ negotia facile venditurum putavit. (30) Quarto loco, cum quibus agit? Si quis patrimonium, aut hereditaria bona, per luxum absumpserit. Nam qui suam familiam male administrarit, eodem modo rempublicam etiam curaturum censuit. Neque fieri posse existimavit legislator, ut idem homo et privatim esset improbus, et publice bonus: aut decere, ut orator suggestum conscenderet, qui orationis habendæ prius quam degendæ vitæ rationem duxisset. (31) Nam viri boni orationem quamvis nudam, quamvis simplicem, auditoribus profuturam: hominis autem improbi, qui et corpus suum risui exposuerit, et patrimonium turpiter devorarit, quantumvis ornatam, non e re fore auditorum. (32) Hos ergo repellit a suggestu: his concionibus interdicit. Quodsi quis contra hæc non tantum verba faciat, sed et calumniatorem agat, et petulanter sese gerat, ut eum civitas diutius ferre non possit: in eum, inquit, civium quilibet, cui fas est, censoriam actionem instituat: vosque jubet de eo jam pro tribunali decernere. Ego itaque nunc ex hac lege venio ad vos.

33. Et hæc quidem olim sancita sunt, vos vero adjecistis novam legem, post bellam istius pro concione luctam. Summo enim ob istud facinus pudore affecti, legem tulistis, in singulis concionibus sortito decernendam esse tribum, quæ præsideat circa suggestum. Et quid legis auctor jussit? Sedere tribules et defendere leges atque rempublicam: quod nisi alicunde auxilia contra homines his moribus præditos accersiverimus, ne deliberandi quidem gravissimis de rebus facultatem simus habituri. (34) Inanis autem opera sumitur, Athenienses, si tales homines clamoribus a suggestu depellere studeatis, — neque enim eos pudet —, sed suppliciis eorum consuetudo est coercenda: nam ita demum ferri possunt.

Recitabuntur igitur vobis leges de oratorum disciplina latæ, et ea quæ de præsidente tribu agit: quam Timarchus et alii hujusmodi oratores per conspirationem, quasi e republica non esset, abrogare studuerunt, ut eis suo arbitratu et facere et dicere omnia, et vivere liceret.

LEGES.

35. [Si quis oratorum in senatu, aut pro concione, vel non seorsum de re proposita, vel bis de eadem re apud eosdem dixerit, sive conviciando, sive maledicendo alicui, sive pede supplodendo,

ἢ ὑποκρούῃ, ἢ χρηματιζόντων μεταξὺ ἀνεστηκὼς λέγῃ περί του μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἢ παρακελεύηται ἢ ἕλκῃ τὸν ἐπιστάτην, ἀφειμένης τῆς ἐκκλησίας ἢ τῆς βουλῆς κυριευέτωσαν οἱ πρόεδροι μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν καθ' ἕκαστον ἀδίκημα ἐπιγράφειν τοῖς πράκτορσιν. Εἰ δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβαλόντες μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλὴν ἢ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν. Ὅταν δ' ἐξίωσι κλήσεις, κρινάτωσαν· καὶ ἐὰν καταγνωσθῇ αὐτοῦ κρύβδην ψηφιζομένων, ἐγγραψάτωσαν οἱ πρόεδροι τοῖς πράκτορσιν.]

36. Τῶν μὲν οὖν νόμων ἀκηκόατε, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι δοκοῦσιν ὑμῖν καλῶς ἔχειν. Τούτους μέντοι τοὺς νόμους εἶναι χρησίμους ἢ ἀχρήστους ἐφ' ὑμῖν ἐστιν· ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας, ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δ' ἀφιῆτε, καλοὶ μόνον, κύριοι δὲ οὐκέτι.

6 37. Βούλομαι δ', ὥσπερ ὑπεθέμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, ἐπειδὴ περὶ τῶν νόμων εἴρηκα, πάλιν τὸ μετὰ τοῦτο ἀντεξετάσαι τοὺς τρόπους τοὺς Τιμάρχου, ἵν' εἰδῆτε ὅσον διαφέρουσι τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων. Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, συγγνώμην μοι ἔχειν, ἐὰν ἀναγκαζόμενος λέγειν περὶ ἐπιτηδευμάτων φύσει μὲν μὴ καλῶν, τούτῳ δὲ πεπραγμένων, ἐξαχθῶ τι ῥῆμα εἰπεῖν ὅ ἐστιν ὅμοιον τοῖς ἔργοις τοῖς Τιμάρχου. (38) Οὐδὲ γὰρ ἂν δικαίως ἐμοὶ ἐπιτιμήσαιτε, εἴ τι σαφῶς εἴποιμι διδάσκειν βουλόμενος, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τούτῳ, εἰ αἰσχρῶς οὕτω τυγχάνει βεβιωκὼς ὥστε τὸν τὰ τούτῳ πεπραγμένα διεξιόντα ἀδύνατον εἶναι εἰπεῖν ὡς αὐτὸς βούλεται, ἐὰν μή τι καὶ τῶν τοιούτων φθέγξηται ῥημάτων. Εὐλαβήσομαι δ' αὐτὸ ποιεῖν ὡς ἂν δύνωμαι μάλιστα.

39. Σκέψασθε δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡς μετρίως μέλλω προσφέρεσθαι Τιμάρχῳ τουτῳί. Ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν παῖς ὢν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμάρτηκεν ἀφίημι, καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη γέγονε προθεσμία· ἃ δὲ ἤδη φρονῶν καὶ μειράκιον ὢν καὶ τοὺς νόμους ἐπιστάμενος τοὺς τῆς πόλεως διαπέπρακται, περὶ τούτων ἔγωγε τὰς κατηγορίας ποιήσομαι καὶ ὑμᾶς ἐπ' αὐτοῖς ἀξιῶ σπουδάζειν.

40. Οὗτος γὰρ πρῶτον μὲν πάντων, ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων, ἐκάθητο ἐν Πειραιεῖ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου, προφάσει μὲν τῆς τέχνης μαθητής, τῇ δ' ἀληθείᾳ πωλεῖν αὑτὸν προῃρημένος, ὡς αὐτὸ τοὔργον ἔδειξεν. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἐμπόρων ἢ τῶν ἄλλων ξένων ἢ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο τῷ σώματι Τιμάρχου, ἑκὼν καὶ τούτους ὑπερβήσομαι, ἵνα μή μέ τις εἴπῃ ὡς ἄρα λίαν ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα· ὧν δ' ἐν ταῖς οἰκίαις γέγονε

vel inter decernendum assurgens importune locutus fuerit de rebus a suggestu alienis, vel aliquem concitarit, vel præfectum traxerit, dimissa concione aut senatu, ejus mulctandi potestas esto penes præsides usque ad L drachmas in singula delicta mulctam imponendi et in tabulas exactoribus tradendas inscribendi. Quodsi graviorem meruisse pœnam videbitur, indicta mulcta usque ad L drachmas, deferunto ad senatum aut ad primam concionem in curia. Ubi autem citationes recensuerint, judicanto; quod si condemnatus fuerit, clam suffragia ferentibus senatoribus, præsides mulctam in tabulas exactorum referunto.]

36. Leges audivistis, Athenienses: neque dubito quin eæ vobis probandæ esse videantur. Ceterum utrum eæ leges ratæ irritæve sint, id penes vos est. Nam si quidem injurios homines punieritis, leges vobis et bonæ et ratæ erunt: sin absolveritis, bonæ illæ quidem erunt, ratæ non erunt.

37. Volo autem, quemadmodum orationis initio proposui, postquam dixi de legibus, jam tandem Timarchi mores cum eis conferre: ut sciatis quantum ii discrepent a vestris legibus. A vobis vero peto, Athenienses, ut veniam mihi detis, si quid fuero dicere coactus de studiis, non quidem natura honestis, sed ab isto tamen usurpatis, atque verbum aliquod mihi exciderit factis Timarchi simile. (38) Neque enim jure me reprehendetis, si quid plane dixero, quo vos edoceam: sed multo magis istum, qui adeo flagitiose vixit, ut qui facta ejus commemorat, suo arbitratu dicere non possit, nisi verba etiam quædam hujusmodi proferat. Dabo tamen operam, ut quam modestissime id faciam.

39. Velim autem consideretis, Athenienses, quanta æquitate sim acturus cum Timarcho. Nam quæ delicta puer adhuc in suum corpus admisit, omitto, eaque nihil valeant, ut ea quæ sub triginta tyrannorum dominatu, aut ante præturam Euclidis acta sunt, aut si quod aliud hujusmodi præfinitum tempus exstitit: quæ vero jam sui compos, quæ adolescens, quæ legum civitatis gnarus admisit, ea demum accusabo, eaque vobis uti curæ sint, oro.

40. Iste primum omnium pueritiam egressus sedit in Piræeo, in Euthydici medici taberna, per speciem discendæ artis, quum, si res ipsa spectetur, se venditare instituisset, ut eventus declaravit. Qui porro mercatores, aut alii hospites, aut nostri cives illis temporibus Timarchi corpore fuerint abusi, hoc quoque ultro præteribo: ne quis fortasse dicat, me accuratius omnia persequi: quorum autem in

καταισχύνων τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὴν πόλιν, μισθαρνῶν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ὃ ἀπαγορεύει ὁ νόμος μὴ πράττειν ἢ μὴ δημηγορεῖν, περὶ τούτων ποιήσομαι τοὺς λόγους. (41) Μισγόλας ἐστί τις Ναυκράτους, ὦ Ἀθηναῖοι, Κολλυτεύς, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθός, καὶ οὐδαμῇ ἄν τις αὐτὸν μέμψαιτο, περὶ δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦτο δαιμονίως ἐσπουδακὼς καὶ ἀεί τινας ἔχειν εἰωθὼς περὶ αὐτὸν κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστάς. Ταυτὶ δὲ λέγω οὐ τοῦ φορτικοῦ ἕνεκα, ἀλλ' ἵν' αὐτὸν γνωρίσητε ὅστις ἐστίν. Οὗτος αἰσθόμενος ὧν ἕνεκα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Τίμαρχος οὑτοσὶ ἐπὶ τοῦ ἰατρείου, ἀργύριόν τι προαναλώσας ἀνέστησεν αὐτὸν καὶ ἔσχε παρ' ἑαυτῷ, εὔσαρκον ὄντα καὶ νέον καὶ βδελυρὸν καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ πρᾶγμα ὃ προῃρεῖτο ἐκεῖνος μὲν πράττειν, οὗτος δὲ πάσχειν. (42) Καὶ ταῦτα ποιεῖν οὐκ ὤκνησεν ἀλλ' ὑπέστη Τίμαρχος οὑτοσὶ οὐδενὸς ὢν τῶν μετρίων ἐνδεής· πολλὴν γὰρ πάνυ κατέλιπεν ὁ πατὴρ αὐτῷ οὐσίαν, ἣν οὗτος κατεδήδοκεν, ὡς ἐγὼ προϊόντος ἐπιδείξω τοῦ λόγου· ἀλλ' ἔπραξε ταῦτα δουλεύων ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὀψοφαγίαις καὶ πολυτελείαις δείπνων καὶ αὐλητρίσι καὶ ἑταίραις καὶ κύβοις καὶ τοῖς ἄλλοις, ὑφ' ὧν οὐδενὸς δεῖ κρατεῖσθαι τὸν γενναῖον καὶ ἐλεύθερον. Καὶ οὐκ ᾐσχύνθη ὁ μιαρὸς οὗτος ἐκλιπὼν μὲν τὴν πατρῴαν οἰκίαν, διαιτώμενος δὲ παρὰ Μισγόλᾳ οὔτε πατρικῷ ὄντι φίλῳ οὔθ' ἡλικιώτῃ οὔτε παρ' ἐπιτρόπῳ, ἀλλὰ παρ' ἀλλοτρίῳ καὶ πρεσβυτέρῳ ἑαυτοῦ, καὶ παρ' ἀκολάστῳ περὶ ταῦτα ὡραῖος ὤν. (43) Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καταγέλαστα πέπρακται Τιμάρχῳ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἓν δὲ ὃ καὶ διηγήσασθαι ὑμῖν βούλομαι. Ἦν μὲν Διονυσίων τῶν ἐν ἄστει ἡ πομπή, ἐπόμπευον δ' ἐν τῷ αὐτῷ ὅ τε Μισγόλας ὁ τοῦτον ἀνειληφὼς καὶ Φαῖδρος Καλλίου Σφήττιος. Συνθεμένου δ' αὐτοῖς συμπομπεύειν Τιμάρχου τουτουί, οἱ μὲν περὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν διέτριβον, οὗτος δὲ οὐκ ἐπανῆκε. Παρωξυμμένος δὲ πρὸς τὸ πρᾶγμα ὁ Μισγόλας ζήτησιν αὐτοῦ ἐποιεῖτο μετὰ τοῦ Φαίδρου, ἐξαγγελθέντος δ' αὐτοῖς εὑρίσκουσι τοῦτον ἐν συνοικίᾳ μετὰ ξένων τινῶν συναριστῶντα. Διαπειλησαμένου δὲ τοῦ Μισγόλα καὶ τοῦ Φαίδρου τοῖς ξένοις καὶ κελευόντων ἤδη ἀκολουθεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὅτι μειράκιον ἐλεύθερον διέφθειραν, φοβηθέντες οἱ ξένοι ᾤχοντο φεύγοντες, καταλιπόντες τὰ παρεσκευασμένα. (44) Καὶ ταῦθ' ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω, ἅπαντες ὅσοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐγίγνωσκον Μισγόλαν καὶ Τίμαρχον, ἴσασιν. Ἦ δὴ καὶ πάνυ χαίρω ὅτι μοι γέγονεν ἡ δίκη πρὸς ἄνθρωπον οὐκ ἠγνοημένον ὑφ' ὑμῶν, οὐδ' ἀπ' ἄλλου γιγνωσκόμενον οὐδενὸς ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἐπιτηδεύματος περὶ οὗ καὶ τὴν ψῆφον μέλλετε φέρειν. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀγνοουμένων σαφεῖς ἴσως προσήκει τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι τὸν κατήγορον, περὶ δὲ τῶν ὁμολογουμένων οὐ λίαν ἔγωγε μέγα ἔργον εἶναι νομίζω τὸ κατηγορεῖν· ἀναμνῆσαι γὰρ μόνον προσήκει τοὺς ἀκούοντας. (45) Ἐγὼ τοίνυν καίπερ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος, ἐπειδὴ ἐν δικαστηρίῳ ἐσμέν, γέγραφα μαρτυρίαν Μισγόλᾳ ἀληθῆ μὲν οὐκ ἀπαίδευτον δέ, ὡς ἐγὼ ἐμαυτὸν πείθω. Αὐτὸ

ædibus cum sui corporis et civitatis probro vixerit, quæstus ob eam rem faciendi causa, quam rem lex aut vitare aut concionibus abstinere et : his de rebus verba faciam. (41) Est quidam Collytensis Misgolas, Naucratis filius, Athenienses, vir cetera sane bonus nec ullo nomine reprehendendus, ceterum istius rei impotenter studiosus, quique continenter secum habere solet aliquos citharœdos aut citharistas. Hæc dico non arguendi luxus causa, sed ut noveritis quis sit. Is ubi animadvertit, quibus de causis Timarchus in taberna medica versaretur, quum nonnihil nummorum insumpsisset, inde hominem abduxit ad se, ut et habito corpore et adolescentem et petulantem et aptum ad eam rem, quam et ipse perpetrare et iste tolerare instituerat. (42) Neque vero id recusavit Timarchus, sed recepit, quum nulla re mediocri egeret (permagnas enim opes ei pater reliquerat, quas iste decoxit, ut ego vobis in progressu orationis ostendam), sed ista fecit, ut turpissimis voluptatibus obsequeretur, deliciis ciborum et sumptuosis cœnis et tibicinis et meretricibus, et tesseris ceterisque rebus, quarum nulla vinci debet generosum et liberale ingenium. Neque nefarium istum in flore ætatis suæ puduit, relictis paternis ædibus apud Misgolam vivere : qui neque paternus ejus amicus neque æqualis neque curator erat, sed alienus et ipso natu grandior, et in ejusmodi rebus incontinens. (43) Timarchus igitur quum alia deridenda fecit illis temporibus, tum unum quiddam, quod vobis narrabo. Agebatur urbanorum Bacchanalium celebritas. Una porro festum celebrabant Misgolas, istius hospes, et Phædrus Calliæ F. Sphettius. Quum autem Timarchus promisisset, se una cum iis festum acturum : illi dum ceteris rebus apparandis occupantur, iste non revertitur. Quam rem iniquo animo ferens Misgolas, una cum Phædro eum inquirit : factoque indicio, deprehendunt in ædibus cum hospitibus quibusdam prandentem. Interminato autem Misgola et Phædro hospitibus, et jubente statim eos ambulare in carcerem, quod adolescentem ingenuum corrupissent : hospites perterriti, fugam arripuerunt, relictis epulis. (44) Hæc vere a me dici, norunt omnes, qui iis temporibus Misgolam et Timarchum noverunt : unde gaudeo mihi rem esse cum homine vobis non ignoto, neque ex alia re ulla noto, nisi ex eo flagitio, de quo pronuntiaturi estis. Nam ignotæ res accusatori fortassis perspicue sunt demonstrandæ : in confessis autem equidem non magni operis esse puto accusare ; nam excitanda duntaxat est auditorum memoria. (45) Sed tamen ego, quum de re constet, quando in prætorio sumus, testimonium Misgolæ perscripsi : verum illud quidem, non tamen incivile, ut mihi persuadeo. Nam ipsius rei, quam cum isto

μὲν γὰρ τοὔνομα τοῦ ἔργου ὃ ἔπραττε πρὸς τοῦτον οὐκ ἐγγράφω, οὐδ' ἄλλο γέγραφα οὐδὲν ὃ ἐπιζήμιόν ἐστιν ἐκ τῶν νόμων τῷ τἀληθῆ μαρτυρήσαντι· ἃ δέ ἐστιν ὑμῖν ἀκούουσι γνώριμα, ἀκίνδυνα δὲ καὶ μὴ τῷ μαρτυροῦντι αἰσχρά, ταῦτα γέγραφα. (46) Ἐὰν μὲν οὖν ἐθελήσῃ ὁ Μισγόλας δεῦρο παρελθὼν τἀληθῆ μαρτυρῆσαι, τὰ δίκαια ποιήσει· ἐὰν δὲ προαιρῆται ἐκκλητευθῆναι μᾶλλον ἢ τἀληθῆ μαρτυρεῖν, ὑμεῖς τὸ ὅλον πρᾶγμα σύνιστε. Εἰ γὰρ ὁ μὲν πράξας αἰσχυνεῖται καὶ προαιρήσεται χιλίας μᾶλλον δραχμὰς ἀποτῖσαι τῷ δημοσίῳ, ὥστε μὴ δεῖξαι τὸ πρόσωπον τὸ ἑαυτοῦ ὑμῖν, ὁ δὲ πεπονθὼς δημηγορήσει, σοφὸς ὁ νομοθέτης ὁ τοὺς οὕτω βδελυροὺς ἐξείργων ἀπὸ τοῦ βήματος. (47) Ἐὰν δ' ἄρα ὑπακούσῃ μέν, τράπηται δὲ ἐπὶ τὸ ἀναιδέστατον, ἐπὶ τὸ ἐξόμνυσθαι τὰς ἀληθείας, ὡς Τιμάρχῳ μὲν χάριτας ἀποδιδούς, ἑτέροις δ' ἐπίδειξιν ποιούμενος ὡς εὖ ἐπίσταται τὰ τοιαῦτα συγκρύπτειν, πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτὸν ἐξαμαρτήσεται ἐπιορκῶν, ἔπειτα οὐδὲν αὐτῷ ἔσται πλέον. Ἑτέραν γὰρ ἐγὼ γέγραφα μαρτυρίαν τοῖς εἰδόσι Τίμαρχον τουτονὶ ἐκλιπόντα τὴν πατρῴαν οἰκίαν καὶ διαιτώμενον παρὰ Μισγόλᾳ, πρᾶγμα (οἶμαι) χαλεπὸν ἐξεργάζεσθαι ἐπιχειρῶν· οὔτε γὰρ ἐμὲ δεῖ τοὺς ἐμαυτοῦ φίλους μάρτυρας παρασχέσθαι οὔτε τοὺς τούτων ἐχθροὺς οὐδὲ τοὺς μηδετέρους ἡμῶν γιγνώσκοντας, ἀλλὰ τοὺς τούτων φίλους. (48) Ἂν δ' ἄρα καὶ τούτους πείσωσι μὴ μαρτυρεῖν (ὡς οὐκ οἴομαί γε· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὐχ ἅπαντας), ἐκεῖνό γε οὐδέποτε δυνήσονται, ἀφελέσθαι τὴν ἀλήθειαν οὐδὲ τὴν ἐν τῇ πόλει περὶ Τιμάρχου φήμην, ἣν οὐκ ἐγὼ τούτῳ παρεσκεύασα, ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ καθαρὸν χρὴ τὸν βίον εἶναι τοῦ σώφρονος ἀνδρὸς ὥστε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς.

49. Βούλομαι δὲ κἀκεῖνο προειπεῖν, ἐὰν ἄρα ὑπακούσῃ ὁ Μισγόλας τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν. Εἰσὶ φύσεις ἀνθρώπων πολὺ διαφέρουσαι ὀφθῆναι ἀλλήλων τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν· ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες προφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται, ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες παντάπασι νέοι. Τούτων δ' ἐστὶ τῶν ἀνδρῶν ὁ Μισγόλας. Τυγχάνει μὲν γὰρ ἡλικιώτης ὢν ἐμὸς καὶ συνέφηβος, καὶ ἔστιν ἡμῖν τουτὶ πέμπτον καὶ τετταρακοστὸν ἔτος· καὶ ἐγὼ μὲν τοσαυτασὶ πολιὰς ἔχω, ἃς ὑμεῖς ὁρᾶτε, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος. Διὰ τί οὖν ταῦτα προλέγω; ἵνα μὴ ἐξαίφνης αὐτὸν ἰδόντες θαυμάσητε καὶ τοιοῦτόν τι τῇ διανοίᾳ ὑπολάβητε « ὦ Ἡράκλεις, ἀλλ' οὗτός γε τούτου οὐ πολὺ διαφέρει. » Ἅμα μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐστὶ τοιαύτη τοῦ ἀνθρώπου, ἅμα δὲ ἤδη μειρακίῳ ὄντι αὐτῷ ἐπλησίαζεν.

50. Ἵνα δὲ μὴ διατρίβω, πρῶτον μὲν κάλει μοι τοὺς εἰδότας Τίμαρχον τουτονὶ διαιτώμενον ἐν τῇ Μισγόλα οἰκίᾳ, ἔπειτα τὴν Φαίδρου μαρτυρίαν ἀναγίνωσκε. Καὶ
8 τελευταίαν δέ μοι λαβὲ τὴν αὐτοῦ Μισγόλα μαρτυρίαν, ἵνα καὶ τοὺς θεοὺς δεδιὼς καὶ τοὺς συνειδότας αἰσχυνόμενος καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς ἐθελήσῃ τἀληθῆ μαρτυρεῖν.

patravit, nomen non inscribo, neque scripsi quicquam aliud ob quod pœna a legibus metuenda sit vera testificato : sed quæ et vobis audituris nota, et testificanti tuta sunt, ea scripsi. (46) Quodsi igitur volet Misgolas huc progressus verum testificari, recte faciet : sin se citatione adigi, quam verum profiteri maluerit, tota res in conspectu vobis erit. Nam si is qui patravit, verecundetur, et reipublicæ mille drachmas pendere maluerit, quam vestra ora intueri, is vero qui passus est, concionari audeat : sapienter fecit legislator, qui tales a suggestu repulerit. (47) Sin sese stiterit quidem, sed ad rem omnium impudentissimam se converterit, ad ejurandum veritatem, ut qui et Timarcho gratiam referat, et apud alios ostentet quam solerter hujusmodi facinora contegere possit : primum perjurio erga semetipsum delinquet, deinde nihil ea re proficiet. Nam aliud ego dictavi testimonium iis qui sciunt Timarchum relictis paternis ædibus apud Misgolam habitasse. Ac video profecto, quam arduam rem aggrediar. Neque enim vel amici mei, vel ipsorum inimici, testes producendi sunt, neque ii etiam qui neutros nostrûm norunt : sed amici istorum. (48) Si vero iis etiam persuaserint ne testificentur, — quod non existimo, aut certe non omnibus persuasuros existimo —, eo tamen nunquam evertent veritatem, aut sparsam in urbe de Timarcho famam, cujus non ego isti sum auctor, sed ipse sibi. Vitam enim viri temperantis adeo puram esse decet, ut in eam nullius flagitii cadat suspicio.

49. Verum illud etiam præfari volo, si forte Misgolas vobis et legibus paruerit. Ea sunt naturarum humanarum discrimina, ut ætas ex aspectu satis dijudicari non possit. Quidam enim adolescentes provectæ ætatis et senectutis speciem præ se ferunt : alii multos annos nati, omnino juvenes videntur. Quorum unus est Misgolas. Est enim æqualis meus, unaque mecum adolevit : atque annum nunc agimus quintum et quadragesimum. Ac ego quidem tot canos habeo, quot videtis : ille vero non item. Quamobrem igitur hoc prædico? Ne vel ex primo statim ejus aspectu miremini, et tale quippiam in mentem vobis veniat : « mehercule iste (Misgolas) ab illo non multum differt. » Nam partim natura hominis talis est, partim cum eo jam adolescente consuevit.

50. Ne vero moram faciam, voca mihi primum eos qui sciunt Timarchum versari solitum in Misgolæ ædibus : deinde Phædri testimonium lege : postremo ipsius Misgolæ testimonium sumito : ut et deorum immortalium metu, et consciorum ceterorumque civium et vestrûm, qui pro tribunali sedetis, pudore verum perhibere testimonium velit.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

[Μισγόλας Νικίου Πειραιεὺς μαρτυρεῖ. Ἐμοὶ ἐγένετο ἐν τῇ συνηθείᾳ Τίμαρχος ὁ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου ποτὲ καθεζόμενος, καὶ κατὰ τὴν γνῶσίν μοι τὴν πρὸς αὐτὸν πολυωρῶν εἰς τὴν νῦν οὐ διέλιπον.]

51. Εἰ μὲν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, Τίμαρχος οὑτοσὶ διέμεινε παρὰ τῷ Μισγόλᾳ καὶ μηκέτι ὡς ἄλλον ἧκε, μετριώτερ' ἂν διεπέπρακτο, εἴ δή τι τῶν τοιούτων ἐστὶ μέτριον, καὶ ἔγωγε οὐκ ἂν ὤκνησα αὐτὸν οὐδὲν αἰτιᾶσθαι ἢ ὅπερ ὁ νομοθέτης παρρησιάζεται, ἡταιρηκέναι μόνον· ὁ γὰρ πρὸς ἕνα τοῦτο πράττων, ἐπὶ μισθῷ δὲ τὴν πρᾶξιν ποιούμενος, αὐτῷ μοι δοκεῖ τούτῳ ἔνοχος εἶναι. (52) Ἐὰν δ' ὑμᾶς ἀναμνήσας ἐπιδείξω, ὑπερβαίνων τούσδε τοὺς ἀγρίους, Κηδωνίδην καὶ Αὐτοκλείδην καὶ Θέρσανδρον, ἀλλ' ἐπιδείξω αὐτοὺς λέγων ὧν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀνειλημμένος γέγονε, καὶ μὴ μόνον παρὰ τῷ Μισγόλᾳ μεμισθαρνηκότα αὐτὸν ἐπὶ τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρῳ καὶ πάλιν παρ' ἄλλῳ, καὶ παρὰ τούτου ὡς ἕτερον ἐληλυθότα, οὐκέτι δήπου φαίνεται μόνον ἡταιρηκώς, ἀλλὰ καί (μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ οἶδ' ὅπως δυνήσομαι περιπλέκειν ὅλην τὴν ἡμέραν) καὶ πεπορνευμένος· ὁ γὰρ εἰκῇ τοῦτο καὶ πρὸς πολλοὺς πράττων καὶ μισθοῦ αὐτῷ μοι τούτῳ δοκεῖ ἔνοχος εἶναι.

53. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Μισγόλας τῇ τε δαπάνῃ ἀπεῖπε καὶ τοῦτον ἐξέπεμψε παρ' ἑαυτοῦ, μετὰ τοῦτον ἀναλαμβάνει αὐτὸν Ἀντικλῆς Καλλίου Εὐωνυμεύς. Οὗτος μὲν οὖν ἄπεστιν ἐν Σάμῳ μετὰ τῶν κληρούχων· ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα ἐρῶ. Ὡς γὰρ ἀπηλλάγη παρὰ τοῦ Ἀντικλέους καὶ τοῦ Μισγόλα Τίμαρχος οὗτος, οὐκ ἐνουθέτησεν ἑαυτὸν οὐδὲ βελτιόνων διατριβῶν ἥψατο, ἀλλὰ διημέρευεν ἐν τῷ κυβείῳ, οὗ ἡ τηλία τίθεται καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι καὶ κυβεύουσιν· ἤδη γὰρ οἶμαί τινας ὑμῶν ἑωρακέναι ἃ λέγω, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκηκοέναι γε. (54) Τῶν δὲ ἐκ τῆς διατριβῆς ταύτης ἔστι τις Πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος οἰκέτης τῆς πόλεως. Οὗτος εὐπορῶν ἀργυρίου καὶ ἰδὼν τοῦτον ἐν τῇ διατριβῇ ταύτῃ ἀνέλαβεν αὐτὸν καὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ. Καὶ ταῦτ' οὐκ ἐδυσχέραινεν ὁ μιαρὸς οὑτοσί, μέλλων ἑαυτὸν καταισχύνειν πρὸς ἄνθρωπον δημόσιον οἰκέτην τῆς πόλεως· ἀλλ' εἰ λήψεται χορηγὸν τῇ βδελυρίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, τοῦτο μόνον ἐσκέψατο, τῶν δὲ καλῶν ἢ τῶν αἰσχρῶν οὐδεμίαν πώποτε πρόνοιαν ἐποιήσατο. (55) Καὶ τοιαῦτα ἁμαρτήματα καὶ τοιαύτας ὕβρεις ἐγὼ ἀκήκοα γεγονέναι ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου εἰς τὸ σῶμα τοῦ Τιμάρχου, οἵας ἐγὼ μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον οὐκ ἂν τολμήσαιμι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· ἃ γὰρ οὗτος ἔργῳ πράττων οὐκ ᾐσχύνετο, ταῦτ' ἐγὼ λόγῳ σαφῶς ἐν ὑμῖν εἰπὼν οὐκ ἂν ἐδεξάμην ζῆν. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους ἐν οἷς οὗτος ἦν παρὰ τῷ Πιτταλάκῳ, καταπλεῖ δεῦρο ἐξ Ἑλλησπόντου Ἡγήσανδρος ὁ τοῦτον ἀνειλη-

TESTIMONIUM.

[Misgolas Niciæ filius Piræensis testatur : Timarchum sibi fuisse familiarem, qui aliquando in Euthydici medici taberna sederit, seque pro notitia quæ cum eo intercesserit nunquam ejus summam habere curam destitisse.]

51. Quodsi Timarchus, Athenienses, apud Misgolam mansisset, neque ad alium se contulisset, rectius sibi consuluisset, — si quicquam tamen hujusmodi rectum esse potest —, neque ego quicquam aliud ei objecissem, quam quod legislator aperte dicit, eum pudicitiam duntaxat prostituisse. Nam qui id cum uno perpetrat, ac mercedis ergo facit, eo ipso teneri mihi videtur. (52) Sin refricata vestra memoria, omissis istis agrestibus viris, Cedonide, Autoclide, Thersandro, demonstraro singulos commemorans quorum in ædes fuerit receptus : unde constet eum non solum apud Misgolam corpus suum mercede prostituisse, sed apud alium etiam, et rursus apud alium, atque ab illo ad alium venisse : non modo jam eum prostituisse pudicitiam apparebit, sed — nescio medius fidius quomodo rem per ambages efferam totum diem — pro scorto subagitatum esse. Qui enim petulanter hoc, et apud multos, et mercede facit, is eo ipso teneri mihi videtur.

53. Postquam igitur Misgolas, sumptibus exhaustus, istum a se dimisit, Anticles Calliæ filius Euonymensis recipit. Ac is quidem Sami abest cum colonis. Ea igitur quæ secuta sunt, referam. Timarchus ut ab Anticle et Misgola recessit, non ipse in sese descendit, nec meliorem vitæ rationem est amplexus : sed in aleatorum circulis totos dies versatus, ubi tabula ponitur, et coturnices ac galli gallinacei committuntur, et alea luditur. Vestrûm enim aliquos ea vidisse arbitror, quæ dico, aut saltem audivisse. (54) Est autem ex ejus loci cœtu homo quidam Pittalacus, servus publicus nostræ urbis : qui quum argento abundaret, istum in ea palæstra visum, ad se recepit, et domi habuit. Neque vero impurus iste conditionem illam repudiavit, quum se probro affecturus esset apud hominem servum publicum : sed illud solum spectavit, an præbitorem petulantiæ suæ inventurus esset, nulla unquam honestatis aut turpitudinis habita ratione. (55) Talia porro delicta et tales contumelias audivi ego ab illo homine in istius corpus esse factas, quas ego, ita me Jupiter Opt. Max. juvet, narrare apud vos non audeo. Quibus enim iste re ipsa committendis non erubuit, iis ego aperte duntaxat a me nominatis, vivere recusarim. Sub eadem tempora, quibus apud Pittalacum iste fuit, Hegesander ex Hellesponto huc appellit, qui istum ad

φώς, περὶ οὗ πάλαι εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάζετε διότι οὐ μέμνημαι· οὕτως ἐναργές ἐστιν ὃ ἐρῶ. (56) Οὗτος ὁ Ἡγήσανδρος ἀφικνεῖται, ὃν ὑμεῖς ἴστε κάλλιον ἢ ἐγώ. Ἔτυχε δὲ τότε συμπλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον ταμίας Τιμομάχῳ τῷ Ἀχαρνεῖ τῷ στρατηγήσαντι, καὶ ἧκε δεῦρο ἀπολελαυκώς, ὡς λέγεται, τῆς ἐκείνου εὐηθείας, ἔχων οὐκ ἐλάττους ἢ ὀγδοήκοντα μνᾶς ἀργυρίου· καὶ τρόπον τινὰ οὐχ ἥκιστα αἴτιος ἐγένετο οὗτος Τιμομάχῳ τῆς συμφορᾶς. (57) Ὢν δ' ἐν τοιαύτῃ ἀφθονίᾳ καὶ φοιτῶν ὡς τὸν Πιττάλακον συγκυβευτὴν ὄντα, καὶ τοῦτον ἐκεῖ πρῶτον ἰδών, ἥσθη τε καὶ ἐπεθύμησε καὶ ἐβουλήθη ὡς αὑτὸν ἀναλαβεῖν, καί πως ἴσως ἡγήσατο εἶναι αὐτὸν ἐγγὺς τῆς αὑτοῦ φύσεως. Πρῶτον μὲν οὖν τῷ Πιτταλάκῳ διελέχθη δεόμενος παραδοῦναι τοῦτον· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν αὐτόν, αὐτῷ τούτῳ προσβάλλει, καὶ οὐ πολὺν ἀνήλωσε χρόνον, ἀλλ' εὐθὺς ἐπεπείκει· καὶ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δεινὴ ἡ κακία καὶ ἀπιστία, ὥστε καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων εἰκότως ἂν μισοῖτο. (58) Ὡς δ' ἀπήλλακτο μὲν παρὰ τοῦ Πιτταλάκου, ἀνείληπτο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἡγησάνδρου, ὠδυνᾶτο (οἶμαι) ὁ Πιττάλακος τοσοῦτον ἀργύριον μάτην, ὡς ᾤετο, ἀνηλωκώς, καὶ ἐζηλοτύπει τὰ γινόμενα καὶ ἐφοίτα ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Ὅτι δὲ αὐτοῖς ἠνώχλει, σκέψασθε μεγάλην ῥώμην Ἡγησάνδρου καὶ Τιμάρχου· (59) μεθυσθέντες γάρ ποτε καὶ αὐτοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ὧν οὐ βούλομαι τὰ ὀνόματα λέγειν, εἰσπηδήσαντες νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ ᾤκει ὁ Πιττάλακος, πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκευάρια καὶ διερρίπτουν εἰς τὴν ὁδόν, ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους καὶ φιμοὺς καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα, καὶ τοὺς ὄρτυγας καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας οὓς ἠγάπα ὁ τρισκακοδαίμων ἄνθρωπος, ἀπέκτειναν, τὸ δὲ τελευταῖον δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς οὕτω πολὺν χρόνον ὥστε καὶ τοὺς γείτονας αἰσθέσθαι τῆς κραυγῆς. (60) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὑπεραγανακτήσας τῷ πράγματι ὁ Πιττάλακος ἔρχεται γυμνὸς εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ καθίζει ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Ὄχλου δὲ συνδραμόντος, οἷον εἴωθε γίνεσθαι, φοβηθέντες ὅ τε Ἡγήσανδρος καὶ ὁ Τίμαρχος μὴ ἀνακηρυχθῇ αὐτῶν ἡ βδελυρία εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν (ἐπῄει δὲ ἐκκλησία), θέουσι πρὸς τὸν βωμὸν καὶ αὐτοὶ καὶ τῶν συγκυβευτῶν τινες, (61) καὶ περιστάντες ἐδέοντο τοῦ Πιτταλάκου ἀναστῆναι, λέγοντες ὅτι τὸ ὅλον πρᾶγμα παροινία γέγονεν. Καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος, οὐδέπω μὰ Δία ὥσπερ νῦν ἀργαλέος ὢν τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἔτι χρήσιμος, ὑπογενειάζων τὸν ἄνθρωπον καὶ πάντα φάσκων πράξειν ἃ ἂν ἐκείνῳ συνδοκῇ. Πέρας πείθουσιν ἀναστῆναι ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὸν ἄνθρωπον ὡς τευξόμενόν τινος τῶν δικαίων. Ὡς δ' ἀπῆλθεν ἐκ τῆς ἀγορᾶς, οὐκέτι προσεῖχον αὐτῷ τὸν νοῦν. (62) Βαρέως δὲ φέρων τὴν ὕβριν αὐτῶν ὁ ἄνθρωπος δίκην ἑκατέρῳ αὐτῶν λαγχάνει. Ὅτι δ' ἐδικάζετο (σκέψασθε μεγάλην ῥώμην Ἡγησάνδρου), ἄνθρωπον οὐδὲν αὐτὸν ἠδικηκότα ἀλλὰ τοὐναντίον ἠδικημένον, οὐδὲν προσήκοντα αὐτῷ ἀλλὰ δημόσιον οἰκέτην τῆς πόλεως, ἦγεν εἰς δουλείαν φάσκων ἑαυτοῦ εἶναι

se recepit : cujus satis scio mirari vos cur non dudum mentionem fecerim : adeo evidens est id quod dicam. (56) Is igitur Hegesander rediit : quem vos nostis melius quam ego. Navigarat autem tum pro quæstore cum Timomacho Acharnensi, viro prætorio : et venit huc locupletatus, ut aiunt, illius simplicitate : nec minus quam octoginta argenti minas attulit; et quodammodo non minima illi causa calamitatis fuerat. (57) Tantis igitur opibus affluens, et Pittalaci in ludenda alea sodalis ædes frequentans, isto statim viso gavisus est : eumque expetivit, et ad se recipere voluit, ut quem ab ingenio suo non abhorrere existimaret. Primum igitur ad Pittalacum verba fecit, orans, ut eum sibi traderet. Quo recusante, istum ipsum aggreditur : neque vero longa oratione erat opus : persuadet statim. Nam ad istam rem conficiendam magnas vires habet improbitas et perfidia; quamobrem vel ob hæc ipsa dignus est odio. (58) Ut autem a Pittalaco discesserat et ad Hegesandrum se contulerat, ægre ferebat scilicet Pittalacus, se tantum in istum argenti frustra, ut putabat, insumpsisse : et ea quæ gerebantur ferebat ut rivales solent, et itabat ad ædes illius. Quia vero eis molestus erat, spectate quantum fuerit robur Hegesandri et Timarchi. (59) Nam aliquando inebriati et ipsi, cum collusorum nonnullis, et aliis, quorum nomina non dicam, noctu in ædes, in quibus habitabat Pittalacus, impetu facto, primum vascula contriverunt, et projecerunt in viam talos agitabiles et pyrgos et alia instrumenta aleatoria; et coturnices atque gallos, quos adamabat miserrimus ille homo, occiderunt. Tandem ad columnam alligatum ipsum Pittalacum maximis quæ ab hominibus infligi possent flagris ceciderunt, idque tam longo tempore, ut vicini etiam clamorem exaudirent. (60) Postridie Pittalacus id facinus indignissime ferens, nudus in forum venit, et in ara Matris deorum sedet : quum autem, ut fit, turba hominum concurrisset, metuentes Hegesander et Timarchus, ne sua petulantia per totam urbem proclamaretur, — instabat autem concio, — et ipsi et collusorum quidam accurrunt ad aram, (61) ac circumsistentes orant Pittalacum ut surgat, quum dicerent, totam rem per ebrietatem factam esse : atque iste profecto nondum hirto et aspero vultu, ut nunc, sed adhuc utilis, hominem barba prehendit, et illius arbitratu se omnia facturum promittit; tandem persuadent homini, ut ab ara surgat, ut cui aliquid æqui præstare vellent. Ut autem e foro discesserat, non jam eum curabant. (62) Homo igitur injuriam eorum graviter ferens, diem utrique dicit. Quod autem in jus vocasset — videte magnum robur Hegesandri — hominem a quo nulla sibi orta fuerat injuria, imo contra, quem ipse injuria læserat, eumque non ad se attinentem, sed servum publicum civitatis, abduxit in servitutem, suum

δοῦλον. Ἐν παντὶ δὲ κακῷ γενόμενος ὁ Πιττάλακος προσπίπτει ἀνδρὶ καὶ μάλα χρηστῷ. Ἔστι τις Γλαύκων Χολαργεύς· οὗτος αὐτὸν ἀφαιρεῖται εἰς ἐλευθερίαν. (63) Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο δικῶν λήξεις ἐποιήσαντο. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐπέτρεψαν διαγνῶναι τὸ πρᾶγμα Διοπείθει τῷ Σουνιεῖ, δημότῃ τε ὄντι τοῦ Ἡγησάνδρου καὶ ἤδη ποτὲ καὶ χρησαμένῳ, ὅτ' ἦν ἐν ἡλικίᾳ· παραλαβὼν δὲ τὸ πρᾶγμα ὁ Διοπείθης ἀνεβάλλετο χαριζόμενος τούτοις χρόνους ἐκ χρόνων. (64) Ὡς δὲ παρῆν ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ ὑμέτερον ὁ Ἡγήσανδρος, ὅτε καὶ προσεπολέμει Ἀριστοφῶντι τῷ Ἀζηνιεῖ, πρὶν αὐτῷ τὴν αὐτὴν ταύτην ἠπείλησεν ἐπαγγελίαν ἐν τῷ δήμῳ ἥνπερ ἐγὼ Τιμάρχῳ ἐπήγγειλα, καὶ ἐπειδὴ Κρωβύλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐδημηγόρει καὶ ὅλως ἀπετόλμων ὑμῖν πρῶτοι οὗτοι περὶ τῶν Ἑλληνικῶν συμβουλεύειν, ἐνταῦθα δὴ καταμεμψάμενος ἑαυτὸν ὁ Πιττάλακος, καὶ ἐκλογισάμενος τίς ὢν πρὸς οὕστινας ἐπολέμει, εὖ ἐβουλεύσατο (δεῖ γὰρ τἀληθῆ λέγειν) ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ ἠγάπησεν εἴ τι μὴ προσλάβοι καινὸν κακόν. Ἐνταῦθα δὴ τὴν καλὴν ταύτην νίκην νενικηκὼς ὁ Ἡγήσανδρος ἀκονιτὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ Τίμαρχον τουτονί. (65) Καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ λέγω, πάντες ἴστε· τίς γὰρ ὑμῶν οὐ πώποτε εἰς τοὔψον ἀφῖκται καὶ τὰς δαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν; ἢ τίς οὐ τοῖς τούτων κώμοις καὶ μοιχείαις περιτυχὼν οὐκ ἠχθέσθη ὑπὲρ τῆς πόλεως; ὅμως δ' ἐπειδὴ ἐν δικαστηρίῳ ἐσμέν, κάλει μοι Γλαύκωνα Χολαργέα τὸν ἀφελόμενον εἰς ἐλευθερίαν τὸν Πιττάλακον, καὶ τὰς ἑτέρας μαρτυρίας ἀναγίνωσκε.

esse servum asserens. Pittalacus igitur malis undique oppressus ad genua accidit homini perquam bono. Est quidam Glaucon Cholargensis. Is eum asserit in libertatem. (63) Post hoc sortitiones judiciorum fecerunt. Sed progressu temporis cognitorem sumpserunt Diopithem Suniensem, popularem Hegesandri, et per ætatem illius consuetudine usum. Diopithes suscepta re differt negotium, aliud ex alio tempus reis condonans. (64) Ut autem Hegesander vestrum suggestum conscenderat, — quo tempŏre Aristophontem quoque Azeniensem oppugnabat, priusquam is ei actionem illam minatus esset apud populum, qua ego Timarchum reum feci —, Crobylus item frater ejus conciones habebat, denique impuri isti primi apud vos ausi fuerunt de rebus Græciæ consilia vobis dare : tum demum Pittalacus, repudiato suo consilio, et ratione inita, quis et ipse esset, et cum quibus bellum gereret, recte sibi consuluit — vera enim dicenda sunt — et quiescere statuit, bene secum agi putans, si nihil novi mali sibi daretur. Hic demum Hegesander pulchram istam victoriam adeptus, Timarchum apud se nulla cum molestia habuit. (65) Et hæc vere a me dici, scitis omnes. Nam quis vestrûm est, qui unquam in forum cupedinarium venerit nec sumptus istorum spectarit? aut quis, quum in istorum comessationes incidisset atque adulteria, reipublicæ vicem non doluit? Tamen, quando in foro sumus, voca mihi Glauconem Cholargensem, qui Pittalacum asseruit in libertatem : et reliqua testimonia lege.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

66. [Μαρτυρεῖ Γλαύκων Τιμαίου Χολαργεύς. Ἐγὼ ἀγόμενον εἰς δουλείαν ὑπὸ Ἡγησάνδρου Πιττάλακον ἀφειλόμην εἰς ἐλευθερίαν. Χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλθὼν πρὸς ἐμὲ Πιττάλακος ἔφη βούλεσθαι διαλυθῆναι τὰ πρὸς Ἡγήσανδρον, καὶ προπέμψαι αὐτῷ ἄρασθαι ἥν τε αὐτὸς ἐνεκαλέσατο Ἡγήσανδρον καὶ Τίμαρχον καὶ ἣν Ἡγήσανδρος τῆς δουλείας αὐτόν· καὶ διελύθησαν ὡσαύτως.

TESTIMONIUM.

66. [Testatur Glauco Timæi F. Cholargensis. Ego Pittalacum asserui in libertatem, quum ab Hegesandro ad servitutem abduceretur. Aliquanto post me convenit Pittalacus seque dixit transigere velle cum Hegesandro, et misisse ad eum de tollendis actionibus, tam ea qua ipse reum fecisset Hegesandrum et Timarchum, quam illa qua se Hegesander de servitute, eodemque modo transegisse.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Ἀμφισθένης μαρτυρεῖ. Ἐγὼ ἀγόμενον εἰς δουλείαν ὑπὸ Ἡγησάνδρου Πιττάλακον ἀφειλόμην εἰς ἐλευθερίαν, καὶ τὰ ἑξῆς.]

TESTIMONIUM.

Amphisthenes testatur. Ego Pittalacum in libertatem asserui quum ab Hegesandro ad servitutem peteretur. Et reliqua.]

67. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸν ὑμῖν καλέσω τὸν Ἡγήσανδρον. Γέγραφα δ' αὐτῷ μαρτυρίαν κοσμιωτέραν μὲν ἢ κατ' ἐκεῖνον, μικρῷ δὲ σαφεστέραν ἢ τῷ Μισγόλᾳ. Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι ἀπομεῖται καὶ ἐπιορκήσει. Διὰ τί οὖν αὐτὸν καλῶ ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν; ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω οἵους ἀπεργάζεται ἀνθρώπους τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο, ὡς καταφρονοῦντας μὲν τῶν θεῶν, ὑπερορῶντας δὲ τοὺς νό-

67. Igitur et ipsum Hegesandrum vocabo vobis. Scripsi autem ei testimonium modestius quam mores ejus postulent, sed paulo tamen evidentius quam Misgolæ. Neque vero nescio ejuraturum esse, et pejeraturum. Cur igitur eum cito ad dicendum testimonium? Ut vobis demonstrem, quales soleat homines reddere istud studium, quam et contemptores deorum, et despectores legum, et prorsus

μους, ὀλιγώρως δὲ ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχύνην. (68) Κάλει μοι τὸν Ἡγήσανδρον.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

[Ἡγήσανδρος Διφίλου Στειριεὺς μαρτυρεῖ. Ὅτε κατέπλευσα ἐξ Ἑλλησπόντου, κατέλαβον παρὰ Πιτταλάκῳ τῷ κυβευτῇ διατρίβοντα τὸν Τίμαρχον τὸν Ἀριζήλου, καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς γνώσεως ἐχρησάμην Τιμάρχῳ ὁμιλῶν τῇ αὐτῇ ἄρσει ᾗ καὶ τὸ πρότερον Λαοδάμαντι.]

69. Οὐκ ἠγνόουν ὅτι ὑπερόψεται τὸν ὅρκον, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀλλὰ καὶ προεῖπον ὑμῖν. Κἀκεῖνο δέ μοι πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι ἐπειδὴ νῦν οὐκ ἐθέλει μαρτυρεῖν, αὐτίκα πάρεισιν ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Καὶ οὐδὲν μὰ Δία θαυμαστόν· ἀναβήσεται γὰρ ὑμῖν δεῦρο πιστεύων τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς καὶ μισοπόνηρος καὶ τὸν Λεωδάμαντα ὅστις ἦν οὐ γινώσκων, ἐφ' ᾧ ὑμεῖς ἐθορυβήσατε τῆς μαρτυρίας ἀναγινωσκομένης. (70) Ἆρά γε προαχθήσομαί τι σαφέστερον εἰπεῖν ἢ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ φύσιν; εἴπατέ μοι πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅστις αὑτὸν κατῄσχυνε πρὸς Ἡγήσανδρον, οὐ δοκεῖ ὑμῖν πρὸς τὸν πόρνον πεπορνεῦσθαι; ἢ τίνας αὐτοὺς οὐκ οἰόμεθα ὑπερβολὰς ποιεῖσθαι βδελυρίας παροινοῦντας καὶ μονουμένους; οὐκ οἴεσθε τὸν Ἡγήσανδρον ἀπολογούμενον τὰς πρὸς τὸν Λεωδάμαντα πράξεις τὰς περιβοήτους, ἃς ὑμεῖς ἅπαντες σύνιστε, ὑπερήφανα τὰ ἐπιτάγματα ἐπιτάττειν, ὡς ταῖς τούτου ὑπερβολαῖς αὐτὸν δόξοντα μέτρια διαπεπρᾶχθαι; (71) Ἀλλ' ὅμως ὄψεσθε ὅτι καὶ μάλα ἐπιστρεφῶς καὶ ῥητορικῶς αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κρωβύλος αὐτίκα μάλα δεῦρο ἀναπηδήσαντες ταῦτα μὲν εἶναι πολλῆς ἀβελτερίας φήσουσιν ἃ ἐγὼ λέγω, ἀξιώσουσι δέ με μάρτυρας παρασχέσθαι διαρρήδην μαρτυροῦντας ὅπου ἔπραττεν, ὅπως ἐποίει, ἢ τίς εἶδεν, ἢ τίς ἦν ὁ τρόπος, πρᾶγμα (οἶμαι) ἀναιδὲς λέγοντες. (72) Οὐ γὰρ ἔγωγε ὑπολαμβάνω οὕτως ὑμᾶς ἐπιλήσμονας εἶναι, ὥστε ἀμνημονεῖν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινωσκομένων τῶν νόμων, ἐν οἷς γέγραπται, ἐάν τις μισθώσηταί τινα Ἀθηναίων ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ἢ ἐάν τις ἑαυτὸν μισθώσῃ, ἔνοχον εἶναι τοῖς μεγίστοις καὶ τοῖς ἴσοις ἐπιτιμίοις. Τίς οὖν οὕτω ταλαίπωρός ἐστιν ἄνθρωπος, ὅστις ἂν ἐθελήσειε σαφῶς τοιαύτην μαρτυρίαν μαρτυρῆσαι, ἐξ ἧς ὑπάρχει αὐτῷ, ἐὰν τἀληθῆ μαρτυρήσῃ, ἐπιδεικνύναι ἔνοχον ὄντα ἑαυτὸν τοῖς ἐσχάτοις ἐπιτιμίοις; (73) Οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστι τὸν πεπονθότα ὁμολογεῖν. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο κρίνεται, ὅτι ταῦτα πράξας παρὰ τοὺς νόμους ἐδημηγόρει. Βούλεσθε οὖν τὸ ὅλον πρᾶγμα ἀφῶμεν καὶ μὴ ζητῶμεν; Νὴ τὸν Ποσειδῶ κακῶς ἄρα τὴν πόλιν οἰκήσομεν, εἰ ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἴσμεν γινόμενα, ταῦτα ἐὰν μή τις δεῦρο παρελθὼν σαφῶς ἅμα καὶ ἀναισχύντως μαρτυρήσῃ, διὰ τοῦτο ἐπιλησόμεθα.

74. Σκέψασθε δὲ καὶ ἐκ παραδειγμάτων· ἀνάγκη δ' ἴσως ἔσται παραπλήσια παραδείγματα εἶναι τοῖς

omnis verecundiæ negligentes. (68) Voca mihi Hegesandrum.

TESTIMONIUM.

[Hegesander Diphili filius Stiriensis testatur. Quum ex Hellesponto sum reversus, deprehendi apud Pittalacum aleatorem agentem Timarchum Arizeli filium, atque ex illa notitia Timarcho usus sum, eadem cum eo versatus ratione qua prius etiam cum Laodamante.]

69. Non ignorabam eum neglecturum esse jusjurandum, Athenienses, sed prædixi vobis. Quin illud etiam prævideo, quum nunc testimonium dicere nolit, statim in defensione proditurum : idque profecto minime mirum. Ascendet autem huc, vita anteacta fretus, quippe vir bonus, et malorum osor, et ignarus qui fuerit Laodamas, ob quem vos inter legendum testimonium tumultum excitastis. (70) Nunquid audebo evidentius, quam pro natura mea, dicere? Dicite mihi, per Jovem deosque reliquos quæso, Athenienses : qui sese dedecore affecit apud Hegesandrum, non videtur vobis scortatus esse cum scorto? Aut quid insignis improbitatis eos putemus prætermisisse, in ebrietate et solitudine? Nonne creditis Hegesandrum ad elevandam infamiam decantatæ illius et vobis omnibus notæ patientiæ, quam ipse Laodamanti præstitisset, res omnem impudentiam excedentes Timarcho imperasse; ut præ summa hujus turpitudine ipse non immodeste se gessisse videatur? (71) Sed tamen videbitis ipsum, et fratrem ejus Crobylum, perquam accurate et oratorie statim huc prosilire ac dicere, quæ ego dicam, ea magnæ esse stultitiæ : ac postulaturos, ut testes producam, qui aperte dicant, ubi egerit, quomodo fecerit, aut quis viderit, aut quæ ratio fuerit : impudenti utentes oratione. (72) Neque enim ego vos tam obliviosos esse arbitror, ut non memineritis legum, quas recitari paulo ante audivistis, in quibus scriptum est : si quis aliquem Atheniensium ad id negotium conduxerit, aut si quis sese elocarit, teneri maximis et paribus pœnis. Quis ergo adeo miser est, qui perspicue velit tale perhibere testimonium, unde, si verum dixerit, ostendat se extremum supplicium commeruisse? (73) Itaque illud est reliquum, ut qui passus est confiteatur. Verum ob hoc accusatur, quod his admissis contra leges conciones habeat. Vultis igitur, ut totam rem omittamus, nec inquiramus scilicet? Egregie profecto urbs administrabitur, si quæ ipsi re ipsa fieri scimus, ea nisi quis nobis huc progressus, simul evidenter et impudenter suo testimonio confirmarit, propterea obliviscemur.

74. Idque vel exemplis intelligite. Est autem necessarium scilicet, exempla esse consimilia Timarchi moribus.

τρόποις τοῖς Τιμάρχου. Ὁρᾶτε τουτουσὶ τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καθεζομένους, τοὺς ὁμολογουμένως τὴν πρᾶξιν πράττοντας. Οὗτοι μέντοι ὅταν πρὸς τῇ ἀνάγκῃ ταύτῃ γίνωνται, ὅμως πρό γε τῆς αἰσχύνης προβάλλονταί τι καὶ συγκλείουσι τὰς θύρας. Εἰ δή τις ὑμῶν ἔροιτο τοὺς ὁδῷ πορευομένους τί νῦν οὗτος ὁ ἄνθρωπος πράττει, εὐθὺς ἂν εἴποιτε τοῦ ἔργου τοὔνομα, οὐχ ὁρῶντες τὸν εἰσεληλυθότα ὅστις ἦν, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῆς ἐργασίας τοῦ ἀνθρώπου συνειδότες καὶ τὸ πρᾶγμα γνωρίζοντες. (75) Οὐκοῦν τὸν αὐτὸν τρόπον προσήκει ὑμᾶς περὶ Τιμάρχου ἐξετάζειν, καὶ μὴ σκοπεῖν εἴ τις εἶδεν, ἀλλ' εἰ πέπρακται τούτῳ ἡ πρᾶξις. Ἐπεὶ πρὸς θεῶν τί δεῖ λέγειν, Τίμαρχε, ἢ τί σὺ ἂν εἴποις αὐτὸς περὶ ἑτέρου ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ κρινομένου; ἢ τί χρὴ λέγειν ὅταν μειράκιον νέον καταλιπὸν τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ, τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον, καὶ πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῇ ἀσύμβολον, καὶ αὐλητρίδας ἔχῃ καὶ ἑταίρας πολυτελεστάτας, καὶ κυβεύῃ, καὶ μηδὲν ἐκτίνῃ αὐτὸς ἀλλ' ἕτερος ὑπὲρ αὐτοῦ; (76) Ἔτι ταῦτα μαντείας προσδεῖται; οὐκ εὔδηλον ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν τὰ τηλικαῦτα ἐπιτάγματά τισιν ἐπιτάττοντα καὶ αὐτὸν ἀντὶ τούτων ἡδονάς τινας παρασκευάζειν τοῖς τὸ ἀργύριον προαναλίσκουσιν; Οὐ γὰρ ἔχω μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον τίνα τρόπον εὐφημότερον μνησθῶ τῶν σοὶ καταγελάστως πεπραγμένων ἔργων.

77. Θεωρήσατε δ', εἰ βούλεσθε, τὸ πρᾶγμα καὶ ἐκ πολιτικῶν τινων παραδειγμάτων, καὶ μάλιστα ἐκ τούτων ἃ νυνὶ μετὰ χεῖρας ἔχετε. Γεγόνασι διαψηφίσεις ἐν τοῖς δήμοις, καὶ ἕκαστος ὑμῶν ψῆφον δέδωκε περὶ τοῦ σώματος, ὅστις Ἀθηναῖος ὄντως ἐστὶ καὶ ὅστις μή. Καὶ ἔγωγε, ἐπειδὰν προσίω πρὸς τὸ δικαστήριον καὶ ἀκροάσωμαι τῶν ἀγωνιζομένων, ὁρῶ ὅτι ἀεὶ τὸ αὐτὸ παρ' ὑμῖν ἰσχύει. (78) Ἐπειδὰν γὰρ εἴπῃ ὁ κατήγορος « ἄνδρες δικασταί, τουτουὶ κατεψηφίσαντο οἱ δημόται ὀμόσαντες, οὐδενὸς ἀνθρώπων οὔτε κατηγορήσαντος οὔτε μαρτυρήσαντος, ἀλλ' αὐτοὶ συνειδότες, » εὐθὺς θορυβεῖτε ὑμεῖς ὡς οὐ μετὸν τῷ κρινομένῳ τῆς πόλεως· οὐδὲν γὰρ (οἶμαι) δοκεῖ προσδεῖσθαι ὑμῖν λόγου οὐδὲ μαρτυρίας ὅσα τις σαφῶς οἶδεν αὐτός. (79) Φέρε δὴ πρὸς τοῦ Διός, εἰ ὥσπερ περὶ τοῦ γένους, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου ἐδέησε δοῦναι ψῆφον Τίμαρχον, εἴτ' ἔνοχός ἐστιν εἴτε μή, ἐκρίνετο δὲ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ δικαστηρίῳ, εἰσήγετο δ' εἰς ὑμᾶς ὥσπερ νυνί, μὴ ἐξῆν δ' ἔκ του νόμου ἢ ψηφίσματος μήτε ἐμοὶ κατηγορεῖν μήτε τούτῳ ἀπολογεῖσθαι, ὁ δὲ κῆρυξ ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα, « τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη, ὅτῳ δοκεῖ πεπορνεῦσθαι Τίμαρχον, ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή, » τί ἂν ἐψηφίσασθε; ἀκριβῶς εὖ οἶδ' ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. (80) Εἰ δή τίς με ἔροιτο ὑμῶν « σὺ δὲ τί οἶσθα εἰ ἡμεῖς ἂν τούτου κατεψηφισάμεθα; » εἴποιμ' ἂν « διότι ἐπαρρησιάσασθέ μοι καὶ διείλεχθε. » καὶ ὁπότε καὶ ποῦ ἕκαστος, ἐγὼ ὑμᾶς ὑπομνήσω. Ὅταν οὑτοσὶ ἀναβῇ

Videtis eos qui in prostibulis sedent, et scelus istud admittunt, ut infitias ire non possint. Tamen isti, quum ei necessitati est parendum, dedecus id velamento quodam tegunt, et foris occludunt. Quodsi quis vestrûm illac transeuntes percontetur, quid homo ille tunc agat, statim dicatis nomen illius facinoris: quanquam non videritis quis fuerit ingressus, sed quæstum sciatis ab illo homine institutum, et rem intelligatis. (75) Eodem igitur modo vos decet in Timarchum etiam inquirere: nec illud considerare, an aliquis viderit, sed an res ab eo perpetrata sit. Nam quid per deos, Timarche, dicendum est? aut quid ipse tu diceres de alio homine, qui eodem crimine accusaretur? aut quid dicendum est, quum homo adolescens, paternis ædibus relictis, in aliena domo pernoctat, aliis vultu præstans; quum sumptuosis cœnis fruitur sine suo sumptu; quum et tibicinas habet atque meretrices sumptuosissimas; quum alea ludit, nec ipse quicquam solvit, sed alius pro eo? (76) Numquid adhuc ista divinationem requirunt? non planum est, aliter fieri non posse, quin is qui tot res aliquibus imperet, et ipse pro his voluptates aliquas iis suppeditet, qui argentum in antecessum ei erogant? Neque enim, ita me Jupiter amet, qua alia ratione modestius turpium facinorum tuorum mentionem faciam, invenio.

77. Æstimate autem rem, si vultis, e civilibus exemplis; iisque potissimum quæ nunc in manibus habetis. Suffragia lata sunt in municipiis: et de unoquoque nostrûm in suffragia itum est, sitne vere suffragium Atheniensis, an non sit. Atque ego quum accedo ad judicium, et reos audio, idem apud vos semper valere video. (78) Nam quum dicit accusator: « Judices, hunc populares condemnarunt jurati, nemine accusante aut testimonium in eum dicente, sed ex sua ipsorum conscientia, » statim vos conclamatis, quod quasi reus non habeat jus civitatis. Neque enim vobis opus esse videtur verbis aut testimoniis, iis in rebus, quas quis ipse evidenter novit. (79) Age vero, si quemadmodum de genere, sic de acta vita Timarchi suffragium ferendum fuisset, utrum teneretur necne: et res in vestro judicio disceptata, vobisque proposita fuisset, ut nunc; non licuisset autem per legem aut decretum vel mihi accusare, vel isti causam dicere: sed præco, qui nunc mihi astat, vos legitimo illo præconio hortatus esset: « perforato calculo suam sententiam declaret is cui videtur scortum egisse Timarchus, integro autem cui non »: quidnam pronuntiassetis? Satis scio, vos illum fuisse condemnaturos. (80) Quodsi me quis vestrûm roget, unde ego sciam utrum vos istum condemnaturi fueritis: dixerim, eo quod libere et aperte verbis de hoc erga me verba feceritis: quando et ubi quisque id fecerit, ego vos commonefaciam. Quum

ἐπὶ τὸ βῆμα ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ὅτε ἐβούλευσε πέρυσιν, ὅταν μνησθῇ τειχῶν ἐπισκευῆς ἢ πύργου ἢ ὡς ἀπήγετό πού τις, εὐθὺς ἐβοᾶτε καὶ ἐγελᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐλέγετε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων ὧν σύνιστε αὐτῷ. (81) Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ ἐάσω, τὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ γενόμενα, ὅτε ἐγὼ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην Τιμάρχῳ ἐπήγγειλα, ταῦθ' ὑμᾶς ἀναμνῆσαι βούλομαι. Τῆς γὰρ βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρόσοδον ποιουμένης πρὸς τὸν δῆμον κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ τούτου, ὃ οὗτος εἰρήκει περὶ τῶν οἰκήσεων τῶν ἐν τῇ Πνυκί, ἦν μὲν ὁ τὸν λόγον
12 λέγων ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν Αὐτόλυκος, καλῶς νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ σεμνῶς καὶ ἀξίως ἐκείνου τοῦ συνεδρίου βεβιωκώς· (82) ἐπειδὴ δέ που προϊόντος τοῦ λόγου εἶπεν ὅτι τὸ εἰσήγημα τὸ Τιμάρχου ἀποδοκιμάζει ἡ βουλή, « καὶ περὶ τῆς ἐρημίας ταύτης καὶ τοῦ τόπου τοῦ ἐν τῇ Πνυκὶ μὴ θαυμάσητε, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ Τίμαρχος ἐμπειροτέρως ἔχει τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, » ἀνεθορυβήσατε ὑμεῖς ἐνταῦθα καὶ ἔφατε τὸν Αὐτόλυκον ἀληθῆ λέγειν· εἶναι γὰρ αὐτὸν ἔμπειρον τούτων. (83) Ἀγνοήσας δ' ὑμῶν τὸν θόρυβον ὁ Αὐτόλυκος, μάλα σκυθρωπάσας καὶ διαλιπὼν εἶπεν « ἡμεῖς τοι, ὦ Ἀθηναῖοι, οἱ Ἀρεοπαγῖται οὔτε κατηγοροῦμεν Τιμάρχου οὔτε ἀπολογούμεθα (οὐ γὰρ ἡμῖν πάτριόν ἐστιν), ἔχομεν δὲ τοιαύτην τινὰ συγγνώμην Τιμάρχῳ· οὗτος ἴσως » ἔφη « ᾠήθη ἐν τῇ ἡσυχίᾳ ταύτῃ μικρὸν ὑμῶν ἑκάστῳ ἀνάλωμα γίνεσθαι· » καὶ πάλιν ἐπὶ τῇ ἡσυχίᾳ καὶ τῷ μικρῷ ἀναλώματι μείζων ἀπήντα παρ' ὑμῶν μετὰ γέλωτος θόρυβος. (84) Ὡς δ' ἐπεμνήσθη τῶν οἰκοπέδων καὶ τῶν λάκκων, οὐδ' ἀναλαβεῖν αὑτοὺς ἠδύνασθε. Ἔνθα δὴ καὶ παρέρχεται Πύρρανδρος ἐπιτιμήσων ὑμῖν, καὶ ἤρετο τὸν δῆμον εἰ οὐκ αἰσχύνοιντο γελῶντες παρούσης τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Ὑμεῖς δ' ἐξεβάλετε αὐτὸν ὑπολαβόντες « ἴσμεν, ὦ Πύρρανδρε, ὅτι οὐ δεῖ γελᾶν τούτων ἐναντίον· ἀλλ' οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια ὥστε πάντων ἐπικρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. » (85) Ταύτην ἐγὼ ὑπολαμβάνω τὴν μαρτυρίαν μεμαρτυρῆσθαι ὑμῖν ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἁλῶναι ψευδομαρτυριῶν οὐ καλῶς ἔχει. Οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος αὐτοὶ βοᾶτε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων ὧν σύνιστε τούτῳ, ἐμοῦ δὲ λέγοντος ἐπιλέλησθε, καὶ μὴ γενομένης μὲν κρίσεως περὶ τοῦ πράγματος ἥλω ἄν, γεγονότος δὲ ἐλέγχου ἀποφεύξεται.

86. Ἐπεὶ δὲ ἐμνήσθην τῶν διαψηφίσεων καὶ τῶν Δημοφίλου πολιτευμάτων, βούλομαι καὶ ἄλλο τι παράδειγμα περὶ τούτων εἰπεῖν. Ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ πρότερόν τι τοιοῦτον πολίτευμα ἐπολιτεύσατο. Ἠτιάσατό τινας εἶναι οἵπερ ἄρα ἐνεχείρουν συνδεκάζειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τἆλλα δικαστήρια, ὥσπερ καὶ νυνὶ Νικόστρατος· καὶ περὶ τούτων κρίσεις αἱ μὲν ἐγένοντο πάλαι, αἱ δὲ νῦν ἐνεστᾶσιν ἔτι. (87) Φέρε δὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν, εἰ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐτράποντο ἀπολογίαν ἥνπερ Τίμαρχος νυνὶ καὶ οἱ συναγορεύοντες αὐτῷ, καὶ ἠξίουν διαρρήδην μαρτυρεῖν περὶ τῆς αἰτίας ἢ τοὺς

iste apud populum suggestum conscenderet, quum in senatu anno superiore esset, quum mentionem faceret mœnium aut turrium reficiendorum, vel ut aliquis quopiam abductus esset : tum statim ridebatis, et clamabatis, et ipsi dicebatis cognomina rerum, quarum ei estis conscii. (81) Ac multa quidem vetera omittam : quæ vero in ipsa concione acta sunt, quum ego Timarcho judicium hoc denuntiavi, ea vobis in memoriam revocabo. Nam quum senatus Areopagiticus populum ex istius decreto accederet, quod iste fecerat de domiciliis in Pnyce : orationem nomine senatus Areopagitici habebat Autolycus, qui, ita me dii ament, bene honesteque et pro ejus concilii dignitate vixerat : (82) sed ubi tandem in orationis progressu dixit, senatum Timarchi sententiam improbare : « Et quod hanc solitudinem et locum in Pnyce attinet, ne miremini, inquit, Athenienses, si Timarchus in his peritia senatum superat » : ibi vos plausum excitastis, et Autolycum vera loqui dixistis; esse enim eum locorum illorum peritum. (83) Autolycus autem plausu vestro non intellecto, severo admodum vultu post intervallum dixit : « Nos Areopagitæ, Athenienses, Timarchum nec accusamus, nec defendimus, — neque enim patrium id nobis est, — sed hanc veniam Timarcho damus. Is fortassis, inquit, putavit in hoc silentio parvum a nostrûm unoquoque sumptum fieri. » Rursus ob silentium et parvum sumptum, major vester eum excepit cum risu plausus. (84) Ut vero mentionem fecit arearum et canalium, risu pene emortui estis. Ibi Pyrrhander prodit vos objurgaturus : et rogat populum, an non puderet ridere præsente senatu Areopagitico. Vos autem repudiato eo respondistis : « Scimus, Pyrrhander, coram his non esse ridendum : sed res adeo fortis est veritas, ut omnes humanas cogitationes vincat. » (85) Hoc ego testimonium vobis esse perhibitum existimo a populo Atheniensi, quod mendacii coargui nefas est. Absurdum igitur fuerit, Athenienses, si, me nihil dicente, ipsi proclamatis cognomentum facinorum, quorum isti estis conscii, me vero dicente obliti estis; et si, quum de ea re judicium non haberetur, condemnatus esset, nunc vero, quum judicio de cadem inquiratur, absolvetur.

86. Quoniam autem populi recensionem sive Demophili institutum modo memoravi, aliud etiam his de rebus exemplum adducam. Idem enim hic vir prius etiam hujusmodi quippiam gessit. Conquestus est, esse quosdam qui instituerent corrumpere concionem, ceteraque judicia, quemadmodum etiam nunc Nicostratus; et his de rebus judicia quædam olim facta sunt, quædam etiam nunc fiunt. (87) Agite vero, per deos immortales, si eadem qua nunc Timarchus ejusque patroni defensione usi fuissent, ac postulassent, ut aut aliquis perspicue testificaretur de crimine, aut judices non cre-

δικαστὰς μὴ πιστεύειν, ἅπασα δήπου ἀνάγκη ἦν ἐκ τοῦ λόγου τούτου μαρτυρεῖν τὸν μὲν ὡς ἐδέκαζε, τὸν δὲ ὡς ἐδεκάζετο, προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου, ὥσπερ ἐνθάδ' ἐάν τις μισθώσηταί τινα Ἀθηναίων ἐφ' ὕβρει, καὶ πάλιν ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος αἰσχύνῃ ἑκὼν μισθαρνῇ. (88) Ἔστιν οὖν ὅστις ἐμαρτύρησεν, ἢ κατήγορος ὃς ἐνεχείρησε τοιαύτην τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι τοῦ πράγματος; οὐ δῆτα. Τί οὖν; ἀπέφυγον οἱ κρινόμενοι; μὰ τὸν Ἡρακλέα, ἐπεὶ θανάτῳ ἐζημιώθησαν, πολὺ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω ἔλαττον ἁμάρτημα ἡμαρτηκότες τουτουὶ τοῦ ἀνθρώπου. Ἐκεῖνοι μέν γε οἱ ταλαίπωροι οὐ δυνάμενοι γῆρας ἅμα καὶ πενίαν ὑπενεγκεῖν, τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν, ταύταις ἐχρήσαντο ταῖς συμφοραῖς, οὗτος δ' οὐκ ἐθέλων τὴν ἑαυτοῦ βδελυρίαν κατέχειν.

89. Εἰ μὲν τοίνυν ἦν ὁ ἀγὼν οὑτοσὶ ἐν πόλει ἐκκλήτῳ, ὑμᾶς ἂν ἔγωγε ἠξίωσα μάρτυράς μοι γενέσθαι, τοὺς ἄριστα εἰδότας ὅτι ἀληθῆ λέγω· εἰ δ' ὁ μὲν ἀγών ἐστιν Ἀθήνησιν, οἱ δ' αὐτοὶ δικασταί μοι καὶ μάρτυρές ἐστε τῶν λόγων, ἐμοὶ μὲν ἀναμιμνήσκειν προσήκει, ὑμᾶς δέ μοι μὴ ἀπιστεῖν. Καὶ γάρ μοι δοκεῖ Τίμαρχος οὑτοσὶ οὐχ ὑπὲρ αὑτοῦ μόνον, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐσπουδακέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ταὐτὰ διαπεπραγμένων αὐτῷ. (90) Εἰ γὰρ ἡ μὲν πρᾶξις αὕτη ἔσται,
13 ὥσπερ εἴωθε γίνεσθαι, λάθρᾳ καὶ ἐν ἐρημίᾳ καὶ ἐν ἰδίαις οἰκίαις, ὁ δὲ ἄριστα μὲν εἰδώς, καταισχύνας δέ τινα τῶν πολιτῶν, ἐὰν τἀληθῆ μαρτυρήσῃ, ἔνοχος ἔσται τοῖς μεγίστοις ἐπιτιμίοις, ὁ δὲ κρινόμενος καταμεμαρτυρημένος ὑπὸ τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἀξιώσει μὴ ἐξ ὧν γινώσκεται, ἀλλ' ἐκ τῶν μαρτυριῶν κρίνεσθαι, ἀνῄρηται ὁ νόμος καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ δέδεικται φανερὰ ὁδὸς δι' ἧς οἱ τὰ μέγιστα κακουργοῦντες ἀποφεύξονται. (91) Τίς γὰρ ἢ τῶν λωποδυτῶν ἢ τῶν κλεπτῶν ἢ τῶν μοιχῶν ἢ τῶν ἀνδροφόνων ἢ τῶν τὰ μέγιστα μὲν ἀδικούντων, λάθρᾳ δὲ τοῦτο πραττόντων δώσει δίκην; καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες, ἐὰν μὲν ὁμολογῶσι, παραχρῆμα θανάτῳ ζημιοῦνται, οἱ δὲ λαθόντες καὶ ἔξαρνοι γενόμενοι κρίνονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις· εὑρίσκεται γὰρ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῶν εἰκότων.

92. Χρήσασθε δὴ παραδείγματι τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, τῷ ἀκριβεστάτῳ συνεδρίῳ τῶν ἐν τῇ πόλει. Πολλοὺς γὰρ ἤδη ἔγωγ' ἔναγχος τεθεώρηκα ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τούτῳ εὖ πάνυ εἰπόντας καὶ μάρτυρας πορισαμένους ἁλόντας· ἤδη δέ τινας πάνυ κακῶς διαλεχθέντας καὶ πρᾶγμα ἀμάρτυρον ἔχοντας οἶδα νικήσαντας. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ λόγου μόνον οὐδ' ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτοὶ ἴσασι καὶ ἐξητάκασι, τὴν ψῆφον φέρουσι. Τοιγάρτοι διατελεῖ τοῦτο τὸ συνέδριον εὐδοκιμοῦν ἐν τῇ πόλει. (93) Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς τὴν κρίσιν ταύτην ποιήσασθε, καὶ πρῶτον μὲν μηδὲν ὑμῖν ἔστω πιστότερον ὧν αὐτοὶ σύνιστε καὶ πέπεισθε περὶ Τιμάρχου τούτου. ἔπειτα τὸ

derent, ea ratione omnino scilicet necessarium fuisset, illum testari se corrupisse, alium, se corruptum esse, quum in utrumque pœna capitis legibus sancitum sit : quemadmodum hic, si quis aliquem Atheniensem ad contumeliam conduxerit, ac vicissim si quis Atheniensis ultro ad dedecus mercede se prostituerit. (88) Est vero aut testis qui testificatus sit, aut accusator qui factum eo pacto demonstrare instituerit? Nullus utique. Quid ergo? absoluti sunt rei? Non mehercule, sed capite pœnas dederunt : quum quidem eorum peccatum sit longe minus istius flagitiis. Nam illi miseri, quum non possent paupertatem simul et senectutem tolerare, quæ gravissima in rebus humanis mala sunt, in eas calamitates inciderunt : iste eo quod suam petulantiam noluit coercere.

89. Quodsi causa hæc in alia urbe ageretur, vos ego testes citassem, ut qui optime sciretis, me dicere verum : sed quum Athenis agatur, atque iidem meæ sitis et judices et testes orationis, meum est vos admonere, vestrum credere. Timarchus etenim mihi videtur, judices, non suum dumtaxat negotium agere, sed ceterorum etiam, qui eadem cum ipso facinora commiserunt. (90) Nam si scelus ipsum, ut solet, clam committetur atque in solitudine et in ædibus privatis, qui autem optime novit, atque civium aliquem probro afficit, si verum testimonium dixerit, in maximis periculis versabitur ; reus autem, suæ vitæ ac veritatis oppressus testimonio, postulabit ut de se judicium fiat, non ex sui notitia, sed ex testimoniis : tolletur et lex et veritas, et evidens monstrata erit via, qua homines maximis constricti facinoribus elabantur. (91) Quis enim aut grassator, aut fur, aut adulter, aut homicida, aut gravissimorum scelerum patrator, modo occulte faciat, dabit pœnas? Inter hos enim, ii qui in ipso facinore deprehenduntur, et fatentur, statim occiduntur : qui autem clam fecerunt, et infitiando sunt, in judicium adducuntur. Veritas enim conjecturis quibusdam verisimilibus indagatur.

92. In quo uti potestis exemplo senatus Areopagitici, quo nullum est in urbe diligentius concilium. Multos enim ego vidi nuper in ea curia, quum optime dixissent, et testes produxissent, succubuisse : atque etiam aliquos, causa male perorata et nullis testibus confirmata, vicisse. Neque enim ex oratione dumtaxat, neque ex testibus, sed ex sua conscientia et indagatione suffragium ferunt. Itaque hoc concilium in urbe semper est cum auctoritate. (93) Ad eundem igitur modum et vos, Athenienses, in hac facite controversia; ac primum nihil vobis sit credibilius eo quod ipsi scitis ac persuasum habetis de hoc Timarcho : deinde

πρᾶγμα θεωρεῖτε μὴ ἐκ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ λόγοι λεγόμενοι περὶ Τιμάρχου καὶ τῶν τούτου ἐπιτηδευμάτων διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐλέγοντο, οἱ δ' ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ῥηθησόμενοι διὰ τὴν κρίσιν τῆς ὑμετέρας ἀπάτης ἕνεκα. Ἀπόδοτε οὖν τὴν ψῆφον τῷ πλείονι χρόνῳ καὶ τῇ ἀληθείᾳ καὶ οἷς αὐτοὶ ὑμεῖς σύνιστε.

94. Καίτοι λογογράφος γέ τίς φησιν, ὁ μηχανώμενος αὐτοῖς τὴν ἀπολογίαν, ἐναντία με λέγειν ἐμαυτῷ. Οὐ γὰρ δὴ δοκεῖ εἶναι αὐτῷ δυνατὸν τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον πεπορνεῦσθαι καὶ τὰ πατρῷα κατεδηδοκέναι· τὸ μὲν γὰρ ἡμαρτηκέναι τι περὶ τὸ σῶμα παιδὸς εἶναί φησι, τὸ δὲ τὰ πατρῷα κατεδηδοκέναι ἀνδρός. Ἔτι δὲ τοὺς καταισχύνοντας αὑτοὺς μισθούς φησι πράττεσθαι τοῦ πράγματος· ἀποθαυμάζων οὖν περιέρχεται καὶ τερατευόμενος κατὰ τὴν ἀγοράν, εἰ ὁ αὐτὸς πεπόρνευταί τε καὶ τὰ πατρῷα κατεδήδοκεν. (95) Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ ταῦθ' ὅπως ἔχει, ἐγὼ σαφέστερον αὐτὰ πειράσομαι διορίσαι τῷ λόγῳ. Ἕως μὲν γὰρ ἀντήρκει ἡ τῆς ἐπικλήρου οὐσία, ἣν ὁ Ἡγήσανδρος ὁ τοῦτον ἔχων ἔγημε, καὶ τὸ ἀργύριον ὃ ἦλθεν ἔχων ἐκ τῆς μετὰ Τιμομάχου ἀποδημίας, ἦσαν ἐπὶ πολλῆς ἀσελγείας καὶ ἀφθονίας· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα μὲν ἀπωλώλει καὶ κατεκεκύβευτο καὶ κατωψοφάγητο, οὑτοσὶ δ' ἔξωρος ἐγένετο, ἐδίδου δ' εἰκότως οὐδεὶς ἔτι οὐδέν, ἡ δὲ βδελυρὰ φύσις καὶ ἀνόσιος ἡ τούτου ἀεὶ τῶν αὐτῶν ἐπεθύμει καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀκρασίας ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ ἐπίταγμα ἐπέταττε καὶ ἀπεφέρετο εἰς τὸ καθ' ἡμέραν ἔθος, ἐνταῦθα δὴ ἐτράπετο ἐπὶ τὸ καταφαγεῖν τὴν πατρῴαν οὐσίαν. (96) Καὶ οὐ μόνον κατέφαγεν, ἀλλ' εἰ οἷόντ' ἐστὶν εἰπεῖν, καὶ κατέπιεν. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῆς ἀξίας ἕκαστον τῶν κτημάτων ἀπέδοτο, οὐδ' ἐδύνατ' ἀναμένειν τὸ πλέον οὐδὲ τὸ λυσιτελοῦν, ἀλλὰ τοῦ ἤδη εὑρίσκοντος ἀπεδίδοτο· οὕτως ἠπείγετο σφόδρα πρὸς τὰς ἡδονάς. (97) Τούτῳ γὰρ κατέλιπεν ὁ πατὴρ οὐσίαν ἀφ' ἧς ἕτερος μὲν ἂν καὶ ἐλειτούργει, οὗτος δὲ οὐδ' αὑτῷ διαφυλάξαι ἐδυνήθη. Οἰκίαν μὲν γὰρ ὄπισθεν τῆς πόλεως, ἐσχατιὰν δὲ Σφηττοῖ, Ἀλωπεκῆσι δ' ἕτερον χωρίον, χωρὶς δὲ οἰκέτας δημιουργοὺς
14 τῆς σκυτοτομικῆς τέχνης ἐννέα ἢ δέκα, ὧν ἕκαστος τούτῳ δύ' ὀβολοὺς ἀποφορὰν ἔφερε τῆς ἡμέρας, ὁ δ' ἡγεμὼν τοῦ ἐργαστηρίου τριώβολον· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις γυναῖκα ἀμόργινα ἐπισταμένην ἐργάζεσθαι καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρουσαν, καὶ ἄνδρα ποικιλτήν, καὶ ὀφείλοντάς τινας αὐτῷ ἀργύριον, καὶ ἔπιπλα. (98) Ὅτι δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἐνταῦθα μέντοι νὴ Δία σαφῶς πάνυ καὶ διαρρήδην ἐγὼ μαρτυροῦντας ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι· οὐδεὶς γὰρ κίνδυνος, ὥσπερ ἐκεῖ, οὐδ' αἰσχύνη πρόσεστιν οὐδεμία τῷ τἀληθῆ μαρτυροῦντι. Τὴν μὲν γὰρ οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει ἀπέδοθ' οὗτος Ναυσικράτει τῷ κωμικῷ ὑποκριτῇ, ὕστερον δ' αὐτὴν ἐπρίατο παρὰ τοῦ Ναυσικράτους εἴκοσι μνῶν Κλεαίνετος ὁ χοροδιδάσκαλος· τὴν δ' ἐσχατιὰν ἐπρίατο παρ' αὐτοῦ Μνησίθεος ὁ Μυρρινούσιος, τόπον μὲν πολύν, δεινῶς δ' ἐξηγριωμένον ὑπὸ τούτου· (99) τὸ

rem æstimate non ex præsenti, sed ex præterito tempore. Nam qui sermones superiori tempore fiebant de Timarcho ejusque studiis, eo quod veri essent, fiebant : qui autem hoc die dicentur, propter hoc discrimen, vestri decipiendi gratia fiunt. Appendite ergo calculum longiori tempori et veritati et conscientiæ vestræ.

94. Enimvero scriptor quidam orationum, qui defensionem eis concinnat, me ipsum pugnare mecum asserit. Neque enim ei posse fieri videtur, ut idem homo et quæstum corpore fecerit et decoxerit. Nam peccatum aliquod in suum corpus admisisse, id pueri esse ait ; patrimonium autem per luxum absumpsisse, viri. Præterea eos qui semetipsos probris afficiant, ob eam rem exigere mercedes asserit. Proinde admirabundus circuit in foro, portenti esse simile dictitans, si idem et quæstum corpore fecerit, et decoxerit. (95) Quæ si quis est qui nesciat quomodo se habeant, ego dabo operam ut verbis ea definiam planius. Nam dum opes orbæ, quam Hegesander Timarchi maritus duxerat, sumptus tolerare poterant, et ea pecunia quam ex Timomachea peregrinatione retulerat : luxuriosissime lautissimeque vivebant. Sed quum et illa perissent, alea et cupediis exhausta, et iste jam exoletus esset, nemoque jam, ut fieri solet, quicquam ei largiretur ; ingenium autem ejus importunum et nefarium eadem subinde postularet, et pro inexplebili intemperantiæ siti aliud atque aliud imperaret, quod pro quotidiana consuetudine absumeretur : tum demum ad paternas facultates devorandas se convertit. (96) Neque vero vorando solum, sed, si dici fas est, etiam potando exhausit. Neque enim justo quamque possessionem pretio distraxit, neque auctionatus est, aut utilitatis rationem ducere potuit, sed tanti vendidit, quantum in præsentia offerebatur. Tanto impetu ad voluptates ferebatur. (97) Nam eas illi pater facultates reliquerat, unde alius etiam reipublicæ contulisset : eas vero iste ne conservare quidem potuit. Videlicet domum pone acropolin sitam, fundum Sphettium, aliud prædium Alopecense : præterea servos sutoriæ artis peritos novem aut decem, quorum quisque binos isti obolos in dies singulos pendebat, opificii vero magister ternos : ad hæc mulierem byssi texendæ peritam, et subtilia opera in forum afferre solitam, et hominem phrygionem, et æs quod nonnulli ei debebant, supellectilem denique. (98) Et hæc ut vere a me dici constet, nunc eos producam, qui plane atque aperte testificentur. Neque enim hic ullum periculum aut dedecus, ut illic, verum testimonium perhibenti accedet. Nam urbanas ædes Nausicrati comico histrioni vendidit ; post autem eas a Nausicrate xx minis emit Cleænetus, chori magister : fundum emit ab eo Mnesitheus Myrrhinusius, amplum illum quidem, sed istius culpa prorsus tribulis et sentibus obsitum :

δ' Ἀλωπεκῆσι χωρίον, ὃ ἦν ἄποθεν τοῦ τείχους ἕνδεκα ἢ δώδεκα στάδια, ἱκετευούσης καὶ ἀντιβολούσης τῆς μητρὸς (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) ἐᾶσαι καὶ μὴ ἀποδόσθαι, ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ἐνταφῆναι ὑπολιπεῖν αὐτῇ, οὐδὲ τούτου τοῦ χωρίου ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἀπέδοτο δισχιλίων δραχμῶν. Καὶ τῶν θεραπαινῶν καὶ τῶν οἰκετῶν οὐδένα κατέλιπεν, ἀλλ' ἅπαντα πέπρακε. Καὶ ταῦθ' ὅτι οὐ ψεύδομαι, ἐγὼ μὲν ὡς κατέλιπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ μαρτυρίας παρέξομαι, οὗτος δ' εἰ μὴ φήσει πεπρακέναι, τὰ σώματα τῶν οἰκετῶν ἐμφανῆ παρεχέσθω. (100) Ὡς δὲ καὶ ἀργύριόν τισιν ἐδάνεισεν, ὃ κομισάμενος οὗτος ἀνήλωκε, μάρτυρα παρέξομαι Μεταγένην ὑμῖν τὸν Σφήττιον, ὃς ὠφείλησε μὲν ἐκείνῳ πλείους ἢ τριάκοντα μνᾶς, ὃ δ' ἦν ὑπόλοιπον τελευτήσαντος τοῦ πατρός, τούτῳ ἀπέδωκεν ἑπτὰ μνᾶς Τιμάρχῳ. Καί μοι κάλει Μεταγένην τὸν Σφήττιον. Πασῶν δὲ πρώτην ἀνάγνωθι τὴν Ναυσικράτους μαρτυρίαν τοῦ τὴν οἰκίαν πριαμένου· καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας λαβὲ περὶ ὧν ἐμνήσθην ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

101. Ὡς τοίνυν ἐκέκτητο ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἀργύριον οὐκ ὀλίγον, ὃ οὗτος ἠφάνικε, τοῦθ' ὑμῖν ἐπιδείξω. Φοβηθεὶς γὰρ τὰς λειτουργίας ἀπέδοτο ἃ ἦν αὐτῷ κτήματα, ἄνευ τῶν ἀρτίως εἰρημένων χωρίον Κηφισιᾶσιν ἕτερον, ἀγρὸν Ἀμφιτροπῆσιν, ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ἓν μὲν ἐν Αὐλῶνι, ἕτερον δ' ἐπὶ Θρασύλλῳ. Ὅθεν δὲ ταῦτ' ηὐπόρησεν, ἐγὼ ἐρῶ. (102) Ἦσαν οὗτοι τρεῖς ἀδελφοί, Εὐπόλεμός τε ὁ παιδοτρίβης καὶ Ἀρίζηλος ὁ τούτου πατὴρ καὶ Ἀρίγνωτος, ὃς ἔτι καὶ νῦν ἔστι, πρεσβύτης διεφθαρμένος τοὺς ὀφθαλμούς. Τούτων πρῶτος ἐτελεύτησεν Εὐπόλεμος, ἀνεμήτου τῆς οὐσίας οὔσης, δεύτερος δ' Ἀρίζηλος ὁ Τιμάρχου πατήρ· ὅτε δ' ἔζη, πᾶσαν τὴν οὐσίαν διεχείριζε διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τὴν συμφορὰν τὴν περὶ τὰ ὄμματα τοῦ Ἀριγνώτου καὶ διὰ τὸ τετελευτηκέναι τὸν Εὐπόλεμον, καί τι καὶ εἰς τροφὴν συνταξάμενος ἐδίδου τῷ Ἀριγνώτῳ. (103) Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Ἀρίζηλος ἐτελεύτησεν ὁ Τιμάρχου τουτουὶ πατήρ, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἕως παῖς ἦν οὗτος, ἅπαντα τὰ μέτρια ἐγίνετο παρὰ τῶν ἐπιτρόπων τῷ Ἀριγνώτῳ· ἐπειδὴ δ' ἐνεγράφη Τίμαρχος οὗτος εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον καὶ κύριος ἐγένετο τῆς οὐσίας, παρωσάμενος ἄνδρα πρεσβύτην καὶ ἠτυχηκότα, θεῖον ἑαυτοῦ, τήν τε οὐσίαν ἠφάνισε καὶ τῶν ἐπιτηδείων οὐδὲν ἐδίδου τῷ Ἀριγνώτῳ, ἀλλὰ περιεῖδεν ἐκ τοσαύτης οὐσίας ἐν τοῖς ἀδυνάτοις μισθοφοροῦντα. (104) Καὶ τὸ τελευταῖον, ὃ καὶ δεινότατον, ἀπολειφθέντος τοῦ πρεσβύτου τῆς γινομένης τοῖς ἀδυνάτοις δοκιμασίας, ἱκετηρίαν θέντος εἰς τὴν βουλὴν ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ, βουλευτὴς ὢν καὶ προεδρεύων ἐκείνην τὴν ἡμέραν, οὐκ ἠξίωσεν αὐτῷ συνειπεῖν, ἀλλὰ περιεῖδεν ἀπολέσαντα τὸν τῆς πρυτανείας μισθόν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι καὶ Ἀρίγνωτον τὸν Σφήττιον καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀναγίνωσκε.

(99) Alopecense porro prædium quod a mœnibus XI aut XII stadia distat, supplicante et obtestante matre ut retineret, neque venderet, et, si non in aliud, saltem ad sepulturam suam reservaret, ne ab eo quidem prædio abstinuit: sed id quoque duobus drachmarum millibus vendidit. Neque ancillarum aut servorum ullum retinuit, sed omnes venumdedit. Quæ non fingi a me ex eo intelligetur, quod testimoniis declarabitur, hæc ei a patre relicta fuisse: quæ si se vendidisse negat, corpora servorum in conspectum producat. (100) Eundem etiam isti æs alienum reliquisse, idque ab isto absumptum esse, Metagenis Sphettii testimonio probabo: qui quidem illi amplius XXX minas debuerat; id vero quod reliquum fuerat, defuncto patre, Timarcho reddidit, septem minas. Accerse mihi Metagenem Sphettium. Sed primum omnium lege Nausicratis testimonium, qui ædes emit, et cetera cape omnia, quorum in oratione mentionem feci.

TESTIMONIA.

101. Jam patrem ejus argenti non parum possedisse, quod iste dissipavit, hoc vobis demonstrabo. Veritus enim munera publica, possessiones quas habuit vendidit, præter prædia supra commemorata: videlicet aliud prædium Cephisiense, agrum Amphitropensem et officinas duas in argentifodinis: alteram in Aulone, alteram ad Thrasyllum. Eas possessiones autem unde sit consecutus exponam. (102) Tres fuerunt fratres: Eupolemus lanista, Arizelus istius pater, et Arignotus, etiam nunc superstes, senex, orbus oculis. Horum primus obiit Eupolemus, non diviso patrimonio: secundus Arizelus, Timarchi pater. Qui, dum vivebat, omnes facultates tractabat propter Arignoti morbum et oculorum calamitatem atque obitum Eupolemi, certamque Arignoto pecuniam, quam ei pro victu ordinarat, pensitabat. (103) Ut autem Arizelus etiam, Timarchi pater, obierat: primis quidem temporibus, dum iste puer adhuc erat, Arignoto a tutoribus æqua omnia præstabantur; posteaquam vero in album civitatis inscriptus erat Timarchus, atque opes in suam redegerat potestatem, repulso homine sene et calamitoso, eoque patruo suo, facultates ipse disperdidit et ad victum necessaria tum Arignoto non suppeditavit: sed tantis opibus privatum nomen inter invalidos dare passus est. (104) Denique, id quod est omnium gravissimum, quum senex invalidorum explorationi non interfuisset atque senatui pro mercede impetranda supplicasset, iste quum et senator et præses eo die esset, illi patrocinari noluit, sed amittere eum stipem, quam prytanes invalidis erogare solent, passus est. Quæ ut vere me dicere constet, voca Arignotum, ejusque testimonium recita.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

105. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι ὡς ἀποδόμενος τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἑτέραν ἄλλοθί που τοῦ ἄστεως ἐκτήσατο, ἀντὶ δὲ τῆς ἐσχατιᾶς καὶ τοῦ χωρίου τοῦ Ἀλωπεκῆσι καὶ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν ἄλλων εἰς τἀργυρεῖά τι κατεσκευάσατο, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρότερον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτῳ λοιπὸν οὐδέν, οὐκ οἰκία, οὐ συνοικία, οὐ χωρίον, οὐκ οἰκέται, οὐ δάνεισμα, οὐκ ἄλλ' οὐδὲν ἀφ' ὧν ἄνθρωποι μὴ κακοῦργοι ζῶσιν. Ἀλλὰ τούτῳ ἀντὶ τῶν πατρῴων περίεστι βδελυρία, συκοφαντία, θράσος, τρυφή, δειλία, ἀναίδεια, τὸ μὴ ἐπίστασθαι ἐρυθριᾶν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς ἐξ ὧν ἂν ὁ κάκιστος καὶ ἀλυσιτελέστατος πολίτης γένοιτο.

106. Οὐ τοίνυν μόνον τὰ πατρῷα κατεδήδοκεν, ἀλλὰ καὶ τὰ κοινὰ τὰ ὑμέτερα, ὅσων πώποτε κύριος γέγονεν. Οὗτος γὰρ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἣν ὑμεῖς ὁρᾶτε, οὐκ ἔστιν ἥντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχήν, οὐδεμίαν λαχὼν οὐδὲ χειροτονηθείς, ἀλλὰ πάσας παρὰ τοὺς νόμους πριάμενος. Ὧν τὰς μὲν πλείστας παρήσω, δυεῖν δ' ἢ τριῶν μόνον μνησθήσομαι. (107) Λογιστὴς γὰρ γενόμενος πλεῖστα μὲν τὴν πόλιν ἔβλαψε δῶρα λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ δικαίως ἀρξάντων, μάλιστα δ' ἐσυκοφάντησε τῶν ὑπευθύνων τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας. Ἦρξε δ' ἐν Ἄνδρῳ πριάμενος τριάκοντα μνῶν τὴν ἀρχήν, δανεισάμενος ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς τὴν μνᾶν, εὐπορίαν τῇ βδελυρίᾳ τῇ ἑαυτοῦ τοὺς συμμάχους τοὺς ὑμετέρους ποιούμενος· καὶ τοσαύτην ἀσέλγειαν ἐπεδείξατο εἰς ἐλευθέρων ἀνθρώπων γυναῖκας, ἡλίκην οὐδεὶς πώποθ' ἕτερος. Ὧν οὐδένα ἐγὼ παρακαλῶ δεῦρο τὴν ἑαυτοῦ συμφοράν, ἣν εἵλετο σιγᾶν, εἰς πολλοὺς ἐκμαρτυρῆσαι· ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο καταλείπω σκοπεῖν. (108) Τί δὲ προσδοκᾶτε; τὸν Ἀθήνησιν ὑβριστὴν οὐκ εἰς τοὺς ἄλλους μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, νόμων ὄντων, ὑμῶν ὁρώντων, ἐχθρῶν ἐφεστηκότων, τοῦτον αὐτὸν λαβόντα ἄδειαν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν τίς ἂν ἐλπίσειεν ἀπολελοιπέναι τι τῶν ἀσελγεστάτων ἔργων; Ἤδη νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω πολλάκις ἐνεθυμήθην τὴν εὐτυχίαν τὴν τῆς ὑμετέρας πόλεως κατὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κατὰ ταῦτα, ὅτι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐδεὶς ἐγένετο τῆς Ἀνδρίων πόλεως ὠνητής.

109. Ἀλλ' ἴσως καθ' αὑτὸν μὲν ἄρχων φαῦλος ἦν, μετὰ πλειόνων δὲ ἐπιεικής. Πόθεν; οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι, βουλευτὴς ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Νικοφήμου. Ἅπαντα μὲν οὖν διεξελθεῖν ἃ ἐν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἐκακούργησε, πρὸς μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν· ἃ δ' ἐστὶν ἐγγυτάτω τῆς αἰτίας καθ' ἣν ἡ παροῦσα κρίσις ἐστί, ταῦτ' ἐρῶ διὰ βραχέων. (110) Ἐπὶ τοίνυν τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ὅθ' οὗτος ἐβούλευε, ταμίας ἦν τῶν τῆς θεοῦ Ἡγήσανδρος οὗτος ὁ Κρωβύλου ἀδελφός, ἔκλεπτον δὲ τῆς πόλεως κοινῇ καὶ μάλα φιλεταίρως χιλίας δραχμάς. Αἰσθόμενος δὲ τὸ πρᾶγμα ἀνὴρ ἐπιεικὴς Πάμφιλος ὁ Ἀχερδούσιος, προσκρούσας τι τούτῳ καὶ παρο-

TESTIMONIUM.

105. At vero, dicet quispiam, eum, paternis ædibus venditis, quasdam alias in urbe comparasse : ac pro fundo et Alopecensi prædio et opificibus ac ceteris, in argentifodinas aliquid contulisse, ut et patrem ejus olim. Atqui nihil ei restat, non domus, non insula, non fundus, non servi, non æs alienum, non aliud quicquam, unde homines non malefici vivunt. Sed isti loco patrimonii superest improbitas, calumnia, confidentia, deliciæ, ignavia, impudentia, erubescendi ob turpitudinem inscitia : quibus e rebus civis pessimus et nequissimus conflari queat.

106. Neque vero patrimonium dumtaxat absumpsit, sed etiam publica vestra, quibus unquam potitus fuit. Nam is quum ea sit ætate, quam vos videtis, nullus magistratus est omnium, quem non gesserit, non illum quidem sorte oblatum, aut suffragio mandatum, sed omnes pretio contra leges redemptos. Quorum ego plurimis omissis, duorum dumtaxat aut trium faciam mentionem. (107) Logista factus, plurimum reipublicæ nocuit, quum muneribus ab iis accipiendis, qui rem male gesserant, tum iis maxime calumniandis, qui rationes referebant, et nihil peccarant. Imperavit etiam Andri, imperio triginta minis redempto, ac novenis obolis in minam pecunia mutuo sumpta : ut vestrorum sociorum opibus suam improbitatem expleret. Tantamque petulantiam in hominum ingenuorum uxores ostentavit, quantam nemo alius unquam : quorum ego neminem huc voco ad suam calamitatem, quam silentio tegere statuit, publice testandam : sed id vobis relinquo cogitandum. (108) Quid vero exspectatis? Qui se Athenis insolenter gerit, non in alios dumtaxat, sed et in suum ipsius corpus, quum leges sint, quum vos videatis, quum inimici ei immineant : eum licentiam nactum et auctoritatem atque imperium, quis speret ullum prætermisisse spurcissimum facinus? Ac mihi profecto sæpe subiit felicitatem nostræ urbis mirari, quum ob alia multa, tum ob illud maxime, quod eo tempore nullus urbis Andriorum emptor exstitit.

109. Sed fortassis ubi solus erat magistratus fuit improbus, cum collegis autem moderatus. Unde? Iste, Athenienses, senator factus est prætore Nicophemo. Attamen omnia ejus facinora illo anno edita, exigua diei parte velle recensere, absurdum fuerit : quæ autem crimini hujus judicii maxime sunt affinia, ea exponam breviter. (110) Eodem igitur archonte, quum iste senator esset, Minervæ quæstor fuit Hegesander, Crobyli frater. Furabantur autem clam et communi consilio et concordia conjunctissimis sodalibus digna mille drachmas civitati. Qua re vir bonus, Pamphilus Acherdusius, cui cum isto simultatis aliquid intercedebat,

ξυνθείς, ἐκκλησίας οὔσης εἶπεν ἀναστάς « ὦ Ἀθηναῖοι, κλέπτουσιν ὑμῶν ἀνὴρ καὶ γυνὴ κοινῇ χιλίας δραχμάς. » (111) Θαυμασάντων δ' ὑμῶν πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ τίς ὁ λόγος, εἶπε μικρὸν διαλιπὼν « ἀγνοεῖτε » ἔφη « ὅ τι λέγω; ὁ μὲν ἀνήρ ἐστιν Ἡγήσανδρος ἐκεῖνος νυνί, » ἔφη, « πρότερον δ' ἦν καὶ αὐτὸς Λεωδάμαντος γυνή· ἡ δὲ γυνὴ Τίμαρχος οὑτοσί. Ὃν δὲ τρόπον κλέπτεται τὸ ἀργύριον, ἐγὼ ἐρῶ. » Μετὰ ταῦτα ἤδη διεξῄει περὶ τοῦ πράγματος καὶ μάλα εἰδότως καὶ σαφῶς. Διδάξας δὲ ταῦτα « τί οὖν ἐστιν, » ἔφη, « ὦ Ἀθηναῖοι, ὃ συμβουλεύω ὑμῖν; ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτονὶ ἀδικεῖν καὶ ἐκφυλλοφορήσασα δικαστηρίῳ παραδῷ, δότε τὴν δωρεὰν αὐτοῖς, ἐὰν δὲ μὴ κολάσωσι, μὴ δῶτε, ἀλλ' εἰς ἐκείνην αὐτοῖς τὴν ἡμέραν ἀπομνημονεύσατε. » (112) Μετὰ ταῦτα ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησε μὲν αὐτόν, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ κατεδέξατο.
[16 Ὅτι δ' οὐ παρέδωκε δικαστηρίῳ οὐδ' ἐξήλασεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, ἄχθομαι μὲν λέγων, ἀνάγκη δ' ἐστὶν εἰπεῖν ὅτι τῆς δωρεᾶς ἀπετύγχανε. Μὴ τοίνυν φανῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι, τῇ μὲν βουλῇ χαλεπήναντες καὶ πεντακοσίους ἄνδρας τῶν πολιτῶν ἀστεφανώτους ποιήσαντες, ὅτι τοῦτον οὐχ ἐτιμωρήσατο, αὐτοὶ δὲ ἀφῆτε, καὶ τὸν τῇ βουλῇ μὴ συνενεγκόντα ῥήτορα, τοῦτον τῷ δήμῳ μὴ περιποιήσητε.

113. Ἀλλὰ περὶ μὲν τὰς κληρωτὰς ἀρχάς ἐστι τοιοῦτος, περὶ δὲ τὰς χειροτονητὰς βελτίων. Καὶ τίς ὑμῶν οὐκ οἶδεν ὡς περιβοήτως ἐξηλέγχθη κλέπτης ὤν; Πεμφθεὶς γὰρ ὑφ' ὑμῶν ἐξεταστὴς τῶν ἐν Ἐρετρίᾳ ξένων, μόνος τῶν ἐξεταστῶν ὡμολόγει λαβεῖν ἀργύριον, καὶ οὐ περὶ τοῦ πράγματος ἀπελογεῖτο, ἀλλ' εὐθὺς περὶ τοῦ τιμήματος ἱκέτευεν ὁμολογῶν ἀδικεῖν. Ὑμεῖς δὲ τοῖς μὲν ἐξάρνοις ἐτιμήσατε ταλάντου ἑκάστῳ, τούτῳ δὲ τριάκοντα μνῶν. Οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι. (114) Τοιγάρτοι οὕτως ὑμῶν κατεφρόνησεν, ὥστ' εὐθὺς ἐπὶ ταῖς ἐν τοῖς δήμοις διαψηφίσεσι δισχιλίας δραχμὰς ἔλαβε. Φήσας γὰρ Φιλωτάδην τὸν Κυδαθηναιέα, ἕνα τῶν πολιτῶν, ἀπελεύθερον εἶναι ἑαυτοῦ καὶ πείσας ἀποψηφίσασθαι τοὺς δημότας, ἐπιστὰς τῇ κατηγορίᾳ ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου καὶ λαβὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα τὰ ἱερὰ καὶ ὀμόσας μὴ λαβεῖν δῶρα μηδὲ λήψεσθαι, καὶ ἐπομόσας τοὺς ὁρκίους θεοὺς καὶ τὴν ἐξώλειαν αὐτῷ ἐπαρασάμενος, (116) εἰληφὼς ἠλέγχθη παρὰ Λευκωνίδου τοῦ Φιλωτάδου κηδεστοῦ διὰ Φιλήμονος τοῦ ὑποκριτοῦ εἴκοσι μνᾶς, ἃς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸς Φιλοξένην ἀνήλωσε τὴν ἑταίραν, καὶ προὔδωκε τὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ὅρκον ἐπιώρκησεν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι Φιλήμονα τὸν δόντα τὸ ἀργύριον Τιμάρχῳ καὶ Λευκωνίδην τὸν Φιλωτάδου κηδεστήν, καὶ τῶν συνθηκῶν ἀνάγνωθι τὰ ἀντίγραφα, καθ' ἃς τὴν πρᾶσιν ἐποιήσατο τοῦ ἀγῶνος.

animadversa, commotus in concione surrexit, ac dixit: « Athenienses, furantur vobis communiter maritus et uxor mille drachmas. » (111) Vobis autem admiratis, quo pacto maritus et uxor, et quid ea sibi vellet oratio, paullo post: « Ignoratis quid dicam? Maritus nunc est, inquit, Hegesander ille, qui uxor olim et ipse fuit Leodamantis: uxor, Timarchus. Quo autem pacto pecunia surripiatur, ego dicam. » Ac deinde rem exponebat valde dilucide, ut qui optime compertam haberet. His commemoratis, « Quid ergo, inquit, consilii do vobis? Si senatus istum injuriæ condemnatum et frondium suffragio ordine motum judicio tradiderit, præmium de more senatoribus datote: si vero non punierint, ne datote, sed illo die, quo de corona decernenda agetur, hoc illis in animum revocetis. » (112) Post senatus in curiam reversus frondium quidem suffragio istum ejecit, re ad calculorum suffragationem deducta eum recepit. Quia vero nec judicio tradiderat, nec e curia ejecerat (equidem cum dolore dico, sed dico necessario), præmio caruit. Nolite igitur committere, Athenienses, quum senatui succensueritis, et quingentis civibus coronas ademeritis propter istum non punitum, ut eundem ipsi non puniatis, et oratorem qui senatui non profuit, populo conservetis.

113. At in magistratibus sorte obvenientibus est talis: in iis autem qui electione creantur, melior. Ecquis vero vestrûm ignorat, quanta cum infamia peculatus sit convictus? Missus enim a vobis ad inquirendum de peregrinis in Eretria, solus collegarum se argentum accepisse fatebatur: neque causam dicebat, sed statim injuriam confitens, mulctam graviorem deprecabatur. Vos autem eorum cuique qui infitias ierant mulctam talento æstimastis, isti triginta minis: quum leges jubeant furem confitentem capite plecti, negantem in judicium adduci. (114) Proinde ita vos contempsit, ut in disquisitione, in qua de singulorum demotarum jure civitatis suffragia ferebantur, bis mille drachmas acceperit. Nam quum Philotadem Cydathenæensem, hominem civem, libertum esse suum asseruisset, ac popularibus persuasisset, ut eum repudiarent: demandata a demotis Timarcho accusatione coram judicibus instituenda, sacrisque in manus acceptis, datoque jurejurando testatus, se dona nec cepisse neque capturum esse, deos jurisjurandi præsides obtestatus, et exitium sibi ipsi imprecatus, (115) nihilominus convictus est a Leuconide Philotadis affine per Philemonem histrionem viginti minas accepisse (quas exiguo tempore in Philoxenam meretricem impendit), et a causa prosequenda per prævaricationem destitit et pejeravit. Ac ut vera dicere me constet, voca mihi Philemonem, qui argentum Timarcho dedit, et Leuconidem Philotadis affinem, et pactionis exemplum recita, ut videant quo pacto causam vendiderit.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ΣΥΝΘΗΚΑΙ.

116. Περὶ μὲν οὖν τοὺς πολίτας καὶ τοὺς οἰκείους οἷος γεγένηται, καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὡς αἰσχρῶς ἀνήλωκε, καὶ τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὡς ὑπερεώρακε, σύνιστε μὲν καὶ πρὶν ἐμὲ λέγειν, ἱκανῶς δ' ὑμᾶς ὑπομιμνήσκει καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος· δύο δέ μοι τῆς κατηγορίας εἴδη λέλειπται, ἐφ' οἷς ἐμαυτόν τ' εἰπεῖν εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις ὑπὲρ τῆς πόλεως ὡς προῄρημαι, ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν οἷς ἐγὼ μέλλω λέγειν προσέχειν τὸν νοῦν καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς. (117) Ἔστι δ' ὁ μὲν πρῶτός μοι λόγος προδιήγησις τῆς ἀπολογίας ἧς ἀκούω μέλλειν γίνεσθαι, ἵνα μὴ τοῦτο ἐμοῦ παραλιπόντος ὁ τὰς τῶν λόγων τέχνας κατεπαγγελλόμενος τοὺς νέους διδάσκειν ἀπάτῃ τινὶ παραλογισάμενος ὑμᾶς ἀφέληται τὸ τῆς πόλεως συμφέρον. Ὁ δὲ δεύτερός ἐστί μοι λόγος παράκλησις τῶν πολιτῶν πρὸς ἀρετήν. Ὁρῶ δὲ πολλοὺς μὲν τῶν νεωτέρων προσεστηκότας πρὸς τῷ δικαστηρίῳ, πολλοὺς δὲ τῶν πρεσβυτέρων, οὐκ ὀλίγους δὲ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος συνειλεγμένους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν· (118) οὓς μὴ νομίσητ' ἐμὲ θεωρήσοντας ἥκειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὑμᾶς εἰσομένους εἰ μὴ μόνον εὖ νομοθετεῖν ἐπίστασθε, ἀλλὰ καὶ κρίνειν τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ δύνασθε, καὶ εἰ τιμᾶν ἐπίστασθε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, καὶ εἰ ἐθέλετε κολάζειν τοὺς ὀνείδη τὸν ἑαυτῶν βίον τῇ πόλει παρασκευάζοντας. Λέξω δὲ πρῶτον πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς ἀπολογίας.

119. Ὁ γὰρ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις Δημοσθένης ἢ τοὺς νόμους φησὶν ὑμᾶς ἐξαλείφειν δεῖν, ἢ τοῖς ἐμοῖς λόγοις οὐκ εἶναι προσεκτέον. Ἀποθαυμάζει γὰρ εἰ μὴ πάντες μεμνήμεθα ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡ βουλὴ πωλεῖ τὸ πορνικὸν τέλος· καὶ τοὺς πριαμένους τὸ τέλος οὐκ εἰκάζειν, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδέναι τοὺς ταύτῃ
17 χρωμένους τῇ ἐργασίᾳ. Ὁπότε δὴ οὖν τετόλμηκα ἀντιγράψασθαι πεπορνευμένῳ Τιμάρχῳ μὴ ἐξεῖναι δημηγορεῖν, ἀπαιτεῖν φησι τὴν πρᾶξιν αὐτὴν οὐκ αἰτίαν κατηγόρου, ἀλλὰ μαρτυρίαν τελώνου τοῦ παρὰ Τιμάρχου τοῦτο ἐκλέξαντος τὸ τέλος. (120) Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτ', ὦ Ἀθηναῖοι, σκέψασθ' ἂν ἁπλοῦν καὶ ἐλευθέριον δόξω λόγον ὑμῖν λέγειν. Αἰσχύνομαι γὰρ ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰ Τίμαρχος, ὁ τοῦ δήμου σύμβουλος καὶ τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα τολμῶν πρεσβείας πρεσβεύειν, μὴ τὸ πρᾶγμα ὅλον ἀποτρίψασθαι ἐπιχειρήσει, ἀλλὰ τοὺς τόπους ἐπερωτήσει ὅπου ἐκαθέζετο, καὶ τοὺς τελώνας, εἰ πώποτε παρ' αὐτοῦ τὸ πορνικὸν τέλος εἰλήφασιν. (121) Ταύτης μὲν οὖν τῆς ἀπολογίας ὑμῶν ἕνεκα παραχωρησάτω· ἕτερον δ' ἐγώ σοι λόγον ὑποβαλῶ καλὸν καὶ δίκαιον, ᾧ χρήσῃ εἰ μηδὲν αἰσχρὸν σαυτῷ σύνοισθα. Τόλμησον γὰρ εἰς τοὺς δικαστὰς βλέψας εἰπεῖν ἃ προσήκει ἀνδρὶ σώφρονι τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν, « ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέθραμμαι μὲν ἐκ παιδὸς καὶ μειρακίου παρ' ὑμῖν, οὐκ ἀφανεῖς δὲ διατριβὰς διατρίβω, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μεθ' ὑμῶν ὁρῶμαι. (122) Οἶμαι δ' ἄν, εἰ πρὸς ἄλλους

TESTIMONIA. PACTIO.

116. Qualis igitur in cives et cognatos suos fuerit, et patrimonium quam turpiter absumpserit, et ut suum corpus affici probris non recusarit, id quidem scivistis, prius etiam quam ego dixissem : sed et mea vos oratio, quantum satis est, commonefecit. Reliqua porro mihi duo sunt accusationis genera : de quibus ut et ego ita dicere queam pro republica, ut institui, deos immortales precor; et vos ea quæ dicturus sum, attente atque intelligenter audire vellem. (117) Continet autem prior orationis meæ pars prænarrationem defensionis, quam institutum iri audio : ne ea prætermissa, is qui se dicendi artem adolescentes edocturum pollicetur, fraude aliqua injecta, id vobis eripiat quod est e republica. Altera vero pars orationis continet cohortationem civium ad virtutem. Multos enim et adolescentes et senes astare judicio video ; neque paucos etiam e reliqua Græcia ad audiendum convenisse : (118) quos adesse non mei, sed vestri potius spectandi causa, putare debetis : ut intelligant, an non modo bonas leges sancire sciatis, sed etiam, quæ honesta, quæ inhonesta sint, rite dijudicare queatis ; et an honorem habere sciatis viris bonis ; et an velitis eos punire, qui sic vitam instituerunt, ut ea in reipublicæ ignominiam redundaret. Dicam autem primum apud vos de defensione.

119. Nam eloquentiæ copiis affluens Demosthenes ait, vobis aut delendas esse leges, aut non dandum esse locum orationi meæ. Admiratur enim, si vos omnes non memineritis, senatum quotannis vendere vectigal meretricium : ejusque vectigalis redemptores non conjectare, sed compertum habere, qui faciant eum quæstum. Postquam igitur ego ausus sim ad prætorem referre, Timarcho non licere conciones habere, ut qui pudicitiam prostituerit : postulare hoc negotium non crimen accusatoris, sed testimonium redemptoris, qui vectigal istud a Timarcho collegerit. (120) Ego vero, Athenienses, considerate, an ad hæc simpliciter liberaliterque sim responsurus. Nam me civitatis pudebit, si Timarchus, qui populo sit a consiliis, qui legationes in Græcia obire audeat, non totam rem a se amovere studuerit, sed de locis interrogarit, ubi sederit, et publicanos, an se unquam meretricium vectigal exegerint. (121) Hac igitur defensione vestra causa cedat. Ego vero aliam rationem tibi suggeram, honestam et æquam, qua utaris, si nullius tibi turpitudinis es conscius. Audeto judices intuens ea dicere, quæ dicenda sunt viro modeste ætatis flore uso : « Athenienses, ego a pueritia et adolescentia sum apud vos educatus : neque vero studiis obscuris occupor, sed vobiscum conspicior in concionibus. (122) Arbi-

τινὰς ἦν ὁ λόγος μοι περὶ τῆς αἰτίας ἧς κρίνομαι, ταῖς ὑμετέραις μαρτυρίαις ῥᾳδίως ἂν ἀπολύσασθαι τοὺς τοῦ κατηγόρου λόγους. Μὴ γὰρ ὅτι εἰ πέπρακταί μοί τι τούτων, ἀλλ' εἰ δοκῶ ὑμῖν παραπλησίως βεβιωκέναι ταῖς λεγομέναις ὑπὸ τούτου αἰτίαις, ἀβίωτον εἶναι ἡγούμενος ἐμαυτῷ τὸν λοιπὸν βίον, παραδίδωμι τὴν εἰς ἐμαυτὸν τιμωρίαν ἐναπολογήσασθαι τῇ πόλει πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οὐδ' ἥκω παραιτησόμενος ὑμᾶς, ἀλλὰ καταχρήσασθέ μοι, εἰ δοκῶ τοιοῦτος εἶναι. » (123) Αὕτη μέν ἐστιν, ὦ Τίμαρχε, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀπολογία καὶ πεπιστευκότος τῷ βίῳ καὶ καταφρονοῦντος εἰκότως ἁπάσης βλασφημίας· ἃ δὲ πείθει σε Δημοσθένης λέγειν, οὐκ ἀνδρός ἐστιν ἐλευθέρου, ἀλλὰ πόρνου περὶ τῶν τόπων διαφερομένου. Ἐπειδὴ δ' εἰς τὰς ἐπωνυμίας τῶν οἰκήσεων καταφεύγεις, κατ' οἴκημα τὸ πρᾶγμα ἐξετάζεσθαι ἀξιῶν, ὅπου ἐκαθέζου, ἃ μέλλω λέγειν ἀκούσας εἰσαῦθις οὐ χρήσῃ τοιούτῳ λόγῳ, ἐὰν σωφρονῇς. Οὐ γὰρ τὰ οἰκήματα οὐδ' αἱ οἰκήσεις τὰς ἐπωνυμίας τοῖς ἐνοικήσασι παρέχουσιν, ἀλλ' οἱ ἐνοικήσαντες τὰς τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων ἐπωνυμίας τοῖς τόποις παρασκευάζουσιν. (124) Ὅπου μὲν γὰρ πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν, ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ, οἰκίαν. Ἐὰν δ' εἰς ἓν δήπου τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων ἰατρὸς εἰσοικίσηται, ἰατρεῖον καλεῖται· ἐὰν δ' ὁ μὲν ἐξοικίσηται, εἰς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργαστήριον χαλκεὺς εἰσοικίσηται, χαλκεῖον ἐκλήθη· ἐὰν δὲ κναφεύς, κναφεῖον, ἐὰν δὲ τέκτων, τεκτονεῖον· ἐὰν δὲ πορνοβοσκὸς καὶ πόρναι, ἀπὸ τῆς ἐργασίας εὐθὺς ἐκλήθη πορνεῖον. Ὥστε σὺ πολλὰ πορνεῖα τῇ τῆς πράξεως εὐχερείᾳ πεποίηκας. Μὴ οὖν ὅπου ποτὲ ἔπραττες ἐρώτα, ἀλλ' ὡς τοῦτο οὐ πεποίηκας ἀπολογοῦ.

125. Ἥξει δ', ὡς ἔοικε, καὶ ἕτερος λόγος τις ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ σοφιστοῦ συγκείμενος. Λέγει γὰρ ὡς οὐδέν ἐστιν ἀδικώτερον φήμης, ἀγοραῖα τεκμήρια καὶ παντελῶς ἀκόλουθα τῷ αὐτοῦ βίῳ παρεχόμενος. Πρῶτον μὲν γὰρ τὴν ἐν Κολωνῷ συνοικίαν τὴν Δήμωνος καλουμένην ψευδῆ φησι τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν· οὐ γὰρ εἶναι Δήμωνος· ἔπειτα τὸν Ἑρμῆν τὸν Ἀνδοκίδου καλούμενον οὐκ Ἀνδοκίδου, ἀλλ' Αἰγηΐδος φυλῆς εἶναι ἀνάθημα. (126) Παραφέρει δ' αὑτὸν ἐν σκώμματος μέρει, (ὡς ἡδὺς ἀνὴρ καὶ περὶ τὰς ἰδίας διατριβὰς γελοῖος) « εἰ μὴ καὶ ἐμὲ δεῖ » φησίν « ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις μὴ Δημοσθένην καλούμενον, ἀλλὰ Βάταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματος τίτθης τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω. » Εἰ δὲ Τίμαρχος ὡραῖος ἐγένετο καὶ σκώπτεται τῇ τοῦ πράγματος διαβολῇ καὶ μὴ τοῖς αὑτοῦ ἔργοις, οὐ δήπου διὰ τοῦτ' αὐτόν φησι δεῖν συμφορᾷ περιπεσεῖν. (127) Ἐγὼ δέ, ὦ Δημόσθενες, περὶ μὲν τῶν ἀναθημάτων καὶ τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν κτημάτων καὶ πάντων ὅλως τῶν ἀφώνων πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς καὶ οὐδέποτε τοὺς αὐτοὺς ἀκούω λόγους λεγομένους· οὐ γάρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς οὔτε καλαὶ οὔτε αἰσχραὶ πράξεις, ἀλλ' ὁ προσαψάμενος αὐτῶν καὶ παρατυχών, ὅστις ἂν ᾖ, κατὰ τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ δόξης λόγον

tror autem, si id crimen, cujus arguor, apud alios mihi defendendum esset, vestris testimoniis me accusatoris orationem facile fuisse refutaturum. Neque enim tum dumtaxat, si reapse quid istorum egi, sed si videor solummodo vobis egisse vitam ab istis criminibus non abhorrentem : vitam posthac acerbam mihi existimans, non recuso quominus civitas de me supplicium sumat, ut se apud Græcos excusare queat : neque ad vos deprecandi causa venio, imo corpore meo pro libitu vestro utimini, si me talem existimatis. » (123) Hæc, Timarche, defensio fuerit viri boni et modesti et vita anteacta freti et omnia maledicta non sine ratione contemnentis : quæ vero dicendi Demosthenes tibi auctor est, ea non sunt hominis ingenui, sed scorti de locis contendentis. Quoniam autem ad cognomenta domiciliorum confugis, et rem ostiatim coargui postulas, ubi sederis : auditis iis quæ dicturus sum, eandem orationem si sapis non repetes. Neque enim domicilia aut habitationes cognomenta faciunt habitatoribus, sed habitatores suorum studiorum cognomenta locis indunt. (124) Ubi enim complures una domo conducta, eam in partes discretam separatim obtinent, συνοικίαν dicimus : sed in qua unus degit, οἰκίαν appellamus. Quodsi in earum tabernarum quæ in viis sunt quapiam medicus habitarit, medici officina vocatur : ubi is emigrarit, ac faber ærarius immigrarit, fabri ærarii officina nominatur : sin fullo, fullonia; sin lignarius faber, fabrica lignaria; sin leno et lupæ, ab eo quæstu lupanar appellatur. Tu igitur, qui in isto genere tam fueris expeditus et facilis, multa lupanaria effecisti. Ne igitur, ubinam feceris, interroga; sed hoc te fecisse nega.

125. Afferetur porro alia quoque oratio ab eodem rhetore composita. Ait enim fama nihil esse iniquius, circumforanea argumenta et vitæ suæ omnino consentanea proferens. Primum ædes in Colono, quæ Demonis dicantur, falsum habere cognomen : neque enim esse Demonis. Deinde Mercurium, qui Andocidis vocetur, non esse Andocidis, sed Ægeidis tribus donarium. (126) Interseret etiam se ridiculi gratia, quippe homo suavis, et in privatis congressibus facetus : « Nisi me quoque, inquit, moveri oportet turbæ dicterio, ut qui non Demosthenes nominer, sed Batalus, quod id cognomen per nutricis blanditias tributum mihi fuit. » Quodsi vero Timarchus formosus fuit, atque ob ipsius formæ crimen, et non propter facinora sua, male audit : non ideo profecto eum plecti oportet. (127) Ego vero, Demosthenes, de donariis et ædibus et possessionibus, omnibus denique rebus mutis, multas ac varias, neque unquam inter se consentientes orationes haberi audio. Neque enim eis ipsis insunt vel honestæ vel turpes actiones, sed is qui eas attigerit, quique illo accesserit, pro suæ famæ magnitudine famam illis excitat : de vita autem hominum

παρέχει· περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ τὸν λόγον καὶ τὰς πράξεις ἀψευδής τις ἀπὸ ταυτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν, καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις, πολλὰ δὲ καὶ μαντεύεται περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. (128) Καὶ οὕτως ἐναργές ἐστι καὶ οὐ πεπλασμένον ὃ λέγω, ὥσθ' εὑρήσετε καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τοὺς προγόνους φήμης ὡς θεοῦ μεγίστης βωμὸν ἱδρυμένους, καὶ τὸν Ὅμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα πρὸ τοῦ τι τῶν μελλόντων γενέσθαι « φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλθε, » καὶ πάλιν τὸν Εὐριπίδην ἀποφαινόμενον τὴν θεὸν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ζῶντας ἐμφανίζειν δυναμένην, ὁποῖοί τινες ἂν τυγχάνωσιν ὄντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς τετελευτηκότας, ὅταν λέγῃ,

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

(129) Ὁ δ' Ἡσίοδος καὶ διαρρήδην θεὸν αὐτὴν ἀποδείκνυσι, πάνυ σαφῶς φράζων τοῖς βουλομένοις συνιέναι· λέγει γάρ,

Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα λαοὶ
πολλοὶ φημίξωσι· θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.

Καὶ τούτων τῶν ποιημάτων τοὺς μὲν εὐσχημόνως βεβιωκότας εὑρήσετε ἐπαινέτας ὄντας· πάντες γὰρ οἱ δημοσίᾳ φιλότιμοι παρὰ τῆς ἀγαθῆς φήμης ἡγοῦνται τὴν δόξαν κομιεῖσθαι· οἷς δ' αἰσχρός ἐστιν ὁ βίος, οὐ τιμῶσι τὴν θεὸν ταύτην· κατήγορον γὰρ αὐτὴν ἀθάνατον ἔχειν ἡγοῦνται. (130) Ἀναμνήσθητε οὖν, ὦ ἄνδρες, τίνι κέχρησθε φήμῃ περὶ Τιμάρχου. Οὐχ ἅμα τοὔνομα λέγεται καὶ τὸ ἐρώτημα εὐθὺς ἐρωτᾶτε « ποῖος Τίμαρχος; ὁ πόρνος; » Ἔπειτα εἰ μὲν μάρτυρας παρειχόμην περί τινος, ἐπιστεύετ' ἄν μοι, εἰ δὲ τὴν θεὸν μάρτυρα παρέχομαι, οὐ πιστεύετε; ᾗ οὐδὲ ψευδομαρτυριῶν θέμις ἐστὶν ἐπισκήψασθαι. (131) Ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς Δημοσθένους ἐπωνυμίας, οὐ κακῶς ὑπὸ τῆς φήμης, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτθης, ὁ Βάταλος προσαγορεύεται, ἐξ ἀνανδρίας καὶ κιναιδίας ἐνεγκάμενος τοὔνομα. Εἰ γάρ τίς σου τὰ κομψὰ ταῦτα χλανίσκια περιελόμενος καὶ τοὺς μαλακοὺς χιτωνίσκους, ἐν οἷς τοὺς κατὰ τῶν φίλων λόγους γράφεις, περιενέγκας δοίη εἰς τὰς χεῖρας τῶν δικαστῶν, οἶμαι ἂν αὐτούς, εἴ τις μὴ προειπὼν τοῦτο ποιήσειεν, ἀπορῆσαι εἴτε ἀνδρὸς εἴτε γυναικὸς εἰλήφασιν ἐσθῆτα.

132. Ἀναβήσεται δ' ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ τῶν στρατηγῶν τις, ὡς ἀκούω, ὑπτιάζων καὶ κατασκοπούμενος ἑαυτόν, ὡς ἐν παλαίστραις καὶ διατριβαῖς γεγονώς· ὃς ἐπιχειρήσει διασύρειν τὴν ὅλην ἔνστασιν τοῦ ἀγῶνος, οὐ κρίσιν ἐξευρηκέναι με φάσκων, ἀλλὰ δεινῆς ἀπαιδευσίας ἀρχήν, παραφέρων πρῶτον μὲν τοὺς εὐεργέτας τοὺς ὑμετέρους, Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους πίστιν καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς συνήνεγκε τῇ πόλει διεξιών· (133) οὐχ ἀφέξεται δ', ὥς φασιν, οὐδὲ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων οὐδὲ τῶν ὀνομάτων τῶν ἡρωϊκῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λεγομένην γενέσθαι φιλίαν δι' ἔρωτα Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλέως ὑμνήσει, καὶ τὸ κάλλος, ὥσπερ οὐ πάλαι μακαριζόμενον, ἂν τύχῃ σωφροσύνης, νῦν ἐγκωμιάσεται. Εἰ γὰρ τὴν τοῦ σώματος εὐπρέπειαν,

et oratione et actionibus, vera quadam et minime fallax ultro fama per urbem oberrat, et vulgo actiones privatorum nuntiat : multa etiam de rebus futuris vaticinatur. (128) Atque id quod dico, adeo est evidens et non commentitium, ut videatis nostram civitatem et majores nostros aram Famæ, ut maximæ deæ, consecrasse : et Homerum in Iliade sæpe dicere, antequam aliquid eveniat quod futurum est, « Fama in castra venit. » Euripidem item pronuntiare, deam hanc non viventes tantum posse ostendere quales sint, sed etiam defunctos, ubi ait :

Bonum vel imis Tartari recessibus
vetat latere Fama.

(129) Hesiodus autem plane deam illam esse demonstrat, idque perspicuis verbis, si quis intelligere velit. Ait enim :

Quam populi sermo celebrat creber, irrita numquam
Fama cadit penitus : dea quædam quum sit et ipsa.

Et hæc poemata laudari ab iis omnibus qui honeste vixerunt reperietis; omnes enim honoris publici appetentes, gloriam se a bona fama consecuturos arbitrantur : quorum autem vita turpis est, ii non honorant hanc deam, ut quam immortalem habituri sint accusatricem. (130) Recordamini ergo qualem de Timarcho famam audiatis. Nonne statim audito nomine rogatis, « Quis Timarchus? num ille impudicus? » Jam si de re aliqua testes produxissem, crederetis mihi : at ubi deam produxero testem, non credetis? in quam vel solam falsi testimonii actio non competit. (131) Nam quod etiam ad Demosthenis cognomentum attinet, non male certe quidem is, haud sane a nutrice, verum a fama Batalus appellatur : nomen id ex mollitie et habitu cinædico assecutus. Si quis enim tibi elegantes istas lænas avulsas, et molles tuniculas, in quibus illas in amicos orationes scribis, in orbem circumferat singulisque judicibus in manus tradat, equidem arbitror eos, nisi præmoniti fuerint, dubitaturos, virine an mulieris vestem accepissent.

132. In causæ porro defensione ascendet etiam imperator quidam, ut audio, resupinato vultu sese respectans, ut in palæstris et elegantiorum in congressibus versatus : qui constitutionem totius causæ convellere nitetur, me non judicium dictasse, sed magnæ inscitiæ principium apportasse dicens : ac primum commemorabit viros de vobis bene meritos, Harmodium et Aristogitonem, eorumque fidem mutuam, et consecutas ex ea reipublicæ utilitates : (133) neque etiam, ut aiunt, Homeri versibus abstinebit, aut heroicis nominibus, sed et Achillis et Patrocli ortam ex amore amicitiam, ut fertur, celebrabit, et formam, quasi vero ea non olim in felicitatis numero poni solita sit, si quidem cum modestia conjuncta erat, nunc laudabit. Nam si calumnia

ταύτην τινὲς διαβάλλοντες συμφορὰν τοῖς ἔχουσι καταστήσουσιν, οὐ ταὐτὰ κοινῇ ψηφιεῖσθαί φησιν ὑμᾶς καὶ 19 ἰδίᾳ εὔχεσθαι. (134) Ἄτοπον γὰρ εἶναι δοκεῖν αὐτῷ, εἰ τοὺς μὲν υἱεῖς τοὺς μηδέπω γεγονότας ἅπαντες εὔχεσθε οἱ μέλλοντες παιδοποιεῖσθαι καλοὺς κἀγαθοὺς τὰς ἰδέας φῦναι καὶ τῆς πόλεως ἀξίους, τοὺς δ' ἤδη γεγονότας, ἐφ' οἷς προσήκει σεμνύνεσθαι τὴν πόλιν, ἐὰν κάλλει καὶ ὥρᾳ διενεγκόντες ἐκπλήξωσί τινας καὶ περιμάχητοι ἐξ ἔρωτος γένωνται, τούτους, ὡς ἔοικεν, Αἰσχίνῃ πεισθέντες ἀτιμώσετε. (135) Κἀνταῦθα δή τινα καταδρομήν, ὡς ἀκούω, μέλλει ποιεῖσθαι περὶ ἐμοῦ, ἐπερωτῶν εἰ οὐκ αἰσχύνομαι αὐτὸς μὲν ἐν τοῖς γυμνασίοις ὀχληρὸς ὢν καὶ πλείστων ἐραστὴς γεγονώς, τὸ δὲ πρᾶγμα εἰς ὄνειδος καὶ κινδύνους καθιστάς. Καὶ τὸ τελευταῖον, ὡς ἀπαγγέλλουσί τινές μοι, εἰς γέλωτα καὶ λῆρόν τινα προτρεπόμενος ὑμᾶς, ἐπιδείξεσθαί μού φησιν ὅσα πεποίηκα ἐρωτικὰ εἴς τινας ποιήματα, καὶ λοιδοριῶν καὶ πληγῶν τινων ἐκ τοῦ πράγματος, αἳ περὶ ἐμὲ γεγένηνται, μαρτυρίας φησὶ παρέξεσθαι. (136) Ἐγὼ δὲ οὔτε ἔρωτα δίκαιον ψέγω, οὔτε τοὺς κάλλει διαφέροντάς φημι πεπορνεῦσθαι, οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς καὶ ἔτι καὶ νῦν εἶναι, τάς τε ἐκ τοῦ πράγματος γινομένας πρὸς ἑτέρους φιλονεικίας καὶ μάχας οὐκ ἀρνοῦμαι μὴ οὐχὶ συμβεβηκέναι μοι. Περὶ δὲ τῶν ποιημάτων ὧν φασιν οὗτοί με πεποιηκέναι, τὰ μὲν ὁμολογῶ, τὰ δὲ ἐξαρνοῦμαι μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον ὃν οὗτοι διαφθείροντες παρέξονται. (137) Ὁρίζομαι δ' εἶναι τὸ μὲν ἐρᾶν τῶν καλῶν καὶ σωφρόνων φιλανθρώπου πάθος καὶ εὐγνώμονος ψυχῆς, τὸ δὲ ἀσελγαίνειν ἀργυρίου τινὰ μισθούμενον ὑβριστοῦ καὶ ἀπαιδεύτου ἀνδρὸς ἔργον εἶναι ἡγοῦμαι· καὶ τὸ μὲν ἀδιαφθόρως ἐρᾶσθαι φημὶ καλὸν εἶναι, τὸ δ' ἐπαρθέντα μισθῷ πεπορνεῦσθαι αἰσχρόν. Ὅσον δ' ἑκάτερον τούτων ἀπ' ἀλλήλων διέστηκε καὶ ὡς πολὺ διαφέρει, ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὑμᾶς πειράσομαι λόγοις διδάσκειν. (138) Οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν, ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν. « Δοῦλον » φησὶν ὁ νόμος « μὴ γυμνάζεσθαι μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις. » καὶ οὐκέτι προσέγραψε « τὸν δ' ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι. » Ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τούτῳ αὐτῷ ἡγοῦντο, ᾧ ἐκείνους ἐκώλυον, τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. (139) Πάλιν ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπε νομοθέτης « δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μήτ' ἐρᾶν μήτ' ἐπακολουθεῖν, ἢ τύπτεσθαι τῇ δημοσίᾳ μάστιγι πεντήκοντα πληγάς. » Ἀλλ' οὐ τὸν ἐλεύθερον ἐκώλυσεν ἐρᾶν καὶ ὁμιλεῖν καὶ ἀκολουθεῖν, οὐδὲ βλάβην τῷ παιδί, ἀλλὰ μαρτυρίαν σωφροσύνης ἡγήσατο συμβαίνειν. Ἀκύρου δ' οἶμαι καὶ ἀδυνάτου ἔτι ὄντος κρῖναι τὸν ὄντως εὔνουν καὶ μή, τὸν ἐρῶντα σωφρονίζει, καὶ τοὺς τῆς φιλίας λόγους εἰς τὴν φρονοῦσαν καὶ πρεσβυτέραν ἡλικίαν ἀναβάλλεται· τὸ δ' ἐπα-

quorundam effecerit, ut corporis decor aliquibus calamitati sit, non ea vos publice decreturos dicet, quæ privatim exoptetis. (134) Absurdum enim videri sibi, quum omnes vos liberis operam daturi vota faciatis, ut filii nondum nati forma præstantes, et civitate digni evadant : eos qui jam nati sunt, quos rempublicam laudi sibi ducere conveniat, si formæ elegantia præstantes, aliquos in sui admirationem convertant, et contentione quadam amoris expetantur, a vobis Æschini obsecutis ignominia notari. (135) Et hoc in loco, ut audio, me quoque perstringet, rogitans, an me non pudeat, quum ipse in gymnasiis frequens, et plurimorum amore captus fuerim, eam rem efficiam ignominiosam et periculosam. Postremo, ut quidam mihi nuntiant, vos ad risum et nugas cohortans, se vobis monstraturum dicet, quam multa in quosdam amatoria poemata fecerim : ac testes producturum pollicebitur de conviciis ac verberibus ob eam rem mihi factis. (136) Ego vero nec honestum amorem reprehendo, neque homines forma præstantes impudicitiæ arguo, nec ipse infitias eo, me propensum ad amores et fuisse et etiam nunc esse, neque etiam æmulationes et pugnas cum aliis, ex ea re oriri solitas, et mihi accidisse nego. De poematis autem quæ me fecisse dicunt, eorum quædam agnosco, quædam ita esse, ut ab istis corrupta proferuntur, non concedo. (137) Amorem porro honestorum et modestorum, humani affectus et liberalis animi esse statuo : sed pecunia redimendi aliquem petulantiam, viri injurii et insciti munus esse arbitror. Atque etiam citra corruptelam amari, honestum esse affirmo; sed mercede adductum se prostituere, turpe. Quantum autem inter horum utrumque intersit, quantoque opere differant, post vos edocere conabor. (138) Patres enim vestri, quum de vitæ ratione, et de malis bonisque, quæ naturæ afferret necessitas, leges conderent, quæ ingenuis affectanda esse censuerunt, hæc servis interdixerunt. Servus, inquit lex, ne exerceatur nec sicce ungatur in palæstris. » Neque vero ascripsit etiam : « Ingenuus autem ungatur et exerceatur. » Nam ubi legumlatores perspecta exercitationum honestate, ab earum usu servos repulerunt, eadem lege putarunt, qua illos prohiberent, se ingenuos exhortari ad exercitationes. (139) Rursus idem legislator edixit, ne servus ingenuum puerum vel amet vel assectetur, aut publico flagello quinquaginta plagis afficiatur. Ingenuo autem non interdixit, ne vel amaret, vel colloqueretur, vel assectaretur : neque id puero incommodare, sed integritatis testimonium perhibere putavit. Nam quum puer nondum sit eo judicio præditus, ut verum amatorem a falso possit discernere, ipsum amatorem castigat, et amicitiæ dijudicationem ætati prudentiori et graviori asservat :

κολουθεῖν καὶ ἐφορᾶν φρουρὰν καὶ φυλακὴν σωφροσύνης ἡγήσατο εἶναι μεγίστην. (140) Τοιγάρτοι τοὺς τῆς πόλεως μὲν εὐεργέτας, ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερενηνοχότας, Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὁ σώφρων καὶ ἔννομος, εἴτε ἔρωτα εἴτε τρόπον αὐτὸν χρὴ προσειπεῖν, τοιούτους ἐπαίδευσεν ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεεστέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἐγκωμίοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων.

141. Ἐπειδὴ δὲ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μέμνησθε καὶ Ὁμήρου καὶ ἑτέρων ποιητῶν, ὡς τῶν μὲν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι καὶ περιφρονοῦντες ἱστορίᾳ τὸν δῆμον, ἵν' εἰδῆτε ὅτι καὶ ἡμεῖς τι ἤδη ἠκούσαμεν καὶ ἐμάθομεν, λέξομέν τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιχειροῦσι φιλοσόφων ἀνδρῶν μεμνῆσθαι καὶ καταφεύγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους ἐν τῷ μέτρῳ λόγους, θεωρήσατε ἀποβλέψαντες, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰς τοὺς ὁμολογουμένως ἀγαθοὺς καὶ χρηστοὺς ποιητάς, ὅσον κεχωρίσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τῶν ὁμοίων ἐρῶντας καὶ τοὺς ἀκρατεῖς ὧν οὐ χρὴ καὶ τοὺς ὑβριστάς. (142) Λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ Ὁμήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν. Ἐκεῖνος γὰρ πολλαχοῦ μεμνημένος περὶ Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλέως, τὸν μὲν ἔρωτα καὶ τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῶν τῆς φιλίας ἀποκρύπτεται, ἡγούμενος τὰς τῆς εὐνοίας ὑπερβολὰς καταφανεῖς εἶναι τοῖς πεπαιδευμένοις τῶν ἀκροατῶν. (143) Λέγει γάρ που Ἀχιλλεὺς ὀδυρόμενος τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ὡς ἕν τι τοῦτο τῶν λυπηροτάτων ἀναμιμνησκόμενος, ὅτι τὴν ὑπόσχεσιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα τὸν Πατρόκλου Μενοίτιον ἄκων ἐψεύσατο· ἐπαγγείλασθαι γὰρ εἰς Ὀποῦντα σῶν ἀπάξειν, εἰ συμπέμψειεν αὐτὸν εἰς τὴν Τροίαν καὶ παρακαταθεῖτο αὐτῷ· ᾧ κατταφανής ἐστιν ὡς δι' ἔρωτα τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ παρέλαβεν. (144) Ἔστι δὲ τὰ ἔπη ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν μέλλω λέγειν·

> Ὢ πόποι, ἦ ῥ' ἅλιον ἔπος ἔκβαλον ἤματι κείνῳ
> θαρσύνων ἥρωα Μενοίτιον ἐν μεγάροισιν.
> Φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν,
> Ἴλιον ἐκπέρσαντα λαχόντα τε ληΐδος αἶσαν.
> Ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ·
> ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαῖαν ἐρεύθειν.

(145) Οὐ τοίνυν ἐνταῦθα μόνον σχετλιάζων φαίνεται, ἀλλ' οὕτως αὐτὸν ἰσχυρῶς ἐπένθησεν, ὥστε παρὰ Θέτιδος τῆς αὐτοῦ μητρὸς προακούσας ὅτι μὴ μετελθὼν μὲν τοὺς ἐχθρούς, ἀλλ' ἐάσας ἀτιμώρητον τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἐπανελθὼν οἴκαδε γηραιὸς ἐν τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀποθανεῖται, τιμωρησάμενος δὲ διὰ ταχέων μέλλοι τὸν βίον τελευτᾶν, εἵλετο τὴν τοῦ τεθνεῶτος πίστιν μᾶλλον ἢ τὴν σωτηρίαν. Οὕτω δὲ μεγαλοψύχως ἠπείγετο τὸν φονέα τὸν ἐκείνου τιμωρήσασθαι, ὥστε πάντων αὐτὸν παραμυθουμένων, καὶ κελευόντων λούσασθαι καὶ σῖτον προσενέγκασθαι, ἀπόμνυσι μηδὲν τούτων πράξειν πρὶν ἂν τὴν τοῦ Ἕκτορος κεφαλὴν ἐπὶ τὸν

assectationem porro et inspectionem, modestiæ custodiam esse maximam existimavit. (140) Proinde viros de republica bene meritos et virtute præstantissimos, Harmodium atque Aristogitonem, modestus ille ac legitimus, sive amor sive mos est appellandus, sic erudiit, ut qui eorum facta celebrant, laudes rerum ab illis gestarum non assequi videantur.

141. Quando autem Achillis et Patrocli meministis, atque Homeri aliorumque poetarum, quasi judices nullis disciplinis sint eruditi, vos autem gravitatem quandam affectatis et populo majorem eruditionem : ut videatis nos quoque jam aliquid audivisse ac didicisse, hisce de rebus et ipsi aliquid disseremus. Postquam enim eruditorum hominum facere mentionem et ad expositas versu sententias confugere instituunt, videte, Athenienses, poetis omnium consensu præstantibus et bonis consideratis, quantum interesse existimarint inter modestos ac sui similium amantes, et inter immodestos, qui ea desiderant quæ non decet, ac contumeliosos. (142) Primum autem de Homero dicam, quem in antiquissimis et sapientissimis poetis numeramus. Qui quum multis locis Patrocli et Achillis meminerit, amorem et cognomentum amicitiæ illorum dissimulat, quum insignem illam benevolentiam eruditis auditoribus esse conspicuam existimet. (143) Quodam enim loco Achilles Patrocli necem deplorans, ut rem earum rerum quæ sibi acciderint omnium acerbissimam : dum recordatur, se invitum fefellisse fidem Menœtio Patrocli patri datam cui promisisset, se Patroclum Opuntem salvum reducturum, si eum secum ad Trojam ablegasset et fidei suæ commisisset : unde apparet eum amoris causa illius curam suscepisse. (144) Eos autem versus dicit, quos ego nunc recitabo :

> Heu quam stulta meæ venit sententia menti,
> quo spondere die potui tibi, clare Menœti,
> incolumem illustremque ad Opuntia mœnia natum
> eversa Troja, spoliis insignibus auctum,
> victorem! Sed non deus omnibus omnia vota
> indulget : siquidem sic impia fata tulerunt,
> nos eadem ut tegeret tellus, utriusque cruore
> sparsaruberet humus.

(145) Neque vero hic dumtaxat lamentatur, sed eum adeo vehementer luget, ut quum a Thetide matre audisset, se, si hostes non persequeretur, sed inultam Patrocli necem pateretur, domum reversum, senem in sua patria obiturum; sin ultus esset, celeriter vitam cum morte commutaturum : fidem erga mortuum suæ prætulerit incolumitati; tantaque animi magnitudine ad ulciscendum illius interfectorem properarit, ut omnibus eum consolantibus, et lavare ac cibum capere jubentibus, abjurarit se quicquam illorum facturum, priusquam caput Hectoris ad Patrocli sepulcrum attulisset.

τοῦ Πατρόκλου τάφον ἐνέγκῃ. (146) Καθεύδοντος δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ πυρᾷ, ὥς φησιν ὁ ποιητής, εἴδωλον ἐφίσταται τὸ Πατρόκλου, καὶ τοιούτων ἐπεμνήσθη καὶ τοιαῦτα ἐπέσκηψε τῷ Ἀχιλλεῖ, ἐφ' οἷς καὶ δακρῦσαι καὶ ζηλῶσαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν φιλίαν ἄξιον αὐτῶν ἐστιν. Ἐπισκήπτει μὲν γὰρ αὐτῷ, προειπὼν ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνος ἀπέχει μακρὰν τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, εἴ πως εἴη δυνατόν, προδιοικήσασθαι ὅπως τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ ἐτράφησαν καὶ ἐβίωσαν ἐν τῷ αὐτῷ, οὕτω καὶ τελευτησάντων αὐτῶν τὰ ὀστᾶ ἐν τῇ αὐτῇ σορῷ κείσεται· (147) ὀδυρόμενος δὲ καὶ τὰς διατριβὰς διεξιὼν ἃς μετ' ἀλλήλων ζῶντες διέτριβον, λέγει ὅτι « οὐκέτι περὶ τῶν μεγίστων, ὥσπερ τὸ πρότερον, καθεζόμενοι μετ' ἀλλήλων μόνοι ἄποθεν τῶν ἄλλων φίλων βουλευσόμεθα, » τὴν πίστιν (οἶμαι) καὶ τὴν εὔνοιαν ποθεινοτάτην ἡγούμενος εἶναι. Ἵνα δὲ καὶ διὰ τοῦ μέτρου τὰς γνώμας ἀκούσητε τοῦ ποιητοῦ, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὰ ἔπη τὰ περὶ τούτων, ἃ Ὅμηρος πεποίηκε. (148) Λέγε πρῶτον τὰ περὶ τῆς Ἕκτορος τιμωρίας.

Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν, φίλ' ἑταῖρε, σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπὸ γαῖαν,
οὔ σε πρὶν κτεριῶ πρίν γ' Ἕκτορος ἐνθάδ' ἐνεῖκαι
τεύχεα καὶ κεφαλήν, μεγαθύμου σεῖο φονῆος.

(149) Ἀναγίνωσκε δὴ ἃ περὶ τοῦ ὁμοτάφους αὐτοὺς γε-
21 νέσθαι λέγει ἐν τῷ ὕπνῳ ὁ Πάτροκλος, καὶ περὶ τῶν διατριβῶν ἃς συνδιέτριβον ἀλλήλοις.

Οὐ γὰρ ἔτι ζωοί γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων
βουλὰς ἑζόμενοι βουλεύσομεν· ἀλλ' ἐμὲ μὲν Κὴρ
ἀμφέχανε στυγερή, ἥπερ λάχε γεινόμενόν περ·
καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ μοῖρα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
τείχει ὕπο Τρώων εὐηγενέων ἀπολέσθαι,
μαρνάμενον δηίοις Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
ἀλλ' ἵνα πέρ σε καὶ αὐτὸν ὁμοίη γαῖα κεκεύθῃ,
χρυσέῳ ἐν ἀμφιφορεῖ, τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ.
Ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμέν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,
εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
ἤγαγεν ὑμέτερόνδ', ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,
ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς,
ἔνθα με δεξάμενος ἐν δώμασιν ἱππότα Πηλεὺς
ἔτρεφέ τ' ἐνδυκέως καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνεν·
ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶιν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.

(150) Ὡς τοίνυν ἐξῆν ἂν αὐτῷ σωθῆναι μὴ τιμωρησαμένῳ τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἀνάγνωθι ἃ λέγει ἡ Θέτις.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις·
αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
κτεινομένῳ ἐπαμῦναι, ὅ μοι πολὺ φίλτατος ἔσκεν.

151. Ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης, ἕν τι τῶν καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ σωφρόνως ἐρᾶν, ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος λέγει που,

Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν· ὧν εἴην ἐγώ.

(146) Ei porro in rogo dormienti, ut ait poeta, simulacrum Patrocli obversatum, hujusmodi rerum memoriam refricat et ea mandat Achilli, quæ nobis lacrimas excutere possint, et efficere ut virtutem eorum atque amicitiam admiremur. Nam eum jubet, præfatus in primis illum etiam non longe a morte abesse, si quo modo fieri possit, dare operam, ac providere, ut quemadmodum una sint educati et versati, sic eorum etiam defunctorum ossa eodem in loculo reponantur. (147) Præterea lamentans, et actam una vitam recensens, ait, se posthac maximis de rebus, ut soliti prius fuerint, in eodem consessu, seorsum a ceteris non esse deliberaturos : fidem, opinor, et benevolentiam, rem summi esse desiderii existimans. Ut autem poetæ sententias versibus inclusas audiatis, recitabit vobis scriba versus quos his de rebus fecit Homerus. (148) Eos primum narra, quos de Hectoris supplicio fecit.

Nunc postquam, Patrocle, tuæ sum postera vitæ
tempora sortitus, non ante ego debita solvam
funeri justa tuo, quam huc Hectoris arma superbi
et caput attulero.

(149) Recita ergo ea quæ Patroclus in somnis illi dicit de communi sepultura, et de vitæ actæ una consuetudine :

Non dabitur tecum posthac de rebus agendis
consulere, ut nuper viventes fecimus ambo ;
sed me letiferi cohibet vis ferrea fati,
quod mihi nascenti sævæ statuere sorores.
Hoc quod te quoque, Achille, manet, sub mœnibus altis
Laomedonteæ parvo post tempore Trojæ.
Hoc quoque te repetens iterumque iterumque precabor,
ne procul a nostris tua mandes ossa reponi
ossibus : et quoniam primos simul egimus annos,
quum puerum pater ex Opoente Menœtius olim
me tulit ad vestros studio properante penates,
tempore quo infelix natum Amphidamante peremi
ludendo invitus : tum me domus inclyta Pelei
suscepit, cura et tecum nutrivit eadem :
nunc etiam nostra ossa una condantur in urna
conjuncta aureola, sed quæ capere utraque possit.
Quam tibi (nam memini) dono dedit inclyta mater.

(150) Licuisse porro ei esse incolumi, nisi Patrocli necem ultus esset, ea legito quæ Thetis ait :

Cito moriturus mihi, fili, es, quum talia dicas ;
ilico enim tibi deinde post Hectorem fatum paratum est.
Illam autem vicissim affatus est pedibus velox Achilles :
Ilico moriar, quandoquidem non eram socio,
dum interficeretur, auxiliaturus, qui mihi omnium carissimus erat.

151. Jam qui nulli poetarum sapientia cedit Euripides, in rebus honestissimis amorem modestum numerans, quodam eum loco votis exoptans, sic ait :

Amor modestus, et virtutis assecla,
est expetendus, isque contingat mihi.

(152) Πάλιν τοίνυν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Φοίνικι ἀποφαίνεται, ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος, καὶ ἀπεθίζων τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ὑποψίας μηδ' ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.

Ἤδη δὲ πολλῶν ᾑρέθην λόγων κριτής,
καὶ πόλλ' ἁμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο,
τἀναντί' ἔγνων συμφορᾶς μιᾶς πέρι.
Κἀγὼ μὲν οὕτω, χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφός,
λογίζομαι τἀληθές, εἰς ἀνδρὸς φύσιν
σκοπῶν δίαιτάν θ' ἥντιν' ἐμπορεύεται·
ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν οἷς περ ἥδεται ξυνών.

(153) Σκέψασθε δ', ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς γνώμας ἃς ἀποφαίνεται ὁ ποιητής. Ἤδη πολλῶν πραγμάτων φησὶ γεγενῆσθαι κριτής, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς δικασταί· καὶ τὰς κρί-
22 σεις οὐκ ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ὁμιλιῶν φησι ποιεῖσθαι, ἐκεῖσε ἀποβλέπων, πῶς τὸν καθ' ἡμέραν βίον ζῇ ὁ κρινόμενος καὶ ὅντινα τρόπον διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσοντα, καὶ τίσι χαίρει πλησιάζων· καὶ τελευτῶν οὐκ ὤκνησεν ἀποφήνασθαι τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι οἷς περ ἥδεται ξυνών. Οὐκοῦν δίκαιον καὶ περὶ Τιμάρχου τοῖς αὐτοῖς ὑμᾶς Εὐριπίδῃ χρήσασθαι λογισμοῖς. (154) Πῶς διῴκηκε τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν; κατεδήδοκε τὰ πατρῷα καὶ τὰ τῶν φίλων, μεμισθαρνηκὼς τῷ σώματι καὶ δωροδοκῶν δημοσίᾳ πάντ' ἠφάνικεν, ὥστε μηδὲν ἄλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι. Χαίρει δὲ τῷ ξυνών; Ἡγησάνδρῳ. Ὁ δ' Ἡγήσανδρος ἐκ τίνων ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων; ἐκ τούτων ἐξ ὧν αὐτὸν πράξαντα οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσι μὴ δημηγορεῖν. Ἐγὼ δὲ τί λέγω κατὰ Τιμάρχου, καὶ τίνα ποτ' ἐστὶν ἃ ἀντιγέγραμμαι; μὴ δημηγορεῖν Τίμαρχον πεπορνευμένον καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεδηδοκότα. Ὑμεῖς δὲ τί ὀμωμόκατε; ὑπὲρ αὐτῶν ψηφιεῖσθαι ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ.

155. Ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ περὶ τῶν ποιητῶν διεξιών, ἀνδρῶν ἐρῶ πρεσβυτέρων καὶ γνωρίμων ὑμῖν ὀνόματα καὶ μειρακίων καὶ παίδων, ὧν τοῖς μὲν διὰ τὴν εὐπρέπειαν πολλοὶ γεγόνασιν ἐρασταί, ἐνίοις δὲ τῶν ἐν ἡλικίᾳ ἔτι καὶ νῦν εἰσίν, ὧν οὐδεὶς πώποτ' εἰς τὰς αὐτὰς αἰτίας ἀφῖκται Τιμάρχῳ· καὶ πάλιν ὑμῖν ἀντιδιέξειμι ἀνθρώπων πεπορνευμένων αἰσχρῶς καὶ φανερῶς ὀνόματα, ἵνα ὑμεῖς ἀναμνησθέντες κατανείμητε εἰς τὴν προσήκουσαν τάξιν Τίμαρχον. (156) Πρῶτον δὲ λέξω τὰ τῶν ἐλευθέρων καὶ καλῶς βεβιωκότων ὀνόματα. Γιγνώσκετε, ὦ Ἀθηναῖοι, Κρίτωνα τὸν Ἀστυόχου καὶ Περικλείδην τὸν Περιθοίδην καὶ Πολεμαγένην καὶ Πανταλέοντα τὸν Κλεαγόρου καὶ Τιμησίθεον τὸν δρομέα, καλλίστους οὐ μόνον τῶν πολιτῶν ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων γεγενημένους καὶ πλείστων καὶ σωφρονεστάτων τυχόντας ἐραστῶν· ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς πώποτε αὐτοὺς ἔψεξε. (157) Πάλιν ἐκ τῶν μειρακίων καὶ τῶν ἐν παισὶν ἔτι καὶ νῦν ὄντων πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφιδοῦν τὸν Ἰφι-

(152) Rursus idem poeta in Phœnice, de calumnia qua delatus Phœnix fuerat apud patrem, pronuntiat, defendens eum et homines consuefaciens, ne ex suspicionibus aut criminationibus, sed ex ante acta vita judicium faciant :

Jam sæpe lectus acris litis arbiter,
quum multa concurrissent dicta testium,
statui diversum, causa adductus unica.
Et ego quidem sic (ratio ut ipsa postulat)
inquiro vera, mores intuens viri, et
quotidianæ vitæ consuetudinem.
Namque improborum cui placet sodalitas,
is qui siet vir, non rogo : sciens satis,
sodalium illum convenire moribus.

(153) Considerate sententias, Athenienses, quas poeta profert. Ait se jam multarum rerum fuisse disceptatorem, ut et vos nunc judices : seque asserit judicia non e testimoniis, sed e studiis et familiaritatibus fecisse : illuc respicientem quæ fuisset reo quotidianæ vitæ consuetudo, et ut suam familiam gubernasset, quasi eodem modo et rempublicam esset administraturus; et quorum commercio gavisus esset; denique pronuntiare non dubitat, talem eum esse, quales ii sint, quorum consuetudine delectetur. Æquum igitur est, vos de Timarcho etiam iisdem cum Euripide uti rationibus. (154) Quomodo suam rem familiarem curavit? Patrimonium et suum et amicorum per luxum absumpsit, prostituta mercede pudicitia, acceptisque ob rem judicandam muneribus omnia strenue confecit, ut nihil ei sit reliquum præter dedecus. Cujus autem consuetudine delectatur? Hegesandri. Hegesandri porro studia quæ sunt? Ea, propter quæ legibus a concionibus habendis repellitur. Ego vero de Timarcho quid dico? et quænam ad prætorem retuli? Ne conciones habeat Timarchus, pudicitia prostituta, et per luxum absumpto patrimonio. Vos quid jurastis? De iis rebus pronuntiaturos, quæ in accusatione præscriptæ sint.

155. Ne vero poetarum auctoritate inculcanda sim prolixior, virorum dicam seniorum notorumque vobis nomina, adolescentum item et puerorum, quorum alii ob formæ venustatem multos habuerunt amatores, alii per ætatem nunc etiam habent : quorum nemini unquam eadem quæ Timarcho crimina sunt objecta. Visissimque vobis commemorabo nomina hominum, qui libidini turpiter aperteque indulserunt : ut vos eorum recordati, Timarchum in convenientem ei ordinem reponatis. (156) Primum autem commemorabo ingenuorum nomina, qui ætatem honeste exegerunt. Nostis, Athenienses, Critonem Astyochi, et Periclidem Perithœdam, et Polemagenem, et Pantaleontem Cleagoræ F., et Timesitheum cursorem, qui non civium dumtaxat, sed et Græcorum omnium formosissimi fuerunt, atque amatores plurimos et modestissimos habuerunt : tamen nemo unquam eos vituperavit. (157) Rursus ex adolescentibus et iis qui etiam nunc inter pueros censentur, primum

κράτους, υἱὸν δὲ Τισίου τοῦ Ῥαμνουσίου, ὁμώνυμον δὲ τοῦ νυνὶ κρινομένου Τιμάρχου· ὃς εὐπρεπὴς ὢν ἰδεῖν τοσοῦτον ἀπέχει τῶν αἰσχρῶν, ὥστε πρῴην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολλυτῷ, καὶ Παρμένοντος τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιστον ἐν ᾧ ἦν εἶναί τινας πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις, οὐδεὶς ὑπελάμβανεν εἰς τὸ μειράκιον, ἀλλ' εἰς σὲ πάντες· οὕτω κληρονόμος εἶ τοῦ ἐπιτηδεύματος. Πάλιν Ἀντικλέα τὸν σταδιοδρόμον καὶ Φειδίαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Μιλησίου. Ἔτι δὲ εἰπεῖν ἔχων πολλοὺς παύσομαι, ἵνα μὴ δοκῶ τὸν ἔπαινον θεραπείᾳ τινὶ κατ' αὐτῶν ποιεῖσθαι. (158) Περὶ δὲ τῶν ὁμοτρόπων τῶν Τιμάρχου, φεύγων τὰς ἀπεχθείας, ὧν ἥκιστά μοι μέλει μνησθήσομαι. Τίς γὰρ ὑμῶν τὸν ὀρφανὸν καλούμενον Διόφαντον οὐκ οἶδεν, ὃς τὸν ξένον πρὸς τὸν ἄρχοντα ἀπήγαγεν ᾧ παρήδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς, ἐπαιτιασάμενος τέτταρας δραχμὰς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς πράξεως ταύτης ἀπεστερηκέναι, καὶ τοὺς νόμους λέγων οἳ κελεύουσι τὸν ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι, τοὺς ὑπὲρ τῆς σωφροσύνης κειμένους αὐτὸς ὑπερβεβηκώς; ἢ τίς τῶν πολιτῶν οὐκ ἐδυσχέραινε Κηφισόδωρον τὸν τοῦ Μόλωνος καλούμενον, καλλίστην ὥραν ὄψεως ἀκλεέστατα διεφθαρκότα; ἢ Μνησίθεον τὸν τοῦ μαγείρου καλούμενον; ἢ πολλοὺς ἑτέρους, ὧν ἑκὼν ἐπιλανθάνομαι; (159) Οὐ γὰρ ἐπεξελθεῖν αὐτῶν ἕκαστον κατ' ὄνομα πικρῶς βούλομαι, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν τοιούτων ἔργων ἀπορεῖν ἂν εὐξαίμην ἐν τῷ λόγῳ διὰ τὴν πρὸς τὴν πόλιν εὔνοιαν. Ἐπειδὴ δὲ ἑκατέρων προελόμενοί τινας διεξεληλύθαμεν, χωρὶς μὲν τοὺς διὰ σωφροσύνην ἐρωμένους, χωρὶς δὲ τοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὑμεῖς ἤδη τοῦτ' ἐρωτηθέντες ἀποκρίνασθε πρὸς ἐμέ, εἰς ὁποτέραν τάξιν Τίμαρχον κατανέμετε, πότερα εἰς τοὺς ἐρωμένους ἢ εἰς τοὺς πεπορνευμένους. Οὐκοῦν μὴ καταλιπὼν ἣν εἵλου συμμορίαν αὐτομολήσῃς εἰς τὰς τῶν ἐλευθέρων διατριβάς.

160. Ἐὰν δ' ἐπιχειρῶσι λέγειν ὡς οὐχ ἡταίρηκεν ὅστις μὴ κατὰ συγγραφὰς ἐμισθώθη, καὶ γραμματεῖον καὶ μάρτυρας ἀξιῶσί με τούτων παρασχέσθαι, πρῶτον μὲν τοὺς περὶ τῆς ἑταιρήσεως νόμους μέμνησθε, ἐν οἷς οὐδαμοῦ μνείαν ὁ νομοθέτης περὶ συνθηκῶν πεποίηται. Οὐ γὰρ εἰ κατὰ γραμματεῖόν τις ἑαυτὸν κατῄσχυνε, τοῦτ' ἐξήτασεν, ἀλλὰ παντελῶς, ὅπως ἂν ἡ πρᾶξις γένηται, τὸν πράξαντα κελεύει μὴ μετέχειν τῶν τῆς πόλεως κοινῶν. Εἰκότως· ὅστις γὰρ νέος ὢν ἀπέστη δι' αἰσχρὰς ἡδονὰς τῆς εἰς τὰ καλὰ φιλοτιμίας, τοῦτον οὐκ ᾠήθη δεῖν πρεσβύτερον γενόμενον ὁ τοὺς νόμους εἰσφέρων ἐπίτιμον εἶναι. (161) Ἔπειτα καὶ τὴν εὐήθειαν τοῦ λόγου τούτου ῥᾴδιόν ἐστιν ἐξετάσαι. Πάντες γὰρ ἂν τοῦθ' ὁμολογήσαιμεν, ὅτι τὰς συνθήκας τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀπιστίας ἕνεκα ποιούμεθα, ἵνα ὁ μὴ παραβὰς τὰ γεγραμμένα δίκην λάβῃ τῇ ψήφῳ παρὰ τοῦ παραβάντος. Οὐκοῦν εἴπερ τὸ πρᾶγμα δίκης προσδεῖται, τοῖς κατὰ γραμματεῖον ἡταιρηκόσιν, ἂν ἀδικῶνται, ἡ τῶν νόμων ὡς οὗτοί φασιν ἐπικουρία καταλείπεται. Καὶ τίς

Iphicratis ex fratre nepotem, Tisiæ Rhamnusii F., Timarcho nunc reo cognominem, qui quum sit decorus aspectu, tantum abest a turpitudine, ut nuper, quum in suburbanis Bacchanalibus comœdiæ in Colytto agerentur, et Parmeno comicus histrio dixisset ad cœtum versum anapæsticum : esse quosdam magnos catamitos, Timarcho similes : nemo id in adolescentem, sed in te omnes dici putarint. Adeo illius studii crevisti hereditatem. Anticlem porro cursorem, et Phidiam Milesii fratrem. Quum autem multos adhuc haberem commemorandos, desinam, ne de industria gratiam illorum videar aucupari. (158) Jam quod illos attinet qui sunt Timarcho similes, quum inimicitias fugiam, eorum solummodo, quorum iras minime curo, faciam mentionem. Quis enim vestrûm Diophantum, qui orbus appellatur, non novit? qui hospitem ad prætorem traxit, cujus assessor fuit Aristopho Azeniensis, conquestus se quattuor ab illo drachmis ob rem istam promissis, fraudari : et leges recitavit, quæ prætorem pupillorum curam gerere jubent, neglectis iis, quæ modestiæ tuendæ causa latæ sunt. Eum ergo quis non oderat? quis civium non adversabatur Cephisodorum, qui Molonis F. nominabatur, quod pulcherrimi aspectus elegantiam summis probris contaminarat? aut Mnesitheum, qui coqui filius dicitur, aut multos alios, quorum ultro obliviscor? (159) Neque enim eorum quemlibet acerbe et nominatim recensere volo ; sed multo magis optarim, in oratione me talium factorum inopia laborare, pro mea erga urbem benevolentia. Sed quia utrorumque quosdam delectu habito commemoravimus, seorsum eos qui ob modestiam diliguntur, eos item seorsum, qui semetipsos violant : vos jam ad quæstionem hanc respondeatis mihi velim, in utro Timarchum ordine collocetis? eorumne qui diliguntur, an qui pro scortis subiguntur? Ne igitur ea quam delegisti classe relicta, pro transfuga in cœtus ingenuorum irrumpito.

160. Quodsi dicere instituerint, non in scortorum numero habendum esse, qui non ex syngrapha fuerit mercede elocatus, ac postularint, ut tabulas et testes exhibeam : vos primum memineritis legum de impudicitia, in quibus nullam pactionum mentionem fecit legislator. Neque enim an aliquis ex syngrapha se coinquinarit, id spectavit; sed omnino, quocunque modo res acta fuerit, eum qui fecerit, administratione reipublicæ abstinere jussit. Idque merito. Nam qui adolescens ob turpes voluptates gloriam honestatis neglexisset, eum non censuit legis auctor, ætate provectiore ullum oportere honorem consequi. (161) Deinde rationis istius ineptias facile est ostendere. Omnes enim fatemur, nos pactiones inter nos ex diffidentia facere : ut qui eas servarit, judicio pœnas de eo sumat, qui fidem fregerit. Igitur si impudicorum actio judicium ex syngrapha postulat, si injuriis afficiantur : earum legum quas isti proferunt, præsidium eis est reliquum. Ecquæ autem utriusque possit esse oratio?

31 ρὺν ἄνθρωπον· ὃς διασκοπούντων ἡμῶν ὅ τι χρὴ λέγειν καὶ Κίμωνος εἰπόντος ὅτι φοβοῖτο μὴ δικαιολογούμενος περιγένοιτο ἡμῶν ὁ Φίλιππος, πηγάς τε δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπηγγέλλετο, καὶ περὶ τῶν δικαίων τῶν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ἀπορράψειν τὸ Φιλίππου στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ, καὶ πείσειν Ἀθηναίους μὲν καταδέξασθαι Λεωσθένην, Φίλιππον δ' Ἀθηναίοις Ἀμφίπολιν ἀποδοῦναι. (22) Ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ τὴν τούτου διεξιὼν ὑπερηφανίαν, ὡς τάχιστα ἥκομεν εἰς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτούς, ὅταν προσίωμεν Φιλίππῳ,

renuntiasset, quum eadem de Philippo ab Iatrocle referri audirent. (17) Postremo senatum ingressus Democrates Aphidnæus, senatui auctor est Aristodemi revocandi. Fuit autem tum senator Demosthenes, accusator meus. Progressus Aristodemus magnopere prædicavit Philippi benevolentiam, quam erga nostram urbem haberet, et adjecit, Philippum etiam societatem cum republica coire velle. Neque in curia dumtaxat hæc, sed et pro concione dixit. Atque ibi nihil contra dixit Demosthenes, sed et coronam Aristodemo decrevit. (18) His apud populum dictis, decrevit Philocrates, decem legatos a vobis esse creandos, qui cum Philippo de pace agerent, et iis de rebus quæ ex æquo Atheniensium et Philippi interessent. Decretis decem legatis, ego designatus sum a Nausicle, Demosthenes a Philocrate, quem nunc accusat. (19) Ea porro alacritate rem gerendam suscepit, ut in senatu scriberet, quo citra suum detrimentum nobiscum iret Aristodemus, legatos creandos esse in eas urbes, in quibus Aristodemo fabulis agendis certandum esset, qui mulctas pro eo deprecarentur. Quæ ut vera esse constet, sume decreta, et scriptum Aristodemi testimonium recita, et eos voca, qui absentem eum testificantem coram audierunt, ut sciant judices, quis fuerit Philocratis amicus, quis item qui polliceretur se munera Aristodemo impetraturum esse a populo.

DECRETA. EXTESTIMONIUM. TESTIMONIA.

20. Prima igitur totius rei institutio, non a me, sed a Demosthene et Philocrate est profecta. In legatione porro mensa eadem nobiscum uti studuit, idque non a me obtinuit, sed a meis convictoribus, ab Aglaocreonte Tenedio, quem a sociis delegeratis, et ab Iatrocle. Jam in itinere ait me sibi auctorem fuisse belluæ communiter cavendæ, nimirum Philocratis: commentum referens. Quo pacto enim ego Demosthenem contra Philocratem concitassem, quem scirem et patrocinatum esse Philocrati in violatarum legum actione, et legatum a Philocrate designatum? (21) Præterea non in hujusmodi dumtaxat verbis nos legati, sed in toto itinere tolerare coacti sumus Demosthenem, hominem intolerabilem et molestum. Nam quum nos legati meditaremur, quid nobis dicendum esset, et Cimo dixisset, vereri se, ne Philippus jure suo defendendo nos superaret, iste se fontes eloquentiæ uberrimos habere pollicebatur, ac de jure Amphipolis bellique principio talia dicturum dicebat, ut os Philippi grandi siccoque junco consueret, ac persuasurum, ut et Athenienses Leosthenem reciperent, et Philippus Amphipolim Atheniensibus restitueret. (22) Ne vero longus sim istius arrogantia recensenda, quum primum in Macedoniam venissemus, constituimus inter nos, quum Philippum accessuri

τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν καὶ τοὺς λοιποὺς καθ' ἡλικίαν· ἐτύγχανε δ' ἡμῶν νεώτατος ὤν, ὡς ἔφη, Δημοσθένης. Ἐπειδὴ δὲ εἰσεκλήθημεν, — καὶ τούτοις ἤδη μοι σφόδρα προσέχετε τὸν νοῦν· ἐντεῦθεν γὰρ κατόψεσθε ἀνθρώπου φθόνον ὑπερβάλλοντα καὶ δεινὴν δειλίαν ἅμα καὶ κακοήθειαν, καὶ τοιαύτας ἐπιβουλὰς κατ' ἀνδρῶν συσσίτων καὶ συμπρέσβεων, ἃς οὐδ' ἂν κατὰ τῶν ἐχθίστων τις εἰκῇ ποιήσαιτο. Τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δή φησι ποιεῖσθαι, οὐχ ὢν ἐπιχώριος (εἰρήσεται γάρ) οὐδ' ἐγγενής. (23) Ἡμεῖς δέ, οἷς ἱερὰ καὶ τάφοι προγόνων ὑπάρχουσιν ἐν τῇ πατρίδι καὶ διατριβαὶ καὶ συνήθειαι μεθ' ὑμῶν ἐλευθέριοι καὶ γάμοι κατὰ τοὺς νόμους καὶ κηδεσταὶ καὶ τέκνα, Ἀθήνησι μὲν ἦμεν ἄξιοι τῆς ὑμετέρας πίστεως (οὐ γὰρ ἄν ποτε ἡμᾶς εἵλεσθε), ἐλθόντες δ' εἰς Μακεδονίαν ἐξαίφνης ἐγενόμεθα προδόται. Ὁ δὲ οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος, οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται, ὡς ὢν Ἀριστείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας. (24) Ἀκούσατε δὴ τούς τε ἡμετέρους λόγους, οὓς εἴπομεν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πάλιν οὓς τὸ μέγα ὄφελος τῆς πόλεως εἴρηκε, Δημοσθένης, ἵν' ἐφεξῆς καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς ἕκαστα τῶν κατηγορημένων ἀπολογήσωμαι. Ἐπαινῶ δ' εἰς ὑπερβολὴν πάντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ὅτι σιγῇ καὶ δικαίως ἡμῶν ἀκούετε· ὥστε ἐάν τι μὴ λύσω τῶν κατηγορημένων, οὐχ ὑμᾶς, ἀλλ' ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι.

25. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις ὑπὲρ τῆς πρεσβείας εἰρήκεσαν καὶ καθῆκεν εἰς ἡμᾶς ὁ λόγος, τὰ μὲν καθ' ἕκαστα τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοὺς πρὸς ταῦτα λεχθέντας ὑπὸ Φιλίππου λόγους ἐν τῷ δήμῳ σαφῶς ἀπήγγειλα πρὸς ἅπαντας Ἀθηναίους, νυνὶ δὲ πειράσομαι διὰ κεφαλαίων ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν. (26) Πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον τὴν πατρικὴν εὔνοιαν καὶ τὰς εὐεργεσίας ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε Ἀμύντᾳ τῷ Φιλίππου πατρί, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλ' ἐφεξῆς ἅπαντα ὑπομιμνήσκων, δεύτερον δὲ ὧν αὐτὸς ἦν μάρτυς εὖ παθών. Ἀμύντου μὲν γὰρ νεωστὶ τετελευτηκότος καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἀδελφῶν, Περδίκκου δὲ καὶ Φιλίππου παίδων ὄντων, Εὐρυδίκης δὲ τῆς μητρὸς αὐτῶν προδεδομένης ὑπὸ τῶν δοκούντων αὐτοῖς εἶναι φίλων, (27) Παυσανίου δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατιόντος, φυγάδος μὲν ὄντος, τῷ καιρῷ δ' ἰσχύοντος, πολλῶν δ' αὐτῷ συμπραττόντων, ἔχοντος δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν, εἰληφότος δὲ Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία, Μακεδόνων δὲ οὐχ ὁμονοούντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων τὰ Παυσανίου φρονούντων, ἐπὶ τῶν καιρῶν τούτων ἐχειροτόνησαν Ἀθηναῖοι στρατηγὸν ἐπ' Ἀμφίπολιν Ἰφικράτην, Ἀμφιπολιτῶν αὐτῶν ἐχόντων τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τότε καρπουμένων. (28) Ἀφικομένου δ' εἰς τοὺς τόπους Ἰφικράτους μετ' ὀλίγων τὸ πρῶτον νεῶν, ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον τῶν πραγμάτων ἢ πολιορκίᾳ τῆς πόλεως, ἐνταῦθ', ἔφην ἐγώ, μετεπέμψατο αὐτὸν Εὐρυδίκη ἡ μή-

essemus, ut natu maximi primi verba facerent, et reliqui pro ætate. Erat autem nostrûm natu minimus, ut aiebat, Demosthenes. Ut intro vocati sumus — hæc diligenter velim vos animadvertere. Hinc enim perspicietis hominis invidiam immensam, ingentem timiditatem simul et malitiam, et tales insidias contra ejusdem et mensæ et legationis socios, quales non facile quisquam vel contra inimicissimos compararet. Nam quum salem civitatis et mensam publicam maximi se facere dicat, non est ex nostro solo (dicetur enim) neque nostri generis. (23) Nos vero, qui sacra et monumenta majorum habemus in patria, et commercia atque familiaritates vobiscum liberales, et legitima connubia, et affines et liberos, Athenis quidem fuimus digni, quibus fides a vobis haberetur (alioquin enim nos non legassetis), in Macedoniam autem profecti, subito sumus facti proditores. Ipse vero, qui nullam partem corporis non venalem habet, ne eam quidem unde vocem emittit, quasi Aristides esset qui tributa Græcis ordinavit, et justus cognominatur, aversatur et despuit largitiones. (24) Audite igitur eas orationes, quas nos habuimus pro vobis ac vicissim eas, quas magnum reipublicæ munimentum Demosthenes recitavit, ut ordine ac pedetentim singula capita accusationis dissolvam. Laudo autem supra modum omnes vos, judices, quod cum silentio, et ut æquum est, nos auditis. Itaque si quod crimen non refellero, me ipsum, non vos culpabo.

25. Quum igitur natu majores pro legatione verba fecissent, ad nos pervenit series orationis. Ea porro singula quæ illic a me dicta sunt, et vicissim quæ a Philippo sunt responsa, pro concione perspicue renuntiavi apud universos Athenienses; nunc per capita duntaxat vobis in memoriam ea revocare conabor. (26) Primum apud eum commemoravi paternam benevolentiam, et beneficia quæ in Amyntam patrem Philippi contulissetis, nihil prætermittens, sed ordine omnia commemorans: et deinde merita, quorum ipse testis erat. Nam Amynta recens defuncto, et Alexandro fratrum natu maximo, Perdicca et Philippo pueris, Eurydice autem matre eorum ab iis quos amicos sibi esse putabat destituta, (27) et Pausania in imperium eorum invadente, qui quamvis exul, tamen propter tempora multum poterat, ut qui et multorum studia haberet, et Græcis copiis munitus esset, et Anthemuntem, Thermam, Strepsam et alia quædam oppida cepisset, Macedonibus non consentientibus, sed plerisque Pausaniæ faventibus: his igitur temporibus Athenienses Iphicratem ad Amphipolim misisse cum imperio, quum ipsi Amphipolitæ urbem tenerent et agri fructus perciperent. (28) Quum igitur in ea loca venisset Iphicrates, principio cum paucis navibus explorandarum rerum causa magis quam obsidendæ urbis, tum, inquam, eum accersivit mater tua Eurydice et (ut ii dicunt qui

τηρ ἡ σή, καὶ ὥς γε δὴ λέγουσιν οἱ παρόντες πάντες, 32 Περδίκκαν μὲν τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν καταστήσασα εἰς τὰς χεῖρας τὰς Ἰφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα, εἶπεν ὅτι « Ἀμύντας ὁ πατὴρ τῶν παίδων τούτων ὅτ' ἔζη υἱὸν ἐποιήσατό σε, τῇ δὲ Ἀθηναίων πόλει οἰκείως ἐχρήσατο, ὥστε συμβαίνει σοι καὶ ἰδίᾳ τῶν παίδων τούτων γεγενῆσθαι ἀδελφῷ καὶ δημοσίᾳ φίλῳ ἡμῖν εἶναι. » (29) Καὶ μετὰ ταῦτα ἤδη δέησιν ἰσχυρὰν ἐποιεῖτο καὶ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς καὶ ὅλως ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. Ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἰφικράτης ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας καὶ τὴν δυναστείαν ὑμῖν ἔσωσε. Καὶ μετὰ ταῦτα εἶπον περὶ Πτολεμαίου, ὃς ἦν ἐπίτροπος καθεστηκὼς τῶν πραγμάτων, ὡς ἀχάριστον καὶ δεινὸν ἔργον διεπράξατο, διδάσκων ὅτι πρῶτον μὲν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἀντέπραττε τῇ πόλει καὶ πρὸς Θηβαίους διαφερομένων Ἀθηναίων συμμαχίαν ἐποιήσατο, καὶ πάλιν ὡς Περδίκκας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει. (30) Καὶ τὴν ὑμετέραν ἠδικημένων ὅμως φιλανθρωπίαν διεξῄειν, λέγων ὅτι κρατοῦντες τῷ πολέμῳ Περδίκκαν Καλλισθένους ἡγουμένου ἀνοχὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιήσασθε, ἀεί τινος προσδοκῶντες τῶν δικαίων τεύξεσθαι. Καὶ τὴν διαβολὴν ταύτην ἐπειρώμην διαλύειν, διδάσκων ὅτι Καλλισθένην ὁ δῆμος ἀπέκτεινεν οὐ διὰ τὰς πρὸς Περδίκκαν ἀνοχάς, ἀλλὰ δι' ἑτέρας αἰτίας. Καὶ πάλιν οὐκ ὤκνουν κατ' αὐτοῦ λέγειν, ἐπιτιμῶν ὅτι τὴν ἐκδοχὴν ἐποιήσατο πρὸς τὴν πόλιν τοῦ πολέμου. (31) Καὶ πάντων ὧν εἴποιμι μάρτυρας τὰς ἐκείνων ἐπιστολὰς παρειχόμην καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τὰς Καλλισθένους ἀνοχάς. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς κτήσεως τῆς χώρας καὶ τῶν καλουμένων Ἐννέα ὁδῶν καὶ περὶ τῶν Θησέως παίδων, ὧν Ἀκάμας λέγεται φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην, τότε μὲν ἥρμοττε λέγειν καὶ ἐρρήθη ὡς ἐνεδέχετο ἀκριβέστατα, νυνὶ δὲ ἴσως ἀνάγκη συντέμνειν τοὺς λόγους· ἃ δὲ ἦν τῶν σημείων οὐκ ἐν τοῖς ἀρχαίοις μύθοις, ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν γεγενημένα, τούτων ἐπεμνήσθην. (32) Συμμαχίας γὰρ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων συνελθούσης, εἷς ὢν τούτων Ἀμύντας ὁ Φιλίππου πατὴρ καὶ πέμπων σύνεδρον καὶ τῆς καθ' αὑτὸν ψήφου κύριος ὢν ἐψηφίσατο Ἀμφίπολιν τὴν Ἀθηναίων συνεξαιρεῖν μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων Ἀθηναίοις. Καὶ τούτων τὸ κοινὸν δόγμα τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς ψηφισαμένους ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων μάρτυρας παρεσχόμην. (33) Ὧν δὲ Ἀμύντας ἀπέστη ὁ Φιλίππου πατὴρ ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων, οὐ μόνον λόγοις, ἀλλὰ καὶ ψήφῳ, τούτων, ἔφην ἐγώ, σὲ τὸν ἐξ ἐκείνου γεγενημένον οὐκ ἔστι δίκαιον ἀντιποιεῖσθαι. Εἰ δ' ἀντιποιῇ κατὰ πόλεμον λαβὼν εἰκότως ἔχειν, εἰ μὲν πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας δοριάλωτον τὴν πόλιν εἷλες, κυρίως ἔχεις τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ κτησάμενος· εἰ δ' Ἀμφιπολίτας ἀφείλου τὴν Ἀθηναίων πόλιν, οὐ τὰ ἐκείνων ἔχεις, ἀλλὰ τὴν Ἀθηναίων χώραν.

34. Ῥηθέντων δὲ τούτων καὶ ἑτέρων λόγων, ἤδη

affuerunt omnes) Perdicca fratre tuo in manus Iphicratis tradito, te autem, qui puer esses adhuc, in genua illius imposito, dixit: « Amyntas, pater horum puerorum, dum vixit, et te adoptavit, et urbe Atheniensium familiariter usus est; unde fit ut et privatim horum puerorum sis frater, et publice nobis amicus. » (29) His dictis, vehementer eum obtestata est, tum pro vobis, tum pro se, tum pro regno, denique pro incolumitate. Quibus Iphicrates auditis Pausaniam Macedonia expulit, et vobis imperium conservavit. Post hæc locutus sum de Ptolemæo, cujus auctoritati summa rerum commissa fuerat, quam is ingrate et improbe se gessisset, docens primum, eum de Amphipoli adversatum fuisse nostræ urbi, et cum Thebanis, Atheniensium hostibus, fœdus icisse. Ac rursus, ut Perdiccas suscepto regno, de Amphipoli bellum gessisset cum nostra urbe, (30) et vestram quanquam injuriis affectorum humanitatem narrans, commemorabam, ut quamvis Perdicca bello superiores, Callisthene Atheniensium duce, inducias tamen cum eo fecissetis, subinde sperantes, vos tandem æqui aliquid impetraturos. Et calumniam illam refellere studebam, docens, Callisthenem a populo non propter inducias fuisse interfectum cum Perdicca factas, sed ob alias causas. Ac rursus contra ipsum Philippum dicere non dubitabam, increpans quod belli contra urbem nostram gerendi successor exstitisset. (31) Atque omnium eorum quæ referebam, testes proferebam literas illorum, et plebiscita, et Callisthenis inducias. Ac de prima regionis illius acquisitione et Novemviarum quæ vocabantur, et de Thesei filiis, quorum Acamas doti accepisse fertur eam provinciam, hæc et tunc dici conveniebat, et dicta sunt quam fieri potuit accuratissime, nunc autem fortassis opus est verba conferre in compendium. Quæ vero signa non in antiquis fabulis posita erant, sed nostra ætate facta, eorum mentionem faciam. (32) Referebam ut, congressa Lacedæmoniorum ceterorumque Græcorum societate, eorum unus Amyntas, pater Philippi, misso assessore, suique suffragii libero arbitrio præditus, decrevisset, Amphipolim, Atheniensium urbem, esse Atheniensibus reliquorum Græcorum auxiliis expugnandam et restituendam. Et hoc commune Græcorum decretum, eosque qui decrevissent, e publicis monumentis testata proferebam. (33) Jam quibus rebus Amyntas, tuus pater, coram Græcis omnibus cessit, non oratione dumtaxat, sed etiam suffragio, eas, aiebam, te ex illo natum tibi vindicare, non est æquum. Sin ut bello captam, jure te habere censes, si quidem bello adversus nos gesto nobis vi eripuisses urbem, sine controversia teneres eam, quippe jure belli partam: sed si Amphipolitis urbem Atheniensium eripuisti, non ea quæ illorum fuerunt, habes, sed regionem Atheniensium.

34. His et aliis orationibus habitis, legationis vices jam

καθῆκεν εἰς Δημοσθένην τὸ τῆς πρεσβείας μέρος, καὶ πάντες προσεῖχον ὡς ὑπερβολάς τινας δυνάμεως ἀκουσόμενοι λόγων· καὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον, ὡς ἦν ὕστερον ἀκούειν, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ ἐξηγγέλθη ἡ τῶν ἐπαγγελιῶν ὑπερβολή. Οὕτω δὲ ἁπάντων διακειμένων πρὸς τὴν ἀκρόασιν, φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιον σκοτεινόν τι καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν προαγαγὼν ἄνω τῶν πραγμάτων ἐξαίφνης ἐσίγησε καὶ διηπορήθη, τελευτῶν δὲ ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου. (35) Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Φίλιππος ὡς διέκειτο, θαρρεῖν τε παρεκελεύετο καὶ μὴ νομίζειν, ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις, διὰ τοῦτο οἴεσθαί τι πεπονθέναι, ἀλλ' ἡσυχῇ καὶ κατὰ μικρὸν ἀναμιμνήσκεσθαι καὶ λέγειν ὡς προείλετο. Ὁ δ' ὡς ἅπαξ ἐταράχθη καὶ τῶν γεγραμμένων διεσφάλη, οὐδ' ἀναλαβεῖν αὑτὸν ἠδυνήθη, ἀλλὰ καὶ πάλιν λέγειν ἐπιχειρήσας ταὐτὸν ἔπαθεν. Ὡς δ' ἦν σιωπή, μεταστῆναι ἡμᾶς ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν.

36. Ἐπειδὴ δ' ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐγενόμεθα, σφόδρα πάνυ σκυθρωπάσας ὁ χρηστὸς οὗτος Δημοσθένης ἀπολωλεκέναι με ἔφη τὴν πόλιν καὶ τοὺς συμμάχους. Ἐκπλαγέντος δὲ οὐκ ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ καὶ τῶν συμπρέσβεων ἁπάντων, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένων δι' ἣν ταῦτ' εἶπεν, ἤρετό με εἰ τῶν Ἀθήνησι πραγμάτων ἐπιλέλησμαι, καὶ τὸν δῆμον καταπεπονημένον καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦντα τῆς εἰρήνης εἰ μὴ μέμνημαι. (37) « Ἦ μέγα φρονεῖς » ἔφη « ἐπὶ ταῖς ἐψηφισμέναις μὲν πεντήκοντα ναυσίν, οὐδέποτε δὲ πληρωθησομέναις; οὕτω γὰρ ἠρέθικας Φίλιππον καὶ τοιαῦτα εἴρηκας, ἐξ ὧν οὐκ εἰρήνη γένοιτ' ἂν ἐκ πολέμου, ἀλλ' ἐξ εἰρήνης πόλεμος ἀκήρυκτος. » Ἀρχομένου δέ μου πρὸς ταῦτα ἀντιλέγειν, ἐκάλουν ἡμᾶς οἱ ὑπηρέται οἱ τοῦ Φιλίππου. (38) Ὡς δ' ἤλθομεν καὶ ἐκαθεζόμεθα, ἐξ ἀρχῆς πρὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐνεχείρει τι λέγειν ὁ Φίλιππος, πλείστην δὲ εἰκότως ἐποιήσατο διατριβὴν πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους (ἴσως γὰρ οὐδὲν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν, ὥς γε οἶμαι, παρέλιπον) καὶ πολλάκις μου τοὔνομα ἐν τοῖς λόγοις ὠνόμαζε· πρὸς δὲ Δημοσθένην τὸν οὕτω καταγελάστως ἀπαλλάξαντα οὐδ' ὑπὲρ ἑνὸς οἶμαι διελέχθη. (39) Τοῦτο δὲ ἦν ἄρα ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ. Ἐπειδὴ δὲ κατέστρεψεν εἰς φιλανθρωπίαν τοὺς λόγους Φίλιππος, καὶ τὸ συκοφάντημα ὃ προειρήκει κατ' ἐμοῦ πρὸς τοὺς συμπρέσβεις οὗτος, ὡς ἐσομένου πολέμου καὶ διαφορᾶς αἰτίου, διέπιπτεν αὐτῷ, ἐνταῦθα ἤδη καὶ παντελῶς ἐξιστάμενος αὑτοῦ καταφανὴς ἦν, ὥστε καὶ κληθέντων ἡμῶν ἐπὶ ξένια δεινῶς ἀσχημονεῖν.

40. Ἀφορμώντων δ' ἡμῶν οἴκαδε ἐκ τῆς πρεσβείας, ἐξαίφνης κατὰ τὴν ὁδὸν παραδόξως καὶ φιλανθρώπως πρὸς ἕκαστον διελέγετο. Ὅ τι μὲν οὖν ἦν ποθ' ὁ κέρκωψ ἢ τὸ καλούμενον παιπάλημα ἢ τὸ παλίμβολον ἢ τὰ τοιαῦτα ῥήματα, οὐκ ᾔδειν πρότερον· νῦν δ' ἐξηγητὴν τοῦτον λαβὼν τῆς ἁπάσης κακοηθείας μεμάθηκα. (41) Διαλαμβάνων γὰρ ἕκαστον ἡμῶν ἐν μέρει τῷ μὲν ἔρανον συστήσειν ἐπηγγέλλετο καὶ βοηθήσειν τοῖς ἰδίοις, τὸν δὲ εἰς στρατηγίαν καταστήσειν· ἐμοὶ δὲ πα-

Demosthenis erant : atque omnes intenti ora tenebant, ut invictam excellentis eloquentiæ vim audituri. Nam et ipsi Philippo — ut post audire licuit, — et amicis ejus enuntiata fuerat pollicitationum ejus magnitudo. Sic autem affectis omnibus ad auscultationem, sonat bellua ista exordium tenebricosum et præ metu exanime, et quum in rerum commemoratione paullum altius processisset, subito obticuit, inops consilii : tandem excidit oratione. (35) Philippus autem quum vidisset ut affectus esset, eum et bono animo esse jussit, et non existimare, ut in theatris, sic sibi propterea mali aliquid accidisse; sed per otium ac paulatim redire in memoriam, et pro suo instituto verba facere. At iste ut semel fuerat conturbatus, et a scriptis aberrarat, ad sese redire non potuit, sed et rursus dicere aggresso idem accidit. Ut autem silentium erat, secedere nos præco jussit.

36. Deinde quum nos legati soli essemus, bonus iste Demosthenes vultu admodum tetrico, perdidisse me urbem et socios aiebat. Perculso autem non me tantum, sed et ceteris legatis omnibus, ac causam sciscitantibus, cur id dixisset, me rogabat, an oblitus essem, ut se res Athenis haberent, et ut populus esset defatigatus, et quantopere pacem expeteret, non meminissem. (37) « An vero animos, inquit, tibi faciunt L triremes, decretæ illæ quidem, sed nunquam complendæ? Sic enim irritasti Philippum, et ea fecisti verba, unde non bellum in pacem mutetur, sed pax in bellum infestissimum. » Incipiente autem me hæc refutare, accersebant nos ministri Philippi. (38) Ut venimus, et denuo consedimus, Philippus ad singula quæ dicta fuerant, respondere aliquid parabat, neque vero mirum fuit, eum in mea oratione diutissime fuisse immoratum — fortassis enim nihil quod dici poterat, ut arbitror, prætermiseram —, et sæpe nominatim me compellavit, contra Demosthenem autem, qui tam ridicule discesserat, ne ulla quidem de re disseruit scilicet. (39) Quæ summa isti crux et molestia fuit. Ut autem Philippi oratio tandem in fine ad humanitatem conversa est, et iste calumniam, qua me prius apud collegas onerarat, quasi belli et dissidii auctor futurus essem, amiserat, ibi vero palam apparebat eum nec animi jam esse compotem; adeo ut ad hospitium nobis invitatis, ineptissime se gereret.

40. Quum autem a legatione jam nos ad reditum pararemus, subito in itinere, præter opinionem nostram, humaniter cum singulis colloquebatur. Quid igitur esset Cercops, aut Vertumnus, aut Chamæleo, aut si quid aliud est ejusmodi nominum, prius ignorabam : nunc istum totius malitiæ nactus interpretem, didici. (41) Nam unoquoque nostrûm seducto, alii collectam se constituturum pollicebatur et de suo laturum esse opem, alium ad imperium evectu-

ρακολουθῶν, καὶ τὴν φύσιν μακαρίζων καὶ τοὺς λόγους οὓς εἶπον ἐγκωμιάζων, πολὺς ἦν τοῖς ἐπαίνοις καὶ ἐπαχθής. Συνδειπνούντων δ' ἡμῶν ἁπάντων ἐν Λαρίσσῃ, εἰς αὑτὸν μὲν ἔσκωπτε καὶ τὴν ἀπορίαν τὴν ἐν τῷ λόγῳ συμβᾶσαν ἑαυτῷ, τὸν δὲ Φίλιππον τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων ἔφη πάντων εἶναι δεινότατον. (42) Συναποφηναμένου δὲ κἀμοῦ τι τοιοῦτον, ὡς καὶ μνημονικῶς εἴποι πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν ῥηθέντα, Κτησιφῶντος δὲ, ὅσπερ ἦν ἡμῶν πρεσβύτατος, ὑπερβολήν τινα ἑαυτοῦ παλαιότητος καὶ πλήθους ἐτῶν εἰπόντος, καὶ προσθέντος ὡς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ βίῳ οὐ πώποθ' οὕτως ἡδὺν οὐδ' ἐπαφρόδιτον ἄνθρωπον ἑωρακὼς εἴη, (43) ἀνακροτήσας ὁ Σίσυφος ὅδε τὰς χεῖρας « Ταῦτα μέντοι » ἔφη « ὦ Κτησιφῶν, οὔτ' ἂν σὺ πρὸς τὸν δῆμον εἴποις, οὔτ' ἂν οὗτος » ἐμὲ δὴ λέγων « τολμήσειεν εἰπεῖν πρὸς Ἀθηναίους ὡς ἦν Φίλιππος δεινὸς εἰπεῖν καὶ μνημονικός. » Ἀναισθήτως δὲ ἡμῶν ἐχόντων καὶ τὴν ἐπιβουλὴν οὐ προορωμένων ἣν αὐτίκα ἀκούσεσθε, εἰς συνθήκην τινὰ ἡμᾶς κατέκλεισεν ὑπὲρ τοῦ ταῦτ' ἐρεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐμοῦ δὲ καὶ δέησιν ἰσχυρὰν ἐδεήθη μὴ παραλιπεῖν, ἀλλ' εἰπεῖν ὡς ὑπὲρ Ἀμφιπόλεώς τι καὶ Δημοσθένης εἴποι.

44. Μέχρι μὲν οὖν τούτων οἱ συμπρέσβεις εἰσί μοι μάρτυρες, οὓς προπηλακίζων οὗτος καὶ διαβάλλων ἐν τῇ κατηγορίᾳ διατετέλεκε· τῶν δ' ἐπὶ τοῦ βήματος παρ' ὑμῖν λόγων ὑμεῖς ἀκηκόατε, ὥστε οὐκ ἐνέσται μοι
34 ψεύδεσθαι. Δέομαι δὲ ὑμῶν προσεπιπονῆσαι ἀκούοντας καὶ τὴν λοιπὴν διήγησιν. Ὅτι μὲν γὰρ ἕκαστος ὑμῶν ποθεῖ τὰ περὶ Κερσοβλέπτην ἀκούειν καὶ τὰς περὶ Φωκέων αἰτίας, σαφῶς οἶδα, καὶ πρὸς ταῦτα σπεύδω, ἀλλ' ἐὰν μὴ τὰ πρὸ τούτων ἀκούσητε, οὐδ' ἐκείνοις ὁμοίως παρακολουθήσετε· ἐὰν δ' ἐμοὶ τῷ κινδυνεύοντι εἰπεῖν δῶτε ὡς βούλομαι, καὶ σῶσαί με, εἰ μηδὲν ἀδικῶ, δυνήσεσθε, ἱκανὰς εἰληφότες ἀφορμάς, καὶ θεάσασθαι ἐκ τῶν ὁμολογουμένων καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα.

45. Ὡς γὰρ δεῦρ' ἤλθομεν καὶ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπὶ κεφαλαίων τὴν πρεσβείαν ἀπηγγείλαμεν καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδομεν τὴν παρὰ Φιλίππου, ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τοὺς βουλεύοντας, καὶ τὴν Ἑστίαν ἐπώμοσε τὴν βουλαίαν συγχαίρειν τῇ πόλει ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξέπεμψεν, οἳ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῇ πίστει ἦσαν ἄξιοι τῆς πόλεως. (46) Ὑπὲρ ἐμοῦ δὲ εἶπέ τι τοιοῦτον, ὡς οὐ ψευσαίμην τὰς τῶν ἑλομένων με ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐλπίδας. Τέλος δὲ πάντων ἔγραψεν ἡμᾶς στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆμον καὶ καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον. Ὅτι δ' οὐδὲν ψεῦδος εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, λαβέτω μοι τὸ ψήφισμα ὁ γραμματεὺς καὶ τὰς τῶν συμπρέσβεων μαρτυρίας ἀναγνώτω.

ΨΗΦΙΣΜΑ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

47. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπηγγέλλομεν τὴν πρεσβείαν ἐν τῷ δήμῳ, εἶπε παρελθὼν πρῶτος ἡμῶν διὰ τὴν ἡλι-

rum; me vero assectans, et ingenii mei felicitatem prædicans, atque habitam orationem celebrans, multus erat me laudando et molestus. Quum autem nos omnes Larissæ concœnaremus, se ipsum ludebat, ac dicendi qua usus erat inopiam : Philippum autem eorum qui sub sole essent eloquentissimum esse asserebat. (42) Ut autem et ego tale aliquid pronuntiaram, quam memoriter nostris orationibus respondisset, et quum Ctesipho, qui nostrûm erat natu maximus, insignem senectutem suam et annorum multitudinem narrasset, atque adjecisset se tanto temporis spatio nullum hominem adeo suavem et festivum vidisse, (43) Sisyphus iste cum plausu manuum, « Hæc quidem, inquit, Ctesipho, neque tu, neque iste — me autem dicebat — ad populum dicere audebit, fuisse Philippum eloquentem, et memoria valuisse. » Nos autem qui illa non intelligeremus, neque insidias prospiceremus, quas statim audietis, pactione quadam conclusit, ut apud vos hæc diceremus; me vehementer etiam obtestatus est, ne prætermitterem quin dicerem, etiam Demosthenem aliquid dixisse de Amphipoli.

44. Hactenus igitur testes mihi sunt legationis collegæ, quos per totam orationem exagitare non destitit : orationes autem, quæ pro suggestu apud vos habitæ sunt, ipsi audivistis. Quare mihi mentiri non licebit. Oro autem vos, ut id laboris capiatis, ut et reliquam audiatis narrationem. Nam quemque vestrûm de Cersobiepte et Phocensi crimine audire cupere, satis scio, et ad illa festino. Verum nisi ea quæ antecedunt audiveritis, illa etiam minus percipietis : sin periclitanti mihi arbitratu meo dicendi potestatem dederitis, et conservare me, si innocens sum, poteritis satis edocti, et ex iis quæ in confesso sunt etiam controversa perspicietis.

45. Ut enim huc reversi, apud senatum capita legationis exposuimus, et literas Philippi reddidimus, laudator noster fuit Demosthenes apud senatores, et per aram curialem juravit, se gratulari civitati, quæ tales legatos misisset, qui et eloquentia et fide se republica dignos præbuissent : (46) de me autem hujusmodi quippiam dixit, me spem eorum, qui me legatum creassent, non fefellisse. Postremo omnium scripsit, nostrûm unumquemque sacræ oleæ corona ornandum esse, ob benevolentiam erga populum, et ad cœnam in curiam in crastinum invitandum. Ut autem constet me nihil falsi dixisse apud vos, capiat scriba decretum, et collegarum testimonia recitet.

DECRETUM. TESTIMONIA.

47. Postquam igitur legationis acta apud populum exposuimus, Ctesipho primus inter nos, propter ætatem,

κίαν Κτησιφῶν ἄλλους τέ τινας λόγους καὶ τοὺς πρὸς Δημοσθένην αὐτῷ συγκειμένους ὑμῖν ἐρεῖν, περί τε τῆς ἐντεύξεως τῆς Φιλίππου καὶ τῆς ἰδέας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐν τοῖς πότοις ἐπιδεξιότητος. Καὶ μετὰ τοῦτον Φιλοκράτους εἰπόντος μικρὰ καὶ Δερκύλου παρῆλθον ἐγώ. (48) Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἄλλην διεξῆλθον πρεσβείαν, ἀπήντησα καὶ πρὸς τὸν λόγον ὃν ἐν τοῖς συμπρέσβεσι διωμολογησάμην, εἰπὼν ὅτι καὶ μνημονικῶς καὶ δυνατῶς ὁ Φίλιππος εἴποι· καὶ τὴν δέησιν οὐκ ἐπελαθόμην τὴν Δημοσθένους, ὅτι ταχθείη λέγειν, ἐάν τι παραλίπωμεν ἡμεῖς, ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως. (49) Ἐφ' ἅπασι δ' ἡμῖν ἀνίσταται τελευταῖος Δημοσθένης, καὶ τερατευσάμενος ὥσπερ εἴωθε τῷ σχήματι καὶ τρίψας τὴν κεφαλήν, ὁρῶν ἐπισημαινόμενον τὸν δῆμον καὶ δεδεγμένον τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους, ἀμφοτέρων ἔφη θαυμάζειν, καὶ τῶν ἀκουόντων καὶ τῶν πρεσβευσάντων, ὅταν παρέντες τὸν χρόνον, οἱ μὲν τὸν τοῦ βουλεύσασθαι, οἱ δὲ τὸν τοῦ συμβουλεύειν, ἀποδιατρίβωσι τὴν ὑπερόριον λαλιὰν ἀγαπῶντες ἐν τοῖς οἰκείοις πράγμασιν· οὐδὲν γὰρ εἶναι ῥᾷον ἢ πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι. (50) « Βούλομαι δ' ὑμῖν » ἔφη « καὶ ἐπιδεῖξαι ὡς δεῖ τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι· » ἅμα δ' ἐκέλευεν ἀναγνωσθῆναι τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου· ἀναγνωσθέντος δὲ εἶπεν ὅτι « κατὰ τοῦτο ἐξεπέμφθημεν, καὶ ταῦτα ἐπράττομεν ἃ ἐνταυθοῖ γέγραπται. Λαβὲ δή μοι καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἣν ἥκομεν παρὰ Φιλίππου φέροντες. » Ἐπειδὴ δὲ ἀνεγνώσθη, « Ἀπέχετε » ἔφη « τὴν ἀπόκρισιν, καὶ λοιπὸν ὑμῖν ἐστι βουλεύσασθαι. » (51) Θορυβησάντων δ' ἐπ' αὐτῷ τῶν μὲν ὡς δεινός τις εἴη καὶ σύντομος, τῶν δὲ πλειόνων ὡς πονηρὸς καὶ φθονερός, « Καὶ σκέψασθε δέ » ἔφη « ὡς συντόμως καὶ τἄλλα πάντα ἀπαγγελῶ. Ἐδόκει δεινὸς εἶναι λέγειν Αἰσχίνῃ Φίλιππος, ἀλλ' οὐκ ἐμοί· ἀλλ' εἴ τις αὐτοῦ τὴν τύχην περιελὼν ἑτέρῳ περιθείη, οὐκ ἂν πολύ τι καταδεὴς εἴη. (52) Ἐδόκει Κτησιφῶντι τὴν ὄψιν λαμπρὸς εἶναι· ἐμοὶ δ' οὐ χείρων Ἀριστόδημος ὁ ὑποκριτής » (ὃς παρῆν ἡμῖν καὶ συνεπρέσβευε). « Μνημονικόν τις αὐτόν φησιν εἶναι· καὶ γὰρ ἕτεροι. Συμπιεῖν δεινὸς ἦν· Φιλοκράτης ὁ μεθ' ἡμῶν δεινότερος. Λόγον τίς φησιν ἐμοὶ καταλιπεῖν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως· ἀλλ' οὔτ' ἂν ὑμῖν ὁ ῥήτωρ οὗτος οὔτ' ἂν ἐμοὶ λόγου μεταδοίη. (53) Ταῦτα μὲν οὖν λῆρός ἐστιν, » ἔφη· « ἐγὼ δὲ ψήφισμα γράψω καὶ τῷ κήρυκι σπείσασθαι τῷ παρὰ Φιλίππου ἥκοντι καὶ τοῖς μέλλουσι παρ' αὐτοῦ δεῦρο ἰέναι πρέσβεσι, καὶ τοὺς πρυτάνεις, ἐπειδὰν ἥκωσιν οἱ πρέσβεις, ἐκκλησίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιεῖν μὴ μόνον ὑπὲρ εἰρήνης, ἀλλὰ καὶ περὶ συμμαχίας· καὶ τοὺς πρέσβεις ἡμᾶς, εἰ δοκοῦμεν ἄξιοι εἶναι, ἐπαινέσαι καὶ καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον. » (54) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὰ ψηφίσματα, ἵνα εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες, καὶ τὴν ἀνωμαλίαν αὐτοῦ καὶ τὸν φθόνον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μετὰ Φιλοκράτους κοινωνίαν καὶ τὸ ἦθος, ὡς ἐπίβουλον καὶ ἄπιστον. Κάλει δέ μοι καὶ τοὺς συμπρέσβεις, καὶ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἀνάγνωθι καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ τοῦ Δημοσθένους.

quum alia dixit, tum ea quæ dicturos esse nos cum Demosthene pepigeramus, de affabilitate Philippi, et forma ejus, et dexteritate in compotationibus. Post hunc, quum Philocrates et Dercyllus pauca dixissent, ego prodii. (48) Recitatis autem ceteris legationis actis, ad eam etiam commemorationem, quæ cum collegis mihi convenerat, quum accessissem, dixi Philippum memoriter et eloquenter respondisse. Neque oblitus precum Demosthenis adjeci, ei partes dicendi de Amphipoli attributas fuisse, si quid nos prætermisissemus. (49) Post omnes nos postremus surgit Demosthenes, et vultu, ut solet, præstigiis factis, atque capite perfricto, quum populum videret gestu dare signum, et meam approbasse orationem, utrosque se mirari dixit, tum qui audirent, tum qui legationem obiissent, quod omisso tempore illi deliberandi, hi in medium consulendi, moram facerent, nugis peregrinis contenti in rebus domesticis; nihil enim esse facilius, quam legationem recensere. (50) « Demonstrabo autem, inquit, vobis, quæ ratio hujus rei esse debeat », ac simul recitari jussit plebiscitum. Quo recitato, dixit, « Nos ex hoc ablegati sumus, et quæ hic scripta sunt, ea egimus. Cape ergo etiam literas, quas a Philippo afferimus. » Quibus lectis, « Habetis, inquit, responsum, restat ut deliberetis. » (51) Excitato autem tumultu, ab aliis, quod brevis et acutus, a pluribus, quod improbus atque invidus videretur, « Videte porro, inquit, quanto compendio et cetera omnia sim renuntiaturus. Visus est memoria valere, et eloquentia Philippus Æschini. Mihi vero non item. Nam si quis fortunam ei ademptam alteri tribueret, is non multo esset illo inferior. (52) Visus est Ctesiphonti splendido esse vultu. Mihi vero illo non deterior Aristodemus histrio, qui nostræ legationi interfuit. Memoria eum pollere, ait aliquis. Sunt et alii. Egregius compotor fuit? At Philocrates, qui nobiscum fuit, longe illum superat. Dicendi de Amphipoli se mihi reliquisse locum ait aliquis. At nec vobis orator iste dicendi locum daret, nec mihi. (53) Verum istæ nugæ sunt, inquit, ego vero decretum scribam, et cum caduceatore a Philippo misso inducias faciam, et cum mittendis huc legatis : curiones porro jubebo, ubi legati venerint, eis bidui concionem convocare, qua deliberetur, non de pace tantum, sed etiam de societate, et nos legatos, si digni videmur, laudare, et vocare ad cœnam in curiam in crastinum. » (54) Ut autem me vera dicere constet, cape decreta : ut videatis inconstantiam ejus, et malignitatem, et actionum cum Philocrate societatem, et mores insidiosos ac perfidos. Voca ergo mihi legatos, eorumque testimonia recita, et decreta Demosthenis.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

55. Οὐ τοίνυν μόνον ταῦτα ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ βουλῇ θέαν εἰς τὰ Διονύσια κατανεῖμαι τοῖς πρέσβεσιν, ἐπειδὰν ἥκωσι, τοῖς Φιλίππου. Λέγε καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὴν τῶν συμπρέσβεων μαρτυρίαν, ἵν' εἰδῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι Δημοσθένης οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰπεῖν δύναται, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς συσσίτους καὶ ὁμοσπόνδους μελετᾷ.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

56. Τὴν μὲν τοίνυν κοινωνίαν τῶν περὶ τῆς εἰρήνης πράξεων οὐκ ἐμὴν καὶ Φιλοκράτους, ἀλλὰ Δημοσθένους καὶ Φιλοκράτους εὑρίσκετε, καὶ τὰς πίστεις τῶν εἰρημένων ἱκανὰς ὑμῖν οἶμαι παρεσχῆσθαι. Τῶν μὲν γὰρ ἀπηγγελμένων ὑμεῖς ἐστέ μοι μάρτυρες, τῶν δ' ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων καὶ τῶν κατὰ τὴν πορείαν ἡμῖν συμβάντων τοὺς συμπρέσβεις ὑμῖν μάρτυρας παρεσχόμην. Τῆς δὲ ὑπὸ Δημοσθένους ἀρτίως εἰρημένης κατηγορίας ἠκούσατε καὶ μέμνησθε, ἧς τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο ἀπὸ τῆς δημηγορίας ἣν εἶπον ἐγὼ περὶ τῆς εἰρήνης. (57) Πάντα δὲ ἐν τῷ μέρει τούτῳ τῆς κατηγορίας ἐψευσμένος ἐπὶ τῷ καιρῷ τούτῳ δεινῶς ἐσχετλίασε. Τοὺς γὰρ λόγους τούτους ἐναντίον φησὶ τῶν πρέσβεων λέγεσθαι, οὓς ἔπεμψαν πρὸς ὑμᾶς οἱ Ἕλληνες μεταπεμφθέντας ὑπὸ τοῦ δήμου, ἵνα κοινῇ καὶ πολεμοῖεν, εἰ δέοι, Φιλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων, καὶ τῆς εἰρήνης, εἰ τοῦτο εἶναι δοκοίη συμφέρον, μετέχοιεν. Σκέψασθε δὴ πράγματος μεγάλην κλοπὴν καὶ δεινὴν ἀναισχυντίαν ἀνθρώπου. (58) Τῶν γὰρ πρέσβεων οὓς ἐξεπέμψατε εἰς τὴν Ἑλλάδα ἔτι τοῦ πολέμου πρὸς Φίλιππον ὑμῖν ἐνεστηκότος, οἱ μὲν χρόνοι τῆς αἱρέσεως ὅτε ἐξεπέμφθησαν καὶ τὰ τῶν πρεσβευσάντων ὀνόματα ἐν τοῖς δημοσίοις ἀναγέγραπται γράμμασι, τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἐστιν οὐκ ἐν Μακεδονίᾳ, ἀλλ' Ἀθήνησι· ταῖς δὲ ξενικαῖς πρεσβείαις ἡ βουλὴ τὰς εἰς τὸν δῆμον προσόδους προβουλεύει· οὗτος δέ φησιν ἐφεστάναι τὰς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείας. (59) Παρελθὼν τοίνυν, Δημόσθενες, ἐπὶ τὸ βῆμα τοῦτο ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ εἰπὲ πόλεως ἧστινος βούλει Ἑλληνίδος τοὔνομα, ἐξ ἧς ἀφῖχθαι τότε φῂς τοὺς πρέσβεις· καὶ τὰ προβουλεύματα αὐτῶν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου δὸς ἀναγνῶναι, καὶ τοὺς Ἀθηναίων κάλει πρέσβεις, οὓς ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὰς πόλεις, μάρτυρας. Κἂν παρεῖναι καὶ μὴ ἀποδημεῖν, ὅτε ἡ πόλις τὴν εἰρήνην ἐποιεῖτο, μαρτυρήσωσιν, ἢ τὰς πρὸς τὴν βουλὴν αὐτῶν προσόδους καὶ τὰ ψηφίσματα ἂν παράσχῃ ἐν ᾧ σὺ φῂς ὄντα χρόνῳ, καταβαίνω καὶ θανάτου τιμῶμαι.

60. Ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὸ τῶν συμμάχων δόγμα, τί λέγει, ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται, ἐπειδὴ βουλεύεται

DECRETA.

55. Neque vero hæc dumtaxat scripsit, sed post etiam in senatu dixit, spectandi locum Bacchanalibus assignandum esse Philippi legatis, ubi venerint. Recita etiam hoc decretum.

DECRETUM.

Recita etiam legatorum testimonium, ut videatis, Athenienses, Demosthenem non posse verba facere pro republica, sed declamitare contra sodales convivii et libaminum.

TESTIMONIUM.

56. Communionem igitur pacificationis non meam et Philocratis, sed Demosthenis et Philocratis fuisse reperietis : et argumenta eorum quæ dixi me fide digna reor attulisse. Nam eorum quæ renuntiavi, vos mihi testes estis; quæ in Macedonia dicta sunt, atque in itinere nobis acciderunt, collegarum testimonio vobis demonstravi; accusationem autem modo a Demosthene allatam audistis, et meministis, cujus initium sumpsit a concione, quam de pace habui. (57) Quum autem in ea parte accusationis ementitus fuerit omnia, in eo articulo prorsus se sceleratum gessit. Ea enim verba coram legatis ait esse facta, quos Græci ad vos misissent, a populo accersiti, ut communiter et bellum gererent contra Philippum, si esset opus, cum Atheniensibus; et pacis, si id expedire videretur, essent participes. Considerate igitur, quantam rem homo surripuerit, quantaque sit impudentia. (58) Nam eo tempore legati creati sunt quos in Græciam ablegastis, quo bellum vobis adhuc cum Philippo intercedebat; ac tempora, quibus designabantur, et legatorum nomina quidem in publica relata sunt monimenta, eorum autem corpora non sunt in Macedonia, sed Athenis; et senatus de adducendis ad populum peregrinis legationibus decernit. Iste autem ait, affuisse Græcanicas legationes. (59) Igitur conscenso hoc suggesto, Demosthenes, dum meæ sunt dicendi partes, cujusvis Græcanicæ urbis nomen profer, ex qua tum legatos advenisse dicis, de iisque senatusconsulta e curia dato legenda, et Atheniensium legatos citato testes, quos populus ablegavit ad invitandas civitates : qui si se affuisse, non autem peregre abfuisse testificati fuerint, si accessum eorum ad senatum et decreta exhibueris, eo facta tempore, quo tu ais : descendo, et capitis ipse me condemno.

60. Lege et sociorum decretum, quid in eo dicatur. In quo aperte scriptum est : quum deliberet populus Athenien-

ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς Φίλιππον, οἱ δὲ πρέσβεις οὔπω πάρεισιν οὓς ἐξέπεμψεν ὁ δῆμος εἰς τὴν Ἑλλάδα παρακαλῶν τὰς πόλεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων, δεδόχθαι τοῖς συμμάχοις, ἐπειδὰν ἐπιδημήσωσιν οἱ πρέσβεις καὶ τὰς πρεσβείας ἀπαγγείλωσιν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς συμμάχοις, προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τὸν νόμον, ἐν δὲ ταύταις βουλεύσασθαι περὶ τῆς εἰρήνης Ἀθηναίους· ὅ τι
36 δ' ἂν βουλεύσηται ὁ δῆμος, τοῦτ' εἶναι κοινὸν δόγμα τῶν συμμάχων. Ἀνάγνωθι δή μοι τὸ τῶν συνέδρων δόγμα.

ΔΟΓΜΑ ΣΥΝΕΔΡΩΝ.

61. Παρανάγνωθι δή μοι καὶ τὸ τοῦ Δημοσθένους ψήφισμα, ἐν ᾧ κελεύει τοὺς πρυτάνεις μετὰ τὰ Διονύσια τὰ ἐν ἄστει καὶ τὴν ἐν Διονύσου ἐκκλησίαν προγράψαι δύο ἐκκλησίας, τὴν μὲν τῇ ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα, τὴν δὲ τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα, ὁρίζων τὸν χρόνον καὶ προϋφαιρῶν τὰς ἐκκλησίας πρὶν ἐπιδημῆσαι τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρέσβεις. Καὶ τὸ μὲν τῶν συμμάχων δόγμα κελεύει, ᾧ συνειπεῖν καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης μόνον ὑμᾶς βουλεύσασθαι, Δημοσθένης δὲ καὶ περὶ συμμαχίας κελεύει. Λέγε δὲ αὐτοῖς τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

62. Τῶν μὲν ψηφισμάτων ἀμφοτέρων ἠκούσατε, ὦ Ἀθηναῖοι· ὑφ' ὧν ἐξελέγχεται Δημοσθένης τὰς ἀποδημούσας πρεσβείας ἐπιδημεῖν φάσκων, καὶ βουλομένων ὑμῶν ἀκροάσασθαι τὸ τῶν συμμάχων ἄκυρον πεποιηκὼς δόγμα. Οἱ μὲν γὰρ ἀπεφήναντο ἀναμεῖναι τὴν πόλιν τὰς Ἑλληνικὰς πρεσβείας, Δημοσθένης δὲ οὐ λόγῳ μόνον κεκώλυκε περιμεῖναι, ὁ πάντων αἴσχιστα καὶ τάχιστα μετατιθέμενος, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ψηφίσματι, προστάξας ἤδη βεβουλεῦσθαι.

63. Εἴρηκε δὲ ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν δημηγορήσαντος Φιλοκράτους ὕστερον ἀναβὰς ἐγὼ κατεμεμψάμην ἣν εἰσηγεῖτο ἐκεῖνος εἰρήνην, αἰσχρὰν καὶ τῆς πόλεως ἀναξίαν εἶναι φάσκων, τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν ἡμέρᾳ ὡς συναγορεύοιμι τῷ Φιλοκράτει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν εὐημερήσας ᾠχόμην φέρων, πείθων ὑμᾶς μὴ προσέχειν τοῖς τὰς μάχας καὶ τὰ τῶν προγόνων λέγουσι τρόπαια, μηδὲ τοῖς Ἕλλησι βοηθεῖν. (64) Ὅτι δ' οὐ ψευδῆ μόνον κατηγόρηκεν, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατα γενέσθαι, μίαν μὲν αὐτὸς καθ' αὑτοῦ Δημοσθένης μαρτυρίαν μαρτυρήσει, ἑτέραν δὲ πάντες Ἀθηναῖοι καὶ ὑμεῖς ἀναμιμνησκόμενοι, τρίτην δὲ ἡ τῆς αἰτίας ἀπιθανότης, τετάρτην δὲ ἀνὴρ ἀξιόλογος, εἷς τῶν πολιτευομένων, Ἀμύντωρ, ᾧ τὸ ψήφισμα ἐπεδείξατο Δημοσθένης καὶ ἀνεκοινοῦτο εἰ δῷ τῷ γραμματεῖ, οὐχ ὑπεναντίον, ἀλλὰ ταὐτὸν γεγραφὼς Φιλοκράτει. (65) Καί μοι λαβὲ τὸ ψήφισμα καὶ ἀνάγνωθι τὸ Δημοσθένους, ἐν ᾧ φαίνεται γεγραφὼς τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν συμβουλεύειν τὸν βουλόμενον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς

sis de pace Philippica, legati autem nondum domum redierint, quos ablegarit populus in Græciam, qui urbes ad tuendam Græcorum libertatem exhortentur: visum esse sociis, ubi redierint legati, et acta sua renuntiarint Atheniensibus, eorumque sociis, ut curiones duas conciones secundum leges indicant, atque in iis de pace deliberent Athenienses: quicquid autem populus decreverit, id fore commune sociorum decretum. Recita ergo decretum assessorum.

DECRETUM ASSESSORUM.

61. Confer cum hoc etiam Demosthenis decretum, quo jubet curiones, post urbana Bacchanalia et concionem in Bacchi sede haberi solitam, indicere duas conciones, alteram die duodevicesimo, alteram undevicesimo, definiens tempus, et conciones præripiens, ante legatorum ad Græcos missorum reditum. Ac sociorum quidem decretum jubet, quod me quoque defendisse fateor, vos de pace dumtaxat deliberare; Demosthenes autem, etiam de societate jubet. Recita decretum.

DECRETUM.

62. Decretum utrumque audivistis, Athenienses, unde convincitur, Demosthenem affirmare, legationes eas quæ abfuerunt, affuisse, et quum vos audire velletis, irritum fecisse decretum sociorum. Nam illi quidem pronunciarant, Græcanicas legationes esse urbi exspectandas: Demosthenes autem non verbis tantum obstitit, quominus exspectarentur, mentem omnium turpissime ac celerrime immutare solitus, sed re ipsa et decreto, quippe qui statim deliberari jusserit.

63. Dixit autem, me priore concione, quum verba fecisset Philocrates, post eum suggestu conscenso reprehendisse pacem, cujus auctor ille fuerit; eamque turpem et civitate indignam judicasse: postridie autem suffragatum Philocrati, et concionem magno applausu in sententiam meam perduxisse, quum suaderem vobis, ne auscultaretis iis, qui prœlia et triumphos majorum commemorarent, neve Græcis auxiliaremini. (64) Id vero crimen non tantum esse falsum, sed etiam fieri sic non potuisse, primum ipsius Demosthenis, deinde omnium Atheniensium atque vestro, si vos admoneamini, testimonio, tum ipsius calumniæ absurditate, et quarto loco testimonio ostendetur viri magnæ in republica auctoritatis, Amyntoris, cui Demosthenes decretum ostendit, quemque consuluit, utrum id daret scribæ: quum quidem non contrarium, sed idem quod Philocrates scripsisset. (65) Cape Demosthenis decretum, et recita: in quo eum priore concione scripsisse constat, licere cuivis in medium consulere, posteriore autem populum a præsidibus

προέδρους ἐπιψηφίζειν τὰς γνώμας, λόγον δὲ μὴ προτιθέναι· ἐν ᾗ μέ φησιν αὐτὸς Φιλοκράτει συνειπεῖν.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

66. Οὐκοῦν τὰ μὲν ψηφίσματα, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη, μένει, οἱ δὲ τῶν συκοφαντῶν λόγοι πρὸς τοὺς ἐφ' ἡμέραν καιροὺς λέγονται. Ποιεῖ δέ μου τὴν δημηγορίαν ὁ μὲν κατήγορος διαιρετήν, τὸ ψήφισμα δὲ καὶ τἀληθὲς μίαν· λόγων γὰρ μὴ προτεθέντων εἰς τὴν ὑστέραν ἐκκλησίαν, τῶν προέδρων κωλυόντων οὐκ ἐνῆν εἰπεῖν. Τί δὲ καὶ βουλόμενος, εἴπερ ταὐτὰ Φιλοκράτει προειλόμην, κατηγόρουν μὲν πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀκροατὰς τῇ προτεραίᾳ, μίαν δὲ νύκτα διαλιπὼν συνηγόρουν; πότερα ὡς αὐτὸς εὐδοξήσων ἢ ὡς ἐκεῖνον ὠφελήσων; ἀλλ' οὐκ ἐνῆν ἀμφότερα ἐξενέγκασθαι, ἀλλ' ὑπὸ πάντων μὲν μισεῖσθαι, περαίνειν δὲ μηδέν.

67. Κάλει δέ μοι καὶ Ἀμύντορα Ἐρχιέα, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀνάγνωθι. Ὃν δὲ τρόπον γέγραπται, προδιελθεῖν ὑμῖν βούλομαι. Μαρτυρεῖ Ἀμύντωρ Αἰσχίνῃ, ὅτε ἐβουλεύετο ὁ δῆμος περὶ τῆς συμμαχίας τῆς πρὸς Φίλιππον κατὰ τὸ Δημοσθένους ψήφισμα ἐν τῇ ὑστέρᾳ τῶν δυεῖν ἐκκλησιῶν, ὅτε οὐκ ἐξῆν δημηγορεῖν, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς εἰρήνης καὶ συμμαχίας ψηφίσματα ἐπεψηφίζετο, (68) ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Δημοσθένην ἐπιδείξασθαι παρακαθήμενον ψήφισμα γεγραμμένον ἑαυτῷ, ἐφ' ᾧ ἐπεγέγραπτο τὸ Δημοσθένους ὄνομα, καὶ ἀνακοι-
37 νοῦσθαι αὐτὸν αὐτῷ εἰ δῷ ἐπιψηφίσαι τοῖς προέδροις, καὶ εἶναι, ἐφ' οἷς τὴν εἰρήνην καὶ τὴν συμμαχίαν ἔγραψε ποιεῖσθαι, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐφ' οἷσπερ καὶ Φιλοκράτης ἐγεγράφει. Κάλει δέ μοι Ἀμύντορα Ἐρχιέα· καὶ ἐκκλήτευε, ἐὰν μὴ 'θέλῃ δευρὶ παρεῖναι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

69. Τῆς μὲν μαρτυρίας ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκοπεῖτε δὴ πότερα ὑμῖν δοκεῖ Δημοσθένης ἐμοῦ κατηγορηκέναι ἢ τοὐναντίον αὐτὸς αὑτοῦ ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν δημηγορίαν μου διαβάλλει καὶ τοὺς εἰρημένους λόγους ἐπὶ τὰ χείρω διεξέρχεται, οὔτ' ἂν ἀποδραίην οὔτ' ἂν τῶν τότ' εἰρημένων οὐδὲν ἀρνησαίμην, οὔτ' αἰσχύνομαι ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοτιμοῦμαι. (70) Βούλομαι δ' ὑμᾶς καὶ τοὺς καιροὺς ὑπομνῆσαι ἐν οἷς ἐβουλεύεσθε. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ πολέμου ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως, συνέβαινε δ' ἡμῶν τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ πολέμῳ ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμαχίδας ἀποβεβληκέναι, ἃς ἐκτήσατο Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον (προῄρημαι γὰρ παρρησιάσασθαι καὶ ἐλευθέρως ἅμα καὶ τἀληθῆ εἰπὼν σώζεσθαι· ἐὰν δὲ ἄλλως πως γινώσκητε, καταχρήσασθέ μοι· οὐ γὰρ ἂν ὑποστειλαίμην), (71) ἑκατὸν δὲ καὶ πεντήκοντα τριήρεις λαβόντα ἐκ τῶν νεωρίων μὴ κατακεκομικέναι (καὶ ταῦτα ὑμῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀεὶ τοῖς Χάρητος οἱ κατήγοροι δεικνύουσι), χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι, Δηιάρην τε καὶ

in suffragia mittendum, et non dicendi potestatem esse dandam, quo tempore ipse me ait Philocrati esse suffragatum.

DECRETUM.

66. Itaque decreta ut principio scripta sunt, ita manent; calumniatorum autem verba in dies pro tempore mutantur. Facit autem concionem meam accusator geminam; decretum et veritas, unam. Quum enim posteriore concione dicendi potestas data non esset, sed præsides prohiberent, verba facere non licuit. Quid vero mihi voluissem, si Philocratis sectam sequebar, eo pridie apud eosdem auditores accusando, et post intervallum noctis unius defendendo? Utrum ut ipsi mihi accederet auctoritas? an ut illi commodum aliquod per me compararetur? Verum non licuit neque hoc neque illud consequi: sed illud restabat, ut et omnium voluntates a me alienarem, et nihil promoverem.

67. Voca mihi Amyntorem Erchiensem, et ejus testimonium recita. Quo autem pacto id scriptum sit, in primis exponam vobis. Testimonium perhibet Amyntor Æschini, quum populus de societate cum Philippo ineunda de sententia Demosthenis in posteriore duarum concionum deliberaret, ac verba facere non liceret, sed decreta de pace et societate facta comprobanda aut improbanda essent, (68) in ea concione Demosthenem assidentem sibi ostendisse scriptum decretum, cui nomen Demosthenis præscriptum esset, ac consuluisse, an daret scribæ, ut præsidibus offerret: in quo scripsisset, pacem et societatem iisdem conditionibus esse faciendam, quibus Philocrates scripserat. Voca mihi Amyntorem Erchiensem, et citato, nisi huc prodire voluerit.

TESTIMONIUM.

69. Testimonium quidem audivistis, Athenienses. Considerate igitur, utrum videatur vobis Demosthenes me accusasse, an contra sub meo nomine semetipsum. (24) Quoniam autem concionem quoque meam criminatur, et habitas a me orationes male narrando depravat: ego nec defugio eorum quæ tum dixi, neque negarim quicquam; quorum adeo me non pudet, ut ea laudi quoque mihi ducam. (70) Revocabo autem vobis in memoriam temporum conditionem, quibus deliberabatis. Bellum principio suscepimus pro Amphipoli. Res autem eo redierat: noster imperator fœderatas urbes quinque et septuaginta amiserat, quibus Timotheus Cononis filius potitus erat, quasque nostro concilio adjunxerat (decrevi enim nihil dissimulare, et libere simul vereque loquendo conservari; sin aliter senseritis, agite de me pro lubitu: neque enim tergiversabor): (71) et quum centum quinquaginta triremes e navalibus accepisset, eas non (*nonnisi* 48 ?) reduxerat (atque hæc vobis accusatores in Charetis periculis subinde ostendunt), et mille quingenta talenta non in milites, sed in ducum insolentiam insumpta erant, in Deiarem, Deipyrum,

Δηίπυρον καὶ Πολυφόντην, δραπέτας ἀνθρώπους, ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνειλεγμένους, καὶ χωρὶς εἰς τοὺς περὶ τὸ βῆμα καὶ τὴν ἐκκλησίαν μισθοφόρους, οἳ τοὺς μὲν ταλαιπώρους νησιώτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑξήκοντα τάλαντα εἰσέπραττον σύνταξιν, κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης. (72) Ἀντὶ δὲ ἀξιώματος καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἡ πόλις ἡμῶν Μυοννήσου καὶ τῆς τῶν λῃστῶν δόξης ἀνεπίμπλατο· Φίλιππος δὲ ὁρμηθεὶς ἐκ Μακεδονίας οὐκέθ' ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἠγωνίζετο, ἀλλ' ἤδη περὶ Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σκύρου, τῶν ἡμετέρων κτημάτων· ἐξέλιπον δὲ Χερρόνησον ἡμῶν οἱ πολῖται, τὴν οὖσαν ὡμολογημένως Ἀθηναίων· πλείους δὲ ἐκκλησίας συγκλήτους ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν μετὰ φόβου καὶ θορύβου ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων. (73) Οὕτω δ' ἦν σφαλερὰ καὶ ἐπικίνδυνα τὰ πράγματα, ὥστε ἠναγκάσθη γράψαι ψήφισμα Κηφισοφῶν ὁ Παιανιεύς, εἷς τῶν φίλων καὶ ἑταίρων τῶν Χάρητος, ἐκπλεῖν τὴν ταχίστην Ἀντίοχον τὸν ἐπὶ τῶν ὑπηρετικῶν καὶ ζητεῖν τὸν στρατηγὸν τὸν ἐπὶ τῇ δυνάμει τεταγμένον, κἂν ἐντύχῃ που, φράζειν ὅτι θαυμάζει ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων εἰ Φίλιππος μὲν ἐπὶ Χερρόνησον τὴν Ἀθηναίων πορεύεται, Ἀθηναῖοι δὲ οὐδὲ τὸν στρατηγὸν ἴσασιν οὐδὲ τὴν δύναμιν ἣν ἐξέπεμψαν, ὅπου ἐστίν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τοῦ ψηφίσματος καὶ ἀναμνήσθητε τοῦ πολέμου, καὶ τὴν εἰρήνην τοὺς τῶν πολέμων ἡγεμόνας, ἀλλὰ μὴ τοὺς πρέσβεις ἀπαιτεῖτε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

74. Οἱ μὲν καιροὶ τῆς πόλεως τοιοῦτοι ἦσαν, ἐν οἷς οἱ περὶ τῆς εἰρήνης ἐγένοντο λόγοι· ἀνιστάμενοι δὲ οἱ συντεταγμένοι ῥήτορες περὶ μὲν τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδὲν ἐνεχείρουν λέγειν, ἀποβλέπειν δὲ εἰς τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐκέλευον ἡμᾶς καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας μεμνῆσθαι καὶ τῶν τάφων τῶν προγόνων καὶ τῶν τροπαίων. (75) Ἐγὼ δὲ ἁπάντων μὲν τούτων ἔφην δεῖν μεμνῆσθαι, μιμεῖσθαι μέντοι τὰς τῶν προγόνων εὐβουλίας, τὰ δὲ ἁμαρτήματα αὐτῶν καὶ τὴν ἄκαιρον φιλονεικίαν φυλάττεσθαι, τὴν μὲν ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς Πέρσας πεζομαχίαν καὶ τοὺς 38 ἀγῶνας τοὺς περὶ Σαλαμῖνα καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην καὶ τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν καὶ τὴν Τολμίδου ζηλοῦν στρατηγίαν κελεύων, ὃς χιλίους ἐπιλέκτους ἔχων Ἀθηναίων διὰ μέσης Πελοποννήσου πολεμίας οὔσης ἀδεῶς διεξῄει, (76) τὴν δ' εἰς Σικελίαν στρατείαν φυλάττεσθαι, ἣν ἐξέπεμψαν Λεοντίνοις βοηθήσοντες, τῶν πολεμίων ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν ἡμῶν καὶ Δεκελείας ἐπιτετειχισμένης, καὶ τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν φυλάξασθαι, ὅθ' ἡττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον καὶ δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο οὐ δυνάμενοι, Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιός, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις

Polyphontem, fugitivos homines ex Græcia collectos, ac seorsum in mercenarios istos, qui in suggesto et concionibus versantur, qui a miseris insularibus quotannis sexaginta talenta exigebant tributi nomine, qui naves et Græcos in communi mari deprædabantur. (72) Nostra vero urbs loco auctoritatis et principatus Græcorum, eandem opinionem quam Myonnesus et piratæ consecuta erat. Philippus porro e Macedonia progressus, non ut hactenus de Amphipoli nobiscum pugnabat, sed jam de Lemno et Imbro et Scyro, nostris possessionibus: et Chersonesum cives nostri deserebant, quæ citra controversiam est Atheniensium. Cogebamini autem ut plures conciones extraordinarias cum tumultu et metu haberetis, quam statas ac legitimas. (73) Res porro ita labefactatæ ac periculosæ erant, ut Cephisopho Pæaniensis, amicus et familiaris Charetis, decretum scribere cogeretur, ut Antiochus actuariis navigiis præfectus, quam primum solveret, imperatorem quæsitum, cui commissus esset exercitus: quodsi in eum incidisset, ei narraret, mirari populum Atheniensem, Philippum Chersonesum, quæ sit Atheniensium, invadere; Athenienses autem nescire, nec dux nec copiæ quas miserint, ubi sint. Ut autem vera me loqui intelligatis, decretum audite et belli recordamini, et pacem a belli ducibus, non a legatis repetitote.

DECRETUM.

74. Ac tempora quidem civitatis, quibus de pace verba fiebant, erant hujusmodi. Oratores autem isti factiosi, quum ad dicendum surgebant, de civitatis quidem incolumitate nihil in medium afferebant, sed vos arcis vestibulum intueri jubebant, et Salaminiæ pugnæ contra Persas, et sepulcrorum majorum nostrorum et triumphorum meminisse. (75) Ego vero horum sane omnium recordandum esse dicebam, sed tamen prudentiam majorum esse imitandam, peccata vero et intempestivam contentionem vitandam; pedestre prœlium ad Platæas contra Persas, et contentiones de Salamine, et Marathoniam pugnam, et navale prœlium ad Artemisium, et Tolmidæ imperium jubebam imitari, qui quum haberet mille delectos Athenienses, infestis armis secure per mediam Peloponnesum pervasisset; (76) expeditionem autem Siciliensem cavendam esse, qua Leontinis auxilia misissent, quum hostes in nostrum agrum impetum fecissent et Decelea contra nos munita esset, postremum item temeritatem illam cavendam, quum bello victi, postulantibus Lacedæmoniis ut pacem agerent, et præter Atticam etiam Lemnum, Imbrum et Scyrum tenerent, et constituta legibus libertate uterentur, horum nihil admittere voluerunt, sed bellum quod gerere non poterant, prætulerunt: quum quidem Cleopho lyrarum faber, quem

ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις τῆς εἰρήνης μνησθήσεται· (77) τελευτῶντες δὲ εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι ἀποστάντας πάντων καὶ τὰ τείχη καθελόντας καὶ παραδεξαμένους φρουρὰν καὶ Λακεδαιμονίων ἁρμοστὴν καὶ τῆς δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἳ χιλίους καὶ πεντακοσίους ἀκρίτους τῶν πολιτῶν ἀπέκτειναν. Τὴν μὲν τοιαύτην ἀβουλίαν ὁμολογῶ παραγγέλλειν φυλάττεσθαι, τὰ δ' ὀλίγῳ πρότερον εἰρημένα μιμεῖσθαι. Οὐ γὰρ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πάντων οἰκειοτάτου ταῦτα ἐπυνθανόμην. (78) Ἀτρόμητος γὰρ ὁ πατὴρ ὁ ἡμέτερος (ὃν σὺ λοιδορεῖς οὔτ' εἰδὼς οὔτ' ἐπιδὼν τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὅστις ἦν, καὶ ταῦτα, ὦ Δημόσθενες, ἐκ τῶν νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν) ἔφυγε μὲν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, συγκατήγαγε δὲ τὸν δῆμον· καὶ ὁ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας ἀδελφός, θεῖος δὲ ἡμέτερος, Κλεόβουλος ὁ Γλαύκου τοῦ Ἀχαρνέως υἱὸς μετὰ Δημαινέτου τοῦ Βουζύγου συγκατεναυμάχησε Χίλωνα τὸν Λακεδαιμονίων ναύαρχον· ὥστε οἰκεῖά μοι καὶ συνήθη τὰ τῆς πόλεως ἀτυχήματα εἶναι τοῖς ὠσὶν ἀκούειν.

79. Ἐπιτιμᾷς δέ μοι καὶ τὴν ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Ἀρκαδίᾳ δημηγορίαν καὶ πρεσβείαν, καὶ μεταβεβλῆσθαί με φῂς αὐτὸς ὢν ἀνδραποδώδης καὶ μόνον οὐκ ἐστιγμένος αὐτόμολος. Ἐγὼ δ' ἐν μὲν τῷ πολέμῳ συνίστην, καθ' ὅσον ἦν δυνατός, Ἀρκάδας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον· οὐδενὸς δ' ἀνθρώπων ἐπικουροῦντος τῇ πόλει, ἀλλὰ τῶν μὲν περιορώντων ὅ τι συμβήσεται, τῶν δὲ συνεπιστρατευόντων, τῶν δ' ἐν τῇ πόλει ῥητόρων χορηγὸν ταῖς καθ' ἡμέραν δαπάναις τὸν πόλεμον ποιουμένων, ὁμολογῶ συμβουλεῦσαι τῷ δήμῳ διαλύσασθαι πρὸς Φίλιππον καὶ τὴν εἰρήνην συνθέσθαι, ἣν σὺ νομίζεις νῦν αἰσχρὰν οὐδὲ πώποθ' ἁψάμενος ὅπλων, ἐγὼ δὲ ταύτην εἶναί φημι πολλῷ καλλίω τοῦ πολέμου. (80) Χρὴ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μὲν πρέσβεις θεωρεῖν πρὸς τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἐπρέσβευον, τοὺς δὲ στρατηγοὺς πρὸς τὰς δυνάμεις ὧν ἡγοῦντο. Καὶ γὰρ τὰς εἰκόνας ἵστατε καὶ τὰς προεδρίας καὶ τοὺς στεφάνους καὶ τὰς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεις δίδοτε οὐ τοῖς τὴν εἰρήνην ἀπαγγείλασιν, ἀλλὰ τοῖς τὴν μάχην νικήσασιν. Εἰ δ' ἔσονται τῶν πολέμων αἱ μὲν εὐθῦναι τῶν πρέσβεων, αἱ δὲ δωρεαὶ τῶν στρατηγῶν, ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους ποιήσετε· οὐδεὶς γὰρ ἐθελήσει πρεσβεύειν.

81. Περὶ δὲ Κερσοβλέπτου καὶ Φωκέων καὶ τῶν ἄλλων ἃ πρὸς τούτοις διαβέβλημαι, ὑπόλοιπον εἰπεῖν. Ἐγὼ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ καὶ ἐν τῇ ὑστέρᾳ πρεσβείᾳ, ἃ μὲν εἶδον, ὡς εἶδον, ὑμῖν ἀπήγγελλον, ἃ δ' ἤκουον, ὡς ἤκουσα. Τίνα οὖν ἦν ἑκάτερα τούτων, ἅ τε εἶδον ἅ τε ἤκουσα περὶ Κερσοβλέπτου; Εἶδον μὲν ἐγὼ καὶ οἱ συμπρέσβεις ἅπαντες ὁμηρεύοντα τὸν υἱὸν τὸν Κερσοβλέπτου παρὰ Φιλίππῳ· καὶ ἔτι καὶ νῦν τοῦθ' οὕτως ἔχει. (82) Συνέβαινε δ' ὅτε τὴν προτέραν ἐπρεσβεύομεν πρε-

multi compedibus vinctum meminerant, per fraudem ac turpiter in civium album inscriptus, populo largitionibus corrupto, se gladio collum ei præcisurum minitaretur, qui pacis mentionem fecisset: (77) tandem eo rem illi perduxerunt, ut cupide pacem amplecterentur, cedentes omnibus possessionibus, mœnibus dejectis, præsidio recepto et præfecto Lacedæmonio, et populi auctoritate ad triginta tyrannos translata, qui mille quingentos cives indicta causa occiderunt. Talem temeritatem esse cavendam monuisse me profiteor, ea vero quæ paullo ante dixi, esse imitanda. Neque enim ab alienis illa, sed ab omnium conjunctissimo audiebam. (78) Nam Atrometus pater noster (cui tu maledicis, quum eum ignores, neque videris quisnam sua ætate fuerit, idque, Demosthenes, quum maternum tuum genus a vagabundis Scythis originem trahat) sub triginta tyrannis profugit, et unus ex iis fuit qui populum restituerunt. Et matris nostræ frater, avunculus noster, Cleobulus, Glauci Acharnensis filius, cum Demæneto Buzygarum genere Chilonem Lacedæmonium navali prœlio vicit. Itaque domesticum mihi est et usitatum, urbis adversos casus auribus accipere.

79. Objicis mihi præterea concionem in Arcadia apud decies mille viros habitam, et legationem illam, meque immutatum esse dicis, quum sis ipse mancipii similis, et tantum non notis compunctus transfuga. Ego vero in bello, quantum fieri potuit, Arcadas et ceteros Græcos contra Philippum concitavi; quum autem mortalium nemo reipublicæ opem ferret, sed alii eventum otiose exspectarent, alii nos oppugnarent, urbani autem oratores ex bello quotidiano suo luxui sumptus suppeditarent, populo me suasisse fateor, ut cum Philippo reconciliaretur, et pacem jungeret, quam tu nunc turpem existimas, quum arma nunquam attigeris. Ego vero eam longe honestiorem bello esse affirmo. (80) Sunt autem, Athenienses, legati spectandi ex eo tempore, quo legationem obiverunt; duces e copiis, quibus cum imperio præfuerunt. Etenim et statuas erigitis, et principem locum assignatis, et coronas, et victum in curia datis, non iis qui pacem renuntiarint, sed iis qui hostes prœlio superarint. Quodsi bellorum rationes a legatis reposcentur, præmia ducibus tribuentur, efficietis ut nulla unquam bella vel humaniter gerantur, vel placide componantur: nemo enim legatus ire volet.

81. Nunc reliquum est ut de Cersoblepte et Phocensibus, ac ceteris objectis mihi criminibus dicam. Ego, Athenienses, et in priore et in posteriore legatione, quæ vidi, ut vidi, quæ audivi, ut audivi, renuntiavi. Quæ igitur hæc utraque fuerunt, quæ et vidi et audivi de Cersoblepte? Vidi ego, et legati omnes, Cersobleptis filium obsidem Philippo datum: idque etiam nunc ita se habet. (82) Accidit autem, dum priore legatione fungebamur, ut ego cum collegis huc

σβείαν ἐμοὶ μὲν μετὰ τῶν συμπρέσβεων ἀπιέναι δεῦρο, Φιλίππῳ δ' ἐπὶ Θρᴀ́κην ἐξιέναι, πρὸς δ' ἡμᾶς ὡμολογηκέναι, ἕως ἂν ὑμεῖς περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσησθε, μὴ ἐπιβήσεσθαι μεθ' ὅπλων Χερρονήσου. Ἐν ἐκείνῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε τὴν εἰρήνην, οὐδεμία μνεία ἐγένετο περὶ Κερσοβλέπτου· ἤδη δὲ ἡμῶν κεχειροτονημένων ἐπὶ τοὺς ὅρκους, οὔπω δὲ ἀπηρκότων ἐπὶ τὴν ὑστέραν πρεσβείαν, ἐκκλησία γίνεται, ἐν ᾗ Δημοσθένης ὁ νυνὶ κατηγορῶν ἐμοῦ λαγχάνει προεδρεύειν. (83) Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Κριτόβουλος ὁ Λαμψακηνὸς εἶπε παρελθὼν ὅτι πέμψειε μὲν αὐτὸν Κερσοβλέπτης, ἀξιοῖ δὲ ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους τοῖς Φιλίππου πρέσβεσιν καὶ συναναγραφῆναι Κερσοβλέπτην ἐν τοῖς ὑμετέροις συμμάχοις. Ῥηθέντων δὲ τῶν λόγων τούτων, Ἀλεξίμαχος ὁ Πήληξ δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τοῖς προέδροις, ἐν ᾧ ἐγέγραπτο ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους Φιλίππῳ μετὰ τῶν ἄλλων συμμάχων τὸν ἥκοντα παρὰ Κερσοβλέπτου. (84) Ἀναγνωσθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος (καὶ ταῦτα οἶμαι πάντας ὑμᾶς μνημονεύειν), ἀναστὰς ἐκ τῶν προέδρων Δημοσθένης οὐκ ἔφη τὸ ψήφισμα ἐπιψηφιεῖν, οὐδὲ λύσειν τὴν πρὸς Φίλιππον εἰρήνην, οὐδὲ γινώσκειν τῶν συμμάχων τοὺς συνεφαπτομένους ὥσπερ ἐν τοῖς σπένδουσι τῶν ἱερῶν· ἀποδοθῆναι γὰρ περὶ τούτων ἑτέραν ἐκκλησίαν. Βοώντων δὲ ὑμῶν καὶ τοὺς προέδρους ἐπὶ τὸ βῆμα καλούντων, οὕτως ἄκοντος αὐτοῦ τὸ ψήφισμα ἐπεψηφίσθη. (85) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα Ἀλεξίμαχον καὶ τοὺς συμπροέδρους Δημοσθένους, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Ὁ μὲν τοίνυν ἐπιδακρύσας ἀρτίως ἐνταυθοῖ Δημοσθένης μνησθεὶς Κερσοβλέπτου φαίνεται τῆς συμμαχίας ἐκκλείων αὐτόν. Ὡς δ' ἡ παροῦσα ἐκκλησία διελύθη, ἐξώρκιζον τοὺς συμμάχους οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις ἐν τῷ στρατηγίῳ τῷ ὑμετέρῳ. (86) Τετόλμηκε δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ὁ κατήγορος ὡς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐγὼ Κριτόβουλον ἀπήλασα τὸν πρεσβευτὴν τὸν παρὰ Κερσοβλέπτου, παρόντων μὲν τῶν συμμάχων, ἐψηφισμένου δὲ τοῦ δήμου, παρακαθημένων δὲ τῶν στρατηγῶν· πόθεν τοσαύτην ῥώμην λαβών; ἢ πῶς ἂν τὸ πρᾶγμα ἐσιγήθη; εἰ δ' ἄρα ἐγὼ ἐτόλμων τοῦτο ποιεῖν, ἐπέτρεψας ἄν, ὦ Δημόσθενες, καὶ οὐκ ἐνέπλησας βοῆς καὶ κραυγῆς τὴν ἀγοράν, ὁρῶν με (ὡς ἔφης ἀρτίως) ὠθοῦντα ἀπὸ τῶν ἱερῶν τὸν πρεσβευτήν; Καλείτω δέ μοι τοὺς στρατηγοὺς ὁ κῆρυξ καὶ τοὺς συνέδρους τῶν συμμάχων, καὶ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἀκούσατε.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

87. Οὐκ οὖν δεινόν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἴ τις κατ' ἀνδρὸς πολίτου, οὐχ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑμετέρου (τοῦτο γὰρ προσδιορθοῦμαι), τολμᾷ τηλικαῦτα καταψεύδεσθαι, κινδυνεύοντος ὑπὲρ τοῦ σώματος; ἢ πῶς οὐκ εἰκότως οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν ταῖς φονικαῖς δίκαις ἐπὶ Παλλαδίῳ κα-

redirem, Philippus autem in Thraciam egrederetur, qui nobiscum pepigisset, dum vos de pace deliberaretis, se Chersonesum armis non invasurum. Illo igitur die, quo vos pacem decrevistis, nulla facta est mentio Cersobleptis. Jam vero nobis ad exigendum jusjurandum delectis, nondum vero ad posteriorem legationem profectis, concio fit, in qua Demostheni, qui nunc me accusat, obvenit ut præsideret. (83) In ea concione Critobulus Lampsacenus progressus dixit se missum esse a Cersoblepte, qui peteret ut jusjurandum Philippi legatis daretur, et Cersobleptes inter vestros socios inscriberetur. Hac oratione habita, Aleximachus Pelex decretum præsidibus legendum dat, in quo scriptum erat, ut is qui a Cersoblepte venisset, jusjurandum Philippo cum ceteris sociis daret. (84) Recitato decreto (et hoc vos omnes arbitror meminisse), surrexit Demosthenes a præsidibus, seque de hoc decreto sententias rogaturum esse negavit, neque factam cum Philippo pacem irritam redditurum, neque agnoscere socios, qui tanquam in libationibus, manus sacris admoverent : huic enim negotio aliam concionem datum iri. Clamantibus autem vobis, et præsides ad suggestum vocantibus, sic invito isto comprobatum est decretum. (85) Quæ ut vere a me dici constet, voca mihi Aleximachum, qui decretum scripsit, et collegas Demosthenis, ac testimonium recita.

TESTIMONIUM.

Is igitur, qui modo hic ad Cersobleptis mentionem illacrimavit, societate illum exclusit. Ut vero ea concio dimissa fuit, fœderatos Philippi legati jurejurando in vestro prætorio obstrinxerunt. (86) Ausus autem est ad vos dicere accusator, me Critobulum, Cersobleptis legatum, a sacris repulisse, quum et socii adessent, et populus scivisset, et duces assiderent. Unde tantas vires accepi? aut quo pacto res tacita est? Quodsi istud ego facinus non reformidassem, tu passus esses, Demosthenes? non vociferationibus et clamoribus forum complesses, quum videres me, ut modo aiebas, a sacris legatum repellere? Accersat mihi duces præco, et sociorum assessores, ut eorum testimonia audiatis.

TESTIMONIA.

87. Nonne intolerabile est, Athenienses, si quis contra hominem civem, non suum, sed vestrum (hanc enim correctionem addo), tanta non veretur mendacia comminisci, quibus in capitis discrimen adducatur? Maximam igitur approbationem meretur is mos, cujus in capitalibus ad Pal-

τέδειξαν τέμνοντας τὰ τόμια τοὺς νικῶντας τῇ ψήφῳ ἐξορκίζεσθαι (καὶ τοῦτο ὑμῖν πάτριόν ἐστιν ἔτι καὶ νῦν) τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια ψηφίζεσθαι τῶν δικαστῶν ὅσοι τὴν ψῆφον ἤνεγκαν αὐτῷ, καὶ ψεῦδος μηδὲν εἰρηκέναι, εἰ δὲ μή, ἐξώλη τε αὐτὸν εἶναι ἐπαρᾶσθαι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ, τοῖς δὲ δικασταῖς εὔχεσθαι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ εἶναι; (88) Καὶ μάλα ὀρθῶς καὶ πολιτικῶς, ὦ Ἀθηναῖοι· εἰ γὰρ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἑαυτὸν ἀναπλῆσαι φόνου δικαίου βούλοιτο, ἦ που ἀδίκου γε φυλάξαιτ' ἂν τὴν ψυχὴν ἢ τὴν οὐσίαν ἢ τὴν ἐπιτιμίαν τινὸς ἀφελόμενος, ἐξ ὧν αὐτοὺς ἀνῃρήκασί τινες, οἱ δὲ καὶ δημοσίᾳ ἐτελεύτησαν. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, δοίητ' ἄν μοι συγγνώμην, εἰ κίναιδον αὐτὸν προσειπὼν καὶ μὴ καθαρεύοντα τῷ σώματι, μηδ' ὅθεν τὴν φωνὴν ἀφίησιν, ἔπειτα τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ κατηγορήματος τοῦ περὶ Κερσοβλέπτην ἐπ' αὐτοφώρῳ δείξαιμι ψεῦδος ὄν;

89. Κάλλιστον γὰρ (οἶμαι) πρᾶγμα καὶ χρησιμώτατον τοῖς διαβαλλομένοις παρ' ὑμῖν γίνεται· καὶ γὰρ τοὺς χρόνους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἐπιψηφίσαντας ἐν τοῖς δημοσίοις γράμμασι τὸν ἅπαντα χρόνον φυλάττετε. Εἴρηκε δὲ οὑτοσὶ πρὸς ὑμᾶς παρὰ τοῦτο διαφθαρῆναι τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα, ὅτι τῆς πρεσβείας ὢν ἡγεμὼν ἐγὼ καὶ κατευημερηκὼς παρ' ὑμῖν, αὐτοῦ κελεύοντος εἰς Θρᾴκην ἡμᾶς ἰέναι Κερσοβλέπτου πολιορκουμένου καὶ διαμαρτύρασθαι Φιλίππῳ ταῦτα μὴ ποιεῖν, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλ' ἐκαθήμην ἐν Ὠρεῷ, καὶ οἱ συμπρέσβεις, προξενίας κατασκευαζόμενοι. (90) Ἀκούσατε δὴ τῆς Χάρητος ἐπιστολῆς, ἣν ἐπέστειλε τότε τῷ δήμῳ, ὅτι Κερσοβλέπτης ἀπολώλεκε τὴν ἀρχὴν καὶ Ἱερὸν ὄρος κατείληφε Φίλιππος ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος· Δημοσθένης δ' ἐν τῷ δήμῳ προήδρευε τούτου τοῦ μηνός, εἷς ὢν τῶν πρέσβεων, ἑβδόμῃ φθίνοντος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

91. Οὐ μόνον τοίνυν διετρίψαμεν τὰς λοιπὰς ἡμέρας τοῦ μηνός, ἀλλὰ μουνυχιῶνος ἐξωρμήσαμεν. Καὶ τούτου τὴν βουλὴν μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι· ἔστι γὰρ αὐτῆς ψήφισμα, ὃ κελεύει ἀπιέναι τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς ὅρκους. Καί μοι λέγε τὸ τῆς βουλῆς ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Παρανάγνωθι δὴ καὶ τὸν χρόνον ὅστις ἦν.

ΧΡΟΝΟΣ.

92. Ἀκούετε ὅτι μουνυχιῶνος ἐψηφίσθη τρίτῃ ἱσταμένου. Ὁ δὲ Κερσοβλέπτης πόσαις πρότερον ἡμέραις ἀπώλεσε τὴν ἀρχὴν πρὶν ἐμὲ ἀπιέναι; ὥς φησι Χάρης ὁ στρατηγὸς καὶ ἡ ἐπιστολή, τοῦ προτέρου μηνός, εἴπερ ἐλαφηβολιών ἐστι μουνυχιῶνος πρότερος. Ἐδυνάμην οὖν ἐγὼ σῶσαι Κερσοβλέπτην, ὃς πρὶν ἐμὲ ἐξορμᾶν οἴκοθεν ἀπωλώλει; Ἔπειτα οἴεσθέ τι τοῦτον ἀληθὲς εἰρηκέναι ἢ περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πραχθέντων ἢ περὶ τῶν ἐν Θετταλίᾳ, ὃς τοῦ βουλευτηρίου καὶ τῶν δημοσίων

ladium causis patres nostri auctores fuerunt: quum victimis secandis, eos qui suffragio superiores sunt, jurejurando obstringunt (idque vobis etiam nunc patrium est) eos judices vere justeque pronuntiasse, qui suffragium pro se tulerint, et nullum dixisse mendacium: quod ni ita fit, sibi et familiæ suæ exitium imprecantur; judicibus autem optima quæque et faustissima optant. (88) Idque rectissime, ac civiliter, Athenienses. Nam si nemo vestrûm est, qui justæ cædis in se piaculum admittere vellet, quanto magis injustam cavebitis, erepta alicui vita, aut re familiari, aut dignitate? ob quas res alii sibi manus attulerunt, alii publice perierunt. Non igitur veniam mihi dabitis, Athenienses, si eum cinædum appellaro, et hominem polluto corpore, ea etiam parte unde vocem edit, ac deinde reliquam accusationis partem de Cersobiepte evidenter falsam esse ostendero?

89. Iis enim, qui vocantur in crimen, res apud vos contingit mea opinione pulcherrima et utilissima. Etenim tempora, et decreta, et nomina eorum qui in suffragia miserunt, in publicis monumentis perpetuo asservatis. Dixit autem iste, eam esse causam, cur Cersobleptis res perierint, quod ego legationis dux, et secunda aura vestra usus, se nos in Thraciam ire jubente, quum Cersobleptes obsideretur, et cum contestatione Philippo interdicere ne ista faceret, noluerim, sed Orei sederim, ceterique legati, hospitia nobis conciliantes. (90) Audite igitur Charetis literas, quas misit ad populum, quibus continetur, Cersobleptem imperium amisisse, et Sacrum montem a Philippo occupatum esse die vicesimo quinto Elaphebolionis mensis: Demosthenes autem præses pro concione fuit ejusdem mensis die vicesimo quarto.

LITERÆ.

91. Neque vero reliquos dumtaxat hujus mensis dies morati, sed Munychione demum profecti sumus: cujus rei testem vobis senatum exhibebo. Senatusconsultum enim est, quod legatos ad exigendum jusjurandum abire jubet. Recita mihi senatusconsultum.

SENATUSCONSULTUM.

Etiam tempus recita, quodnam id fuerit.

TEMPUS.

92. Auditis, hoc fuisse decretum die tertio Munychionis. Cersobleptes autem quot diebus ante imperium amiserat, quam ego discederem? Ut Chares imperator et literæ indicant, priore mense, si modo Elaphebolion Munychione prior est. Ergone Cersobleptem ego conservare potui, qui ante me domo egressum perierat? Et putatis istum aliquid dixisse veri de rebus, sive in Macedonia, sive in Thessalia actis, qui contra curiam, contra publica monumenta, contra

γραμμάτων καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καταψεύδεται; (93) Καὶ τὸν Κερσοβλέπτην Ἀθήνησι μὲν ἔκσπονδον ἐποίεις πρόεδρος ὤν, ἐν Ὠρεῷ δ' ἠλέεις; καὶ νῦν μὲν δωροδοκίας κατηγορεῖς, πρότερον δ' ὑπέμεινας τὴν ἐπιβολὴν τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου οὐκ ἐπεξιὼν τῇ τοῦ τραύματος γραφῇ, ἣν ἐγράψω Δημομέλην τὸν Παιανιέα ἀνεψιὸν ὄντα, ἐπιτεμὼν τὴν σαυτοῦ κεφαλήν; καὶ σεμνολογεῖς ἡμῖν ὡς οὐκ εἰδόσι τούτοις ὅτι Δημοσθένους υἱὸς εἶ νόθος τοῦ μαχαιροποιοῦ;

94. Ἐπεχείρησας δ' εἰπεῖν ὡς καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρεσβείαν ἐξομοσάμενος παρεπρέσβευσα, καὶ ψήφισμα τὸ μὲν ἀνέγνως, τὸ δὲ ὑπερέβης. Ἐγὼ δ' αἱρεθεὶς πρεσβευτὴς ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας, ἀρρώστως δ' ἔχων καὶ μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀπαγγέλλων ἀφ' ἧς ἧκον πρεσβείας πρὸς ὑμᾶς, τὴν μὲν πρεσβείαν οὐκ ἐξωμοσάμην, ἀλλ' ὑπεσχόμην πρεσβεύσειν, ἐὰν ὦ δυνατός, πρὸς δὲ τὴν βουλὴν ἀπιόντων τῶν συμπρέσβεων, τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμαυτοῦ καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν καὶ τὸν ἰατρὸν ἔπεμψα, (95) οὐκ ἐξομουμένους (οὐδὲ γὰρ ὁ νόμος ἐᾷ τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ ἐξόμνυσθαι), ἀλλὰ τὴν ἀρρωστίαν μου δηλώσοντας. Ἐπειδὴ δὲ οἱ συμπρέσβεις πυθόμενοι τὰ περὶ τοὺς Φωκέας συμβάντα ἀνέστρεψαν, γενομένης ἐκκλησίας ἤδη παρὼν καὶ δυνάμενος τῷ σώματι, προσαναγκάζοντος τοῦ δήμου μηδὲν ἧττον πρεσβεύειν ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἀρχῆς αἱρεθέντας ἅπαντας, ἀψευδεῖν πρὸς Ἀθηναίους ᾤμην δεῖν. (96) Καὶ ταύτης τῆς πρεσβείας οὐ κατηγόρεις μου διδόντος τὰς εὐθύνας, ἀλλ' ἐπὶ ταύτην ἥκεις τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ὑπὲρ ἧς ἐγὼ σαφῶς καὶ δικαίως ἀπολογήσομαι. Σοὶ μὲν γὰρ ἁρμόττει καὶ πᾶσι τοῖς ψευδομένοις μεταφέρειν τοὺς χρόνους, ἐμοὶ δ' ἐφεξῆς λέγειν, ἀναλαβόντι
41 τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἀπὸ τῆς πορείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους.

97. Πρῶτον μὲν γὰρ δέκα πρέσβεων ὄντων, ἑνδεκάτου δὲ τοῦ συμπεμφθέντος ἡμῖν ἀπὸ τῶν συμμάχων, οὐδεὶς αὐτῷ συσσιτεῖν, ὅτ' ἐξῄειμεν ἐπὶ τὴν ὑστέραν πρεσβείαν, ἤθελεν, οὐδὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς, ὅπου δυνατὸν ἦν, εἰς ταὐτὸ πανδοκεῖον καταλύειν, ὁρῶντες αὐτὸν ἐν τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιβεβουλευκότα. (98) Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐπὶ Θρᾴκης ὁδοῦ οὐκ ἐγένετο μνεία· οὔτε γὰρ τὸ ψήφισμα τοῦθ' ἡμῖν προσέταττεν, ἀλλ' ἀπολαβεῖν μόνον τοὺς ὅρκους καὶ ἄλλ' ἄττα, οὔτ' ἐλθόντας πράττειν οὐδὲν ἐνεδέχετο, περὶ Κερσοβλέπτην ἤδη γεγενημένων ὧν ἀρτίως ἠκούσατε, οὔθ' οὗτος οὐδὲν ἀληθὲς εἶπεν, ἀλλὰ ψεύδεται καὶ κατηγορεῖν οὐδὲν ἀληθὲς ἔχων τερατεύεται. (99) Συνηκολούθουν δ' αὐτῷ ἄνθρωποι δύο στρωματόδεσμα φέροντες· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ τούτων, ὡς αὐτὸς ἔφη, τάλαντον ἐνῆν ἀργυρίου. Ὥστε τοὺς συμπρέσβεις ἀναμιμνήσκεσθαι τὰς ἀρχαίας ἐπωνυμίας αὐτοῦ· ἐν παισὶ μὲν γὰρ ὢν ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν τινὰ καὶ κιναιδίαν Βάταλος, ἐκ παίδων δὲ ἀπαλλαττόμενος καὶ δεκαταλάντους δίκας ἑκάστῳ τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων Ἀργᾶς ἐκλήθη, ἀνὴρ δὲ γενόμενος προσείληφε τὴν τῶν πονηρῶν κοινὴν ἐπωνυμίαν, συκοφάντης.

tempus, contra populi conventus mentiatur? (93) Tu Cersobleptem Athenis fœdere excludebas, quum præses esses: ejusdem Orei te miserescebat? Nunc me corruptelæ accusas: prius autem mulctam ab Areopagitico senatu inflictam tolerasti, non persecutus vulneris actionem, qua reum feceras Demomelem Pæaniensem, consobrinum tuum, quum ipse tuum caput incidisses? Tamen verba fundis apud nos magnifica, quasi hi ignorent, te filium adulterinum esse Demosthenis gladiorum fabri?

94. Præterea dicere ausus es, me legatione Amphictyonica ejurata, officio non esse functum: ac decretum aliud recitasti, aliud transiliisti. Ego vero legatus ad Amphictyones creatus, quamvis infirma valetudine, magna tamen cum alacritate, eam, unde redieram, legationem apud vos renuntiavi, legationem autem non ejuravi, sed promisi me obiturum, si ullo modo possem: quum autem collegæ abscederent, ad senatum fratrem meum ejusque filium et medicum misi, (95) non meo nomine ejuraturos — neque enim lex sinit, populi suffragiis decreta munera in senatu ejurare —, sed infirmitatem meam indicaturos. Quum autem collegæ mei, Phocensi excidio audito, revertissent, habita concione, jam præsens, et corpore confirmato, quum populus nihilominus nos omnes qui primum delecti fueramus ad obeundam legationem adigeret, non danda esse verba Atheniensibus existimavi. (96) At illam quidem legationem, me rationes referente, non accusabas, hanc autem invadis, qua ad jusjurandum profectus sum: quam ego perspicue et jure optimo defendam. Nam tibi quidem et mentientibus omnibus est accommodatum, transferre tempora; mihi vero, ordine disserere, orationis initio repetito a profectione, et legatione propter exigendum jusjurandum suscepta.

97. Primum quum legati essent decem, atque undecimus accederet, is quem fœderati nobiscum miserant, nemo cum isto cibum capere, quum secunda legatione exiremus, voluit, neque in itinere, ubi vitari potuit, in eadem caupona divertere, quippe qui viderent, eum priore legatione omnibus insidiatum esse. (98) De itinere porro in Thraciam suscipiendo, nulla facta est mentio — neque enim decreto id nobis injungebatur, sed id duntaxat, ut jusjurandum exigeremus, ac alia quæpiam —, nec si suscepissemus, proficere quidquam potueramus, quum ita Cersobleptis res sese haberent, ut modo audivistis, neque iste quicquam veri dixit, sed mentitur, et quia verum nullum crimen objicere potest, præstigias agit. (99) Sequebantur autem eum homines duo, sarcinas lectulorum ferentes, in quarum altera, ut ipse aiebat, talentum argenti inerat. Itaque collegæ veterum ejus cognominum recordabantur. Nam puer dum esset, ob flagitium quoddam aut mollitiem Batalus est vocatus, quum pueritiam excessisset, et in suos tutores denûm talentûm actiones instituisset, Argas est appellatus, vir porro factus, commune omnium improborum cognomentum assumpsit, ut calumniator vocaretur. (100) Ibat

(100) Ἐπορεύετο δὲ λυσόμενος τοὺς αἰχμαλώτους, ὡς ἔφη καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀρτίως εἴρηκεν, εἰδὼς μὲν Φίλιππον ἐν τῷ πολέμῳ οὐδένα πώποτε Ἀθηναίων λύτρα πραξάμενον, ἀκούων δὲ τῶν ἐκείνου φίλων ἁπάντων ὅτι καὶ τοὺς λοιπούς, ἐὰν εἰρήνη γένηται, ἀφήσει, πολλῶν δ' ἠτυχηκότων τάλαντον φέρων, ἑνὸς ἀνδρός, οὐδὲ τούτου λίαν εὐπόρου, ἱκανὰ λύτρα. (101) Ὡς δ' ἦμεν ἐν Μακεδονίᾳ καὶ συνήλθομεν εἰς ταὐτὸν καὶ Φίλιππον ἐκ Θρᾴκης παρόντα κατειλήφαμεν, ἀνεγνώσθη μὲν τὸ ψήφισμα καθ' ὃ ἐπρεσβεύσαμεν, καὶ τὰ προστεταγμένα ἡμῖν πρὸς τῷ τοὺς ὅρκους ἀπολαβεῖν συνηριθμούμεθα· ὡς δὲ οὐδεὶς ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἐμέμνητο, ἀλλὰ περὶ πραγμάτων ἐλαττόνων τὴν διατριβὴν ἐποιοῦντο, εἶπον ἐγὼ λόγους οὓς ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς ὑμᾶς ῥηθῆναι. (102) Καὶ πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ καὶ τῆς κατηγορίας ἠκούσατε ὡς αὐτὸς ὁ κατήγορος ἐβούλετο εἰπεῖν, οὕτω καὶ τῆς ἀπολογίας εὐτάκτως ἀκούσατε, καὶ τὸν αὐτόν μοι τρόπον διαμείνατε ὅνπερ ἐξ ἀρχῆς ἐν τοῖς προειρημένοις ἤδη λόγοις ἠκροᾶσθε. Ὅπερ γὰρ καὶ ἀρτίως ὑπεθέμην, ὦ Ἀθηναῖοι, εἶπον συνειλεγμένων τῶν πρέσβεων ὅτι μοι δοκοίησαν τὸ μέγιστον πρόσταγμα τοῦ δήμου δεινῶς ἀγνοεῖν. (103) « Τὸ μὲν γὰρ τοὺς ὅρκους ἀπολαβεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων διαλεχθῆναι καὶ περὶ τῶν αἰχμαλώτων εἰπεῖν, κἂν εἰ τοὺς ὑπηρέτας ἔπεμψεν ἡ πόλις περιθεῖσα πίστιν αὐτοῖς, ἅπαντ' ἂν πραχθῆναι νομίζω· τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν ὅλων ὀρθῶς βουλεύσασθαι ὅσα καθ' ἡμᾶς ἐστιν ἢ Φίλιππον, τοῦτο ἤδη ἔργον ἐστὶ πρέσβεων φρονίμων. Λέγω δέ » ἔφην ἐγὼ « περὶ τῆς εἰς Πύλας στρατείας, ἣν ὁρᾶτε οὖσαν ἐν παρασκευῇ. Ὅτι δὲ οὐ κακῶς στοχάζομαι περὶ τοῦ πράγματος, μεγάλα τούτων ὑμῖν σημεῖα δείξω. (104) Πάρεισι μὲν γὰρ Θηβαίων, ἥκουσι δὲ Λακεδαιμονίων πρέσβεις, ἀφίγμεθα δ' ἡμεῖς ἔχοντες τοῦ δήμου ψήφισμα, ἐν ᾧ γέγραπται « πράττειν δὲ τοὺς πρέσβεις καὶ ἄλλ' ὅ τι ἂν δύνωνται ἀγαθόν· » ἅπαντες δὲ οἱ Ἕλληνες πρὸς τὸ μέλλον ἔσεσθαι βλέπουσιν. Εἰ μὲν οὖν ἡγεῖτο ὁ δῆμος αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐξενεγκεῖν μετὰ παρρησίας πρὸς Φίλιππον, Θηβαίων μὲν περιελεῖν τὴν ὕβριν, Βοιωτῶν δὲ ἀναστῆσαι τὰ τείχη, ταῦτ' ἂν ἠξίωσεν ἐν τῷ ψηφίσματι· νῦν δὲ αὐτοῖς μὲν κατέλιπον τὴν εἰς τὸ ἀφανὲς ἀναφοράν, ἂν μή τι πείθωσιν, ἐν ἡμῖν δὲ ἀποκινδυνεύειν ᾠήθησαν δεῖν. (105) Δεῖ δὴ τοὺς πρὸς τὰ κοινὰ φιλοτιμουμένους μὴ κατέχειν μὲν ἑτέρων χώραν πρέσβεων, οὓς ἐξῆν πέμπειν ἀνθ' ἡμῶν Ἀθηναίους, αὐτοὺς δὲ τὰς πρὸς Θηβαίους ἀπεχθείας φεύγειν, ὧν εἷς ὢν Ἐπαμινώνδας, οὐχ ὑποπτήξας τὸ τῶν Ἀθηναίων ἀξίωμα, εἶπε διαρρήδην ἐν τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας. » (106) Ταῦτα δ' ἐμοῦ μεταξὺ λέγοντος ἀνεβόα παμμέγεθες Δημοσθένης, ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρέσβεις ἡμῶν· καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς βοιωτιάζει. Ἦν δ' οὖν παρ' αὐτοῦ τοιαυτὶ τὰ λεγόμενα· « Ἄνθρωπος οὑτοσὶ ταραχῆς καὶ τόλμης ἐστὶ μεστός· ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μαλακὸς εἶναι καὶ τὰ δεινὰ

autem captivos, ut aiebat, redempturus, ut modo apud vos etiam dixit, quum sciret, Philippum a nemine Atheniensi captivo pretium unquam postulasse, et ex ejus amicis omnibus audiret, eum etiam reliquos, pace facta, dimissurum; et quum multi ea calamitate conflictati essent, ferebat talentum quo vix unus vir, nec is admodum locuples, redimi potuisset. (101) Ut autem in Macedoniam venimus, ac congressi sumus, et Philippum ex Thracia reversum deprehendimus, recitatum est decretum, ex quo legati missi eramus, et quæ in mandatis acceperamus de jurejurando exigendo, enumeravimus. Quum autem maximarum rerum mentionem fecisset nemo, sed de rebus minutioribus egissent omnes, orationem ego habui, quam necesse est apud vos exponi. (102) Obtestor autem vos, Athenienses, quemadmodum accusationem audivistis, ut ipse accusator verba facere voluit, ita etiam defensionem audiatis ordine eademque attentione operam mihi detis, qua superiora audivistis. Dixi enim, ut modo posui, Athenienses, in conventu legatorum, eos mihi visos esse præcipuum populi jussum omnino ignorare. (103) « Nam jusjurandum exigere, et ceteris de rebus agere, et de captivis eloqui, etiam si ministros urbs misisset, data eis auctoritate, illi videntur mihi rem omnem fuisse confecturi: summæ autem rerum recte consulere, quatenus eæ ad nos aut Philippum attinent, id vero cordatorum legatorum munus est. Dico autem, inquam, de expeditione, quam in Pylas apparari videtis, atque ostendam vobis magna signa, unde intelligatis, me ea de re non male conjectare. (104) Nam et Thebanorum legati adsunt, et Lacedæmoniorum adventant, et nos ex plebiscito advenimus, in quo scriptum est, Legati autem quicquid præterea boni possunt, agunto. Omnes porro Græci exspectatione eventus sunt suspensi. Quodsi populus se decere censuisset, libere in decreto promulgare, ut Philippus Thebanorum insolentiam compesceret, et Bœotias civitates instauret, hæc in decreto petiisset: nunc id sibi reliquit, ut rem ad incertum eventum referre possit, si legati non persuaserint, nostro autem periculo rem explorandam censuit. (105) Decet igitur eos, qui suam industriam reipublicæ probatam cupiunt, non eorum legatorum occupare locum, quos Atheniensibus nostro loco mittere licuisset; nos ipsos autem vitare offensionem Thebanorum. Quorum unus Epaminondas imperator, non perterritus auctoritate Atheniensium, apud Thebanos dixit, Atheniensis arcis propylæa transferenda esse ad Cadmeæ frontispicium. » (106) Hæc me dicente, maxima voce exclamat Demosthenes, ut sciunt omnes collegæ: nam præter cetera mala, etiam Bœotiis favet. Hæc vero ab isto afferebantur: « Homo iste est tumultus et audaciæ plenus. Ego vero me fateor esse mollem, et pericula, etiam dum longe absunt, per-

πόρρωθεν δεδιέναι, ἀπαγορεύω μέντοι μὴ συνταράττειν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλας τὰς πόλεις, τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν ἡμᾶς τοὺς πρέσβεις μηδέν, τοῦτ' ἀγαθὸν ὑπολαμβάνων εἶναι. (107) Πορεύεται Φίλιππος εἰς Πύλας, ἐγὼ δὲ ἐγκαλύπτομαι. Οὐδείς με τῶν ὅπλων ἕνεκα τῶν Φιλίππου κρινεῖ, ἀλλ' ἂν εἴπω τι μὴ δέον ἢ πράξω τι τῶν μὴ προστεταγμένων. » Πέρας δὲ τοῦ πράγματος ἐψηφίσαντο οἱ συμπρέσβεις, κατ' ἄνδρα ἐπερωτώμενος ἕκαστος ἡμῶν, ὅ τι νομίζει συμφέρειν, τοῦτο λέγειν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς συμπρέσβεις καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν λέγε.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

108. Ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, συνελέχθησαν μὲν εἰς Πέλλαν αἱ πρεσβεῖαι, παρῆν δὲ ὁ Φίλιππος καὶ τοὺς Ἀθηναίων πρέσβεις ὁ κῆρυξ ἐκάλει, πρῶτον μὲν παρῄειμεν οὐ καθ' ἡλικίαν ὥσπερ ἐν τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ, ὃ παρά τισιν εὐδοκίμει καὶ κόσμος εἶναι τῆς πόλεως ἐφαίνετο, ἀλλὰ κατὰ τὴν Δημοσθένους ἀναισχυντίαν. Φάσκων γὰρ νεώτατος εἶναι πάντων, τὴν τάξιν τοῦ πρῶτος λέγειν οὐκ ἂν ἔφη παραλιπεῖν, οὐδ' ἐπιτρέψειν τινί (αἰνιττόμενος εἰς ἐμέ) προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα τοῖς ἄλλοις λόγον μὴ καταλιπεῖν. (109) Ἀρξάμενος δὲ τοῦ λέγειν, διαβολήν τινα ὑπειπὼν κατὰ τῶν συμπρέσβεων, ὡς οὐχ ἅπαντες ὑπὲρ τῶν αὐτῶν οὐδ' ὅμοιοι ταῖς δόξαις ἥκομεν, διεξῄει τὰς ὑπηρεσίας τὰς ὑπηργμένας εἰς Φίλιππον αὐτῷ, πρώτην μὲν τὴν ἐν τῷ ψηφίσματι τοῦ Φιλοκράτους συνηγορίαν, ὅτε ἔφευγε παρανόμων, ἐξεῖναι γράψας Φιλίππῳ πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους ὑπὲρ εἰρήνης πέμπειν· δεύτερον δὲ ὑπανέγνω τὸ ψήφισμα ὃ γεγραφὼς αὐτὸς ἦν, σπείσασθαι τῷ κήρυκι καὶ τῇ παρὰ Φιλίππου πρεσβείᾳ, τρίτον δὲ τὸ περὶ τοῦ βουλεύσασθαι τὸν δῆμον ὑπὲρ εἰρήνης ἐν τακταῖς ἡμέραις. (110) Καὶ προσέθηκέ τι τοιοῦτον ἐνθύμημα τῷ λόγῳ, ὅτι πρῶτος ἐπιστομίσαι τοὺς τὴν εἰρήνην ἐκκλείοντας, οὐ τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τοῖς χρόνοις. Ἔπειθ' ἕτερον ἐπήγετο ψήφισμα, τὸ καὶ περὶ συμμαχίας βουλεύσασθαι τὸν δῆμον, καὶ μετὰ ταῦτ' ἤδη τὸ περὶ τῆς προεδρίας τῆς εἰς τὰ Διονύσια τοῖς πρέσβεσι τοῖς Φιλίππου ψήφισμα. (111) Καὶ προσέθηκε τὴν ἐπιμέλειαν τὴν ἐπ' αὐτοὺς καὶ προσκεφαλαίων θέσιν καὶ φυλακάς τινας καὶ ἀγρυπνίας διὰ τοὺς φθονοῦντας καὶ βουλομένους εἰς τὴν αὐτοῦ φιλοτιμίαν ὑβρίσαι, καὶ τά γε δὴ καταγέλαστα παντελῶς, ἐφ' οἷς οἱ συμπρέσβεις ἐνεκαλύψαντο, ὡς ἐξένισε τοὺς πρέσβεις τοὺς Φιλίππου, ὡς ἐμισθώσατ' αὐτοῖς, ὅτ' ἀπῄεσαν, ὀρικὰ ζεύγη καὶ συμπαρῄει ἐφ' ἵππου, οὐ καταδὺς εἰς τὸ σκότος ὥσπερ ἕτεροί τινες, ἀλλὰ φανερῶς ἐπιδεικνύμενος τὴν τῶν πραγμάτων θεραπείαν. (112) Ἐκεῖνα δὲ δὴ καὶ σφόδρα διωρθοῦτο· « Οὐκ εἶπον ὡς καλὸς εἶ· γυνὴ γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶ κάλλιστον· οὐδ' ὡς δεινὸς συμπιεῖν, σπογγιᾶς τὸν ἔπαινον ὑπολαμβάνων τοῦτον εἶναι· οὐδ' ὡς μνημονικὸς εἶ, σοφιστοῦ τὰ τοιαῦτα νομίζων ἐργολαβοῦντος ἐγκώμια εἶναι. » Ἵνα

timescere. Cavendum dico, ne nos urbes inter se committamus : atque id e re nostra esse puto, ne quid nos legati temere moveamus. (107) Proficiscitur Philippus ad Pylas? Ego me abscondo. Nemo me propter arma Philippi in judicium adducet, sed si quid dixero, quod non oportet, aut si quid egero, quod in mandatis non accepi. » Ut rem finiam, decreverunt collegæ, ut viritim quisque sententiam rogatus, quod e republica esse putaret, id diceret. Hæc ut a me vere dici constet, voca mihi collegas, eorumque recita testimonium.

TESTIMONIUM.

108. Postquam igitur legationes Pellam convenerant, ac Philippus aderat, et præco legatos Atheniensium vocabat, primum processimus, non observata ætate, ut in priore legatione, quod apud quosdam celebrabatur et ornamentum civitatis putabatur, sed pro Demosthenis impudentia. Nam quum se omnium natu minimum esse profiteretur, primas dicendi partes se nemini concessurum affirmabat, neque commissurum, ut quidam (me innuens), Philippi auribus occupatis, dicendi vices aliis præriperet. (109) Ut autem exorsus est, cum quadam collegarum criminatione, quos neque omnes iisdem de rebus, neque consentientibus animis adesse significabat, sua officia Philippo præstita commemorabat : primum, ut Philocratis decreto suffragatus esset, violatarum legum accusati, quum is scripsisset, licere Philippo legatos de pace Athenas mittere; deinde recitavit decretum quod ipse scripserat, pacem faciendam cum caduceatore et legatis a Philippo missis; denique illud, ut populus intra certos dies de pace deliberaret. (110) Ac talem verbis suis significationem interjecit, se primum iis, qui pacem excluderent, os obturasse, non verbis, sed temporibus. Deinde aliud decretum adduxit, quo scripsisset, deliberandum esse populo de ineunda societate. Post aliud decretum de Philippi legatis, principem eis locum dandum Bacchanalibus. (111) Et adjecit, quantæ sibi curæ illi fuissent, ut cervicalia apponi curasset, suamque custodiam et vigilias commemoravit, propter invidos, qui splendorem suum contumeliis afficere cupivissent. Adjecit illa etiam maxime ridenda, quorum collegas ita pudebat, ut faciem obtegerent : ut Philippi legatos hospitio excepisset, ut eis discessuris bigas mulorum conduxisset, et equo eos comitatus esset, non in tenebras demersus, ut alii quidam, sed aperte ostendisset observantiam et studium suum. (112) Illa vero demum vehementer etiam corrigebat, se non dixisse Philippum esse formosum; nihil enim esse muliere formosius : neque potando eum valere; quod eam laudem spongiæ esse existimaret : neque memoria pollere; quod eam putaret rhetoris mercenarii esse commendationem. Ne longum faciam, ejusmodi

δὲ μὴ μακρολογῶ, τοιαῦτ' ἦν ἃ ἔλεγε παρόντων τῶν πρέσβεων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, ἐφ' οἷς γέλωτες οὐχ οἱ τυχόντες ἐγένοντο. (113) Ἐπειδὴ δέ ποτ' ἐπαύσατο καὶ σιωπὴ ἐγένετο, ἠναγκαζόμην ἐγὼ λέγειν μετὰ τοιαύτην ἀπαιδευσίαν καὶ κολακείας
43 αἰσχρᾶς ὑπερβολήν. Καὶ μικρὰ προεῖπον ἐξ ἀνάγκης πρὸς τὴν προειρημένην κατὰ τῶν συμπρέσβεων ὑπ' αὐτοῦ διαβολήν, λέγων ὅτι πέμψειαν ἡμᾶς Ἀθηναῖοι πρέσβεις οὐχ ἀπολογησομένους ἐν Μακεδονίᾳ περὶ ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλ' οἴκοθεν ἐκ τοῦ βίου δεδοκιμασμένους ἀξίους τῆς πόλεως εἶναι. (114) Βραχέα δ' ὑπὲρ τῶν ὅρκων προειπὼν ἐφ' οὓς ἥκομεν ἀποληψόμενοι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἃ προσετάξατε ὑμεῖς διεξῄειν· ὁ γὰρ περιττὸς κἀν τοῖς λόγοις δεινὸς Δημοσθένης οὐδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐμνήσθη· καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς εἰς Πύλας στρατείας εἶπον καὶ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ περὶ Δελφῶν καὶ περὶ τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ μάλιστα μὲν Φίλιππον ἠξίουν μὴ μεθ' ὅπλων, ἀλλὰ μετὰ ψήφου καὶ κρίσεως τἀκεῖ καθιστάναι, εἰ δ' ἄρα μὴ δυνατὸν εἴη (τοῦτο δ' ἦν πρόδηλον· τὸ γὰρ στρατόπεδον παρῆν καὶ συνήθροιστο), εἶπον ὅτι τὸν μέλλοντα ὑπὲρ Ἑλληνικῶν ἱερῶν βουλεύεσθαι πολλὴν προσήκει πρόνοιαν ὑπὲρ εὐσεβείας ἔχειν καὶ τοῖς περὶ τῶν πατρίων ἐγχειροῦσι διδάσκειν προσέχειν τὸν νοῦν. (115) Ἅμα δ' ἐξ ἀρχῆς διεξῆλθον τὴν κτίσιν τοῦ ἱεροῦ καὶ τὴν πρώτην σύνοδον γενομένην τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τοὺς ὅρκους αὐτῶν ἀνέγνων, ἐν οἷς ἔνορκον ἦν τοῖς ἀρχαίοις μηδεμίαν πόλιν τῶν Ἀμφικτυονίδων ἀνάστατον ποιήσειν μηδ' ὑδάτων ναματιαίων εἴρξειν μήτ' ἐν πολέμῳ μήτ' ἐν εἰρήνῃ, ἐὰν δέ τις ταῦτα παραβῇ, στρατεύσειν ἐπὶ τοῦτον καὶ τὰς πόλεις ἀναστήσειν, καὶ ἐάν τις ἢ συλᾷ τὰ τοῦ θεοῦ ἢ συνειδῇ τι ἢ βουλεύσῃ τι κατὰ τῶν ἱερῶν, τιμωρήσειν καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει· καὶ προσῆν τῷ ὅρκῳ ἀρὰ ἰσχυρά. (116) Τούτων δὲ ἀναγνωσθέντων ἀπεφηνάμην ὅτι ἐμοὶ δοκεῖ δίκαιον εἶναι μὴ περιορᾶν κατεσκαμμένας τὰς ἐν Βοιωτοῖς πόλεις. Ὅτι δ' ἦσαν Ἀμφικτυονίδες καὶ ἔνορκοι, κατηριθμησάμην ἔθνη δώδεκα τὰ μετέχοντα τοῦ ἱεροῦ, Θετταλούς, Βοιωτούς (οὐ Θηβαίους μόνους), Δωριέας, Ἴωνας, Περραιβούς, Μάγνητας, [Δόλοπας,] Λοκρούς, Οἰταίους, Φθιώτας, Μαλιεῖς, Φωκεῖς. Καὶ τούτων ἔδειξα ἕκαστον ἔθνος ἰσόψηφον γινόμενον, τὸ μέγιστον τῷ ἐλάττονι, τὸν ἥκοντα ἐκ Δωρίου καὶ Κυτινίου ἴσον δυνάμενον Λακεδαιμονίοις (δύο γὰρ ψήφους ἕκαστον φέρει ἔθνος), πάλιν ἐκ τῶν Ἰώνων τὸν Ἐρετριέα καὶ Πριηνέα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταὐτά. (117) Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς στρατείας ταύτης ὁσίαν καὶ δικαίαν ἀπεφηνάμην εἶναι· συλλεγέντων δὲ τῶν Ἀμφικτυόνων εἰς τὸ ἱερὸν καὶ τυχόντων σωτηρίας καὶ ψήφου τοὺς αἰτίους τῆς ἐξ ἀρχῆς καταλήψεως τοῦ ἱεροῦ δίκης ἠξίουν τυχεῖν, μὴ τὰς πατρίδας αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς χειρουργήσαντας καὶ βουλεύσαντας, τὰς δὲ πόλεις παρεχούσας εἰς κρίσιν τοὺς ἀδικήσαντας ἀζημίους εἶναι. « Εἰ δ' ἐπεξελθὼν δυνάμει βεβαιώσεις τὰ Θη-

erant ea quæ dicebat, præsentibus legatis, ut breviter complectar, totius Græciæ, unde risus maximus concitabatur. (113) Ut autem aliquando finierat, factoque silentio, ego post tantam rusticitatem et tam insignem adulationem dicere cogebar, necessario pauca præfatus sum de calumnia collegis facta : missos esse nos ab Atheniensibus legatos, non ut in Macedonia causam ipsi diceremus, sed domi judicio de nobis facto, quod digni essemus civitate. (114) Pauca item de jurejurando sum præfatus, cujus exigendi gratia venissemus, ceterasque res, quas nobis mandaveratis, exposui — nam copiosus et eloquentia præstans Demosthenes nullius rei necessariæ meminerat —, itaque et de expeditione ad Pylas feci mentionem, et de sacris, et de Delphis et Amphictyonibus; in primis autem a Philippo petii, ut res eas non vi et armis, sed suffragio et judicio constitueret. Quodsi fieri non posset — ut dubium non erat, quum exercitus convenisset, atque in procinctu staret —, dicebam, ei, qui de sacris Græcanicis deliberaturus esset, magnam religionis curam esse suscipiendam, et iis, qui de patriis ritibus docere vellent, auscultandum. (115) Eademque opera a primordio commemorabam, ut templum ædificatum esset, ut Amphictyones principio convenissent, eorumque jusjurandum recitabam, quo veteres obstricti essent, se nullam urbem Amphictyonicam eversuros, neque aqua profluente prohibituros, sive pace sive bello; quodsi quis contra fecisset, ei se bellum illaturos, et urbes eorum excisuros. Si quis vero Apollinem vel spoliaret, vel conscius esset illius injuriæ, vel consilium daret contra templum, eum se ulturos et pede et manu et voce et omnibus viribus. Annexam etiam esse jurijurando atrocem exsecrationem. (116) His recitatis, pronuntiabam justum videri mihi, ne Bœotias urbes eversas jacere pateremur, ut quæ et Amphictyonicæ essent, et jurejurando comprehensæ. Enumerabam porro gentes duodecim, quæ templi participes essent, Thessalos, Bœotios (non Thebanos solos), Dorienses, Ionas, Perrhæbos, Magnetes, [Dolopes,] Locrenses, Œtæos, Phthiotas, Malienses, Phocenses : et harum gentium unamquamque demonstrabam par suffragii jus habere, maximam idem quod minimam, eum qui venisset Dorio et Cytinio, tantum valere quantum Lacedæmonios (binum enim quamque gentem suffragium ferre); ex Ionibus item Eretriensem et Prienensem, quantum Athenienses, ac ceteros eodem modo. (117) Principium igitur expeditionis illius pronuntiabam oportere justum esse. Ubi ergo Amphictyones in templo convenissent, ac securitatem et suffragium adepti essent, eos qui auctores fuissent templi principio occupandi, in judicium adducendos censebam, non patrias eorum, sed eos ipsos qui manum admovissent et consilium dedissent, urbes autem, quæ facinorosos exhibuissent, indemnes esse oportere. « Sin armis rem executus, injurias Thebanorum confirmabis, ab iis

βαίων ἀδικήματα, παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς οὐκ ἀπολήψῃ χάριν (οὐ γὰρ ἂν δύναιο αὐτοὺς τηλικαῦτα εὐεργετῆσαι ἡλίκα Ἀθηναῖοι πρότερον, ὧν οὐ μέμνηνται), οὓς δ' ἐγκαταλείψεις, ἀδικήσας χρήσῃ ἐχθροῖς μείζοσιν, ἀλλ' οὐ φίλοις. »

118. Ἵνα δὲ μὴ διατρίβω τοὺς ἐκεῖ λόγους ῥηθέντας νῦν πρὸς ὑμᾶς ἀκριβῶς διεξιών, ἐν κεφαλαίῳ περὶ πάντων εἰπὼν παύσομαι. Ἡ μὲν τύχη καὶ Φίλιππος ἦσαν τῶν ἔργων κύριοι, ἐγὼ δὲ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας καὶ τῶν λόγων. Παρ' ἐμοῦ μὲν οὖν ἐρρήθη τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῖν, ἀπέβη δὲ οὐχ ὡς ἡμεῖς ηὐχόμεθα, ἀλλ' ὡς Φίλιππος ἔπραξε. Πότερον οὖν ὁ μηδὲν προθυμηθεὶς ἐργάσασθαι ἀγαθὸν δίκαιός ἐστιν εὐδοξεῖν, ἢ ὁ μηδὲν ὧν ἦν δυνατὸς ἐλλείπων; Ἐν δὲ τῷ παρόντι νυνὶ πολλὰ διὰ τὸν καιρὸν παραλείπω.

119. Εἶπε δὲ ὡς ἐψευδολόγουν φάσκων ὀλίγων ἡμερῶν τὰς Θήβας ἔσεσθαι ταπεινάς, καὶ τοὺς Εὐβοέας ὡς ἐφόβουν προάγων εἰς ἐλπίδας τινὰς ὑμᾶς. Ὃ δὲ ποιεῖ, καταμάθετε, ὦ Ἀθηναῖοι. Ἐγὼ γὰρ παρὰ Φιλίππῳ μὲν ὢν ἠξίωσα, πρὸς δ' ὑμᾶς ἥκων ἀπήγγελλον
44 ὅτι τὰς Θήβας Βοιωτίαν δίκαιον ἡγοίμην εἶναι καὶ μὴ τὴν Βοιωτίαν Θήβας. Τοῦτο οὐκ ἀπαγγεῖλαι, ἀλλ' ὑποσχέσθαι μέ φησιν. (120) Ἔλεγον δὲ πρὸς ὑμᾶς ὅτι Κλεοχάρης ὁ Χαλκιδεὺς θαυμάζειν ἡμῶν καὶ Φιλίππου φαίη τὴν ἐξαίφνης ὁμόνοιαν, ὡς καὶ τὸ προστεταγμένον ἡμῖν, πράττειν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν δυνώμεθα, ἐν τῷ ψηφίσματι· τοὺς γὰρ μικροπολίτας, ὥσπερ αὐτούς, φοβεῖν τὰ τῶν μειζόνων ἀπόρρητα. Ταῦτα οὐ διηγήσασθαί μέ φησιν, ἀλλ' ἐπηγγέλθαι τὴν Εὔβοιαν παραδώσειν. Ἐγὼ δὲ ὑπειλήφειν δεῖν τὴν πόλιν τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων μέλλουσαν βουλεύεσθαι μηδενὸς λόγου Ἑλληνικοῦ ἀνήκοον εἶναι.

121. Διέβαλλε δὲ κἀκεῖνον διαιρούμενος τὸν λόγον, ὡς ἀπαγγέλλειν τἀληθῆ βουλόμενος ὑπ' ἐμοῦ καὶ Φιλοκράτους κωλυθείη. Ἐγὼ δ' ὑμᾶς ἡδέως ἂν ἐροίμην εἴ τις πώποτε Ἀθηναίων πρεσβευτὴς ἐκπεμφθεὶς ἐφ' οἷς πεπρέσβευκε κεκώλυται πρὸς τὸν δῆμον ἀπαγγέλλειν, καὶ ταῦτα παθὼν καὶ ἀτιμασθεὶς ὑπὸ τῶν συμπρέσβεων τούτους ἔγραψεν ἐπαινέσαι καὶ καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον. Δημοσθένης τοίνυν ἥκων ἀπὸ τῆς ὑστέρας πρεσβείας, ἐν ᾗ φησι τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἀνατραπῆναι, οὐκ ἐν τῷ ψηφίσματι μόνον ἡμᾶς ἐπῄνει, (122) ἀλλ' ἀπαγγείλαντος πρὸς τὸν δῆμον ἐμοῦ τοὺς περὶ τῶν Ἀμφικτυόνων λόγους καὶ Βοιωτῶν, οὐχ ὥσπερ νῦν συντέμνοντος οὐδ' ἐπειγομένου, ἀλλ' ὡς ἐδυνάμην κατὰ ῥῆμα ἀκριβέστατα, καὶ τοῦ δήμου σφόδρα ἀποδεχομένου, παρακληθεὶς ὑπ' ἐμοῦ μετὰ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων, καὶ διερωτώμενος εἰ τἀληθῆ καὶ ταὐτὰ ἀπαγγέλλω πρὸς Ἀθηναίους ἅπερ πρὸς Φίλιππον εἶπον, πάντων μαρτυρούντων καὶ ἐπαινούντων με τῶν συμπρέσβεων ἐπαναστὰς ἐπὶ πᾶσιν οὐκ ἔφη με, ὥσπερ ἐκεῖ εἶπον, οὕτως ἐν τῷ παρόντι λέγειν, ἀλλ' ἐκεῖ διπλασίως ἄμεινον. Καὶ τούτων ὑμεῖς οἱ τὴν ψῆφον μέλλοντες φέρειν ἐστέ μοι μάρτυρες. (123) Καίτοι τίς ἂν αὐτῷ καλλίων κα-

quos juveris gratiæ non referentur (neque enim tanta in eos possis conferre beneficia, quanta olim contulerunt Athenienses, quorum illi immemores sunt); quos vero deserueris, eos injuria affectos hostes potius majores, quam amicos habebis. »

118. Ne vero sermonibus illic habitis accurate apud vos commemorandis immorer, ubi summatim de omnibus dixero, desinam. Penes fortunam et Philippum rerum gerendarum fuit auctoritas; penes me, benevolentiæ erga vos et orationis habendæ potestas. Ea porro a me dicta sunt, quæ dici fuit æquum, quæque e re vestra fuerunt: eventus autem is consecutus est, qui non optatis nostris, sed Philippi actis respondit. Utrum igitur æquius est auctoritate florere, eumne, qui ne studuit quidem commodare quicquam, an eum, qui nihil quod potuit prætermisit? Nunc autem, propter tempora, multa prætermitto.

119. Dixit autem, mentitum esse me, quum profiterer intra paucos dies Thebas fore humiles; et me Eubœensibus terrorem incussisse, quum vos spe aliqua producerem. Quid autem faciat, cognoscite, Athenienses. Ego dum apud Philippum essem, petii, quum ad vos reverterer, renuntiavi, censere me, esse æquum ut Thebæ essent Bœotiæ, non, ut Bœotia Thebarum esset. Hoc iste me non renuntiasse, sed promisisse ait. (120) Dixi autem apud vos, Cleocharem Chalcidensem dixisse, mirari se vestram et Philippi subitam concordiam, atque illam etiam mandatorum nostrorum ex decreto clausulam, agendum esse nobis quicquid præterea possimus boni. Nam qui parvorum, ut ipsi, oppidorum essent cives, iis terrori esse arcana majorum civitatum. Hæc iste me non renuntiasse ait, sed promisisse, Philippum vobis Eubœam traditurum. Ego vero in ea eram opinione, urbem de summa rerum deliberaturam, nullam non a Græcis habitam orationem audire oportere.

121. Illam etiam orationem insidiosa distinctione calumniatus est, se, vera renunciaturum, a me et Philocrate esse prohibitum. Ego vero vos rogatos volo, an unquam quisquam Atheniensium legatus prohibitus fuerit, quominus acta sua populo renuntiaret, idque per collegas, et ab iisdem contumeliis affectus, tamen scripserit, eos laudandos et ad cœnam invitandos. Demosthenes autem a posteriore legatione reversus, qua statum Græciæ queritur eversum, non decreto dumtaxat nos laudavit, (122) sed quum apud populum renuntiassem habitam de Amphictyonibus orationem, deque Bœotiis, non per compendium et festinationem, ut nunc, sed quam accuratissime potui, totidem verbis, eamque populus vehementer approbasset, advocatus a me et collegis, et accurate rogatus de singulis, utrum vera et eadem renuntiarem apud Athenienses, quæ apud Philippum dixissem, omnibus legatis attestantibus et me collaudantibus, surrexit post omnes, et dixit, me non, quemadmodum in præsentia dicerem, tunc etiam dixisse, sed illic duplo melius. Horum vos, qui suffragia feretis, testimonium mihi perhibebitis (123) Enimvero quæ pulchrior ei dari potuit occasio redar-

ρὸς ἐγένετο ἢ τότ' ἐξελέγχειν εὐθύς, εἴ τι τὴν πόλιν ἐξηπάτων; Φῂς γάρ με ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πρεσβείᾳ λαθεῖν σαυτὸν συνεστηκότα ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐν δὲ τῇ ὑστέρᾳ αἰσθέσθαι, ἐν ᾗ συναγορεύων μοι φαίνῃ. Κἀκείνης μὲν ἅμα κατηγορῶν οὐ φῂς κατηγορεῖν, τῆς δ' ἐπὶ τοὺς ὅρκους κατηγορεῖς. Καίτοι εἰ τὴν εἰρήνην ψέγεις, σὺ καὶ τὴν συμμαχίαν ἔγραψας· καὶ Φίλιππος εἴ τι τὴν πόλιν ἐξηπάτα, διὰ τοῦτο ἐψεύδετο, ὅπως τῆς εἰρήνης ἧπερ συνέφερεν αὐτῷ τύχοι. Οὐκοῦν ἡ μὲν προτέρα πρεσβεία τὸν καιρὸν τοῦτον εἶχεν, ἡ δ' ὑστέρα ἐπὶ πεπραγμένοις ἐγίνετο.

124. Τίνες οὖν ἦσαν αἱ ἀπάται; ταῦτα γὰρ τοῦ γόητος ἀνθρώπου ἐξ ὧν εἴρηκε λογίσασθε. Εἰσπλεῖν μέ φησιν ἐν μονοξύλῳ πλοίῳ κατὰ τὸν Λυδίαν ποταμὸν τῆς νυκτὸς ὡς Φίλιππον, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν δεῦρο ἐλθοῦσαν Φιλίππῳ γράψαι. Ὁ μὲν γὰρ Λεωσθένης, ὁ φεύγων ἐνθένδε διὰ τοὺς συκοφάντας, οὐ δυνατὸς ἦν ἐπιδεξίως ἐπιστολὴν γράψαι, ὃν οὐκ ὀκνοῦσί τινες ἀποφαίνεσθαι μετὰ Καλλίστρατον τὸν Ἀφιδναῖον τῶν ἄλλων μάλιστα εἰπεῖν δύνασθαι· (125) οὐδ' αὐτὸς ὁ Φίλιππος, πρὸς ὃν ἀντειπεῖν Δημοσθένης ὑπὲρ ὑμῶν οὐκ ἠδυνήθη· οὐδ' ὁ Βυζάντιος Πύθων, ἄνθρωπος περὶ τὸ γράφειν λόγους μέγα φρονῶν· ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ πρᾶγμα ἐμοῦ προσεδεῖτο. Καὶ λέγεις μὲν ὅτι Φιλίππῳ μεθ' ἡμέραν πολλάκις μόνος μόνῳ διελεγόμην, αἰτιᾷ δὲ εἰσπλεῖν με νύκτωρ κατὰ τὸν ποταμόν· οὕτω νυκτερινῆς ἐπιστολῆς τὸ πρᾶγμα ἐδεῖτο. (126) Ὅτι δ' οὐδὲν ἀληθὲς λέγεις, ἥκουσι μὲν μαρτυρήσοντες μεθ' ὧν συνεσίτουν, Ἀγλαοκρέων ὁ Τενέδιος καὶ Ἰατροκλῆς ὁ Πασιφῶντος, μεθ' ὧν ἑξῆς ἅπαντα τὸν χρόνον τὰς νύκτας ἀνεπαυόμην, οἳ συνίσασιν ἐμοὶ μηδεμίαν πώποτε ἀπ' αὐτῶν νύκτα ἀπογενομένῳ, μηδὲ μέρος νυκτός· ἄγωμεν δὲ καὶ τοὺς οἰκέτας καὶ παραδιδῶμεν εἰς βάσανον. Καὶ τὸν μὲν λόγον, εἰ συγχωρήσει ὁ κατήγορος, καταλύω· παρέσται δὲ ἤδη ὁ δήμιος καὶ βασανιεῖ ἐναντίον ὑμῶν, ἂν κελεύητε. Ἐνδέχεται δὲ τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας ταῦτα πρᾶξαι· πρὸς ἕνδεκα γὰρ ἀμφορέας ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ κρίνομαι. (127) Κἂν φῶσιν ἀπόκοιτόν με τουτωνὶ πώποτε τῶν συσσίτων βασανιζόμενοι γεγονέναι, μή φείσησθέ μου, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἀναστάντες ἀποκτείνατε. Ἐὰν δ' ἐξελεγχθῇς ψευδόμενος, Δημόσθενες, τοιαύτην δίκην δός· ὁμολόγησον ἀνδρόγυνος εἶναι καὶ μὴ ἐλεύθερος ἐναντίον τούτων. Κάλει μοι τοὺς οἰκέτας δεῦρο ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ τὴν τῶν συμπρέσβεων ἀναγίνωσκε μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ. ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.

128. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ δέχεται τὴν πρόκλησιν οὐδ' ἄν φησιν ἐν βασάνοις ἀνδραπόδων γενέσθαι, λαβέ μοι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, ἣν ὁ Φίλιππος ἔπεμψε. Δῆλον γὰρ ὅτι μεγάλα τὴν πόλιν παραλογίζεται, δι' ἣν ἠγρυπνοῦμεν γράφοντες.

guendi mei, quam tum statim, si qua in re urbem decipiebam? Ais, prima legatione te non animadvertisse meam contra rempublicam conspirationem, sed in posteriore intellexisse, in qua te patrocinari mihi constat. Et quum illam interim accuses, accusationem tamen dissimulas : hanc vero accusas, qua jusjurandum exegimus. Atqui si pacem vituperas, tu etiam societatem decrevisti. Et Philippus, si qua in re urbem decipiebat, propterea mentiebatur, ut eam consequeretur pacem, quæ e re sua esset. Hæc igitur ratio prioris legationis fuit : posterior autem, rebus jam confectis facta est.

124. Quæ igitur in ea fraudes fuerunt? nam quantus iste sit impostor, ex ejus oratione colligitur. Ait, me noctu per Lydiam amnem celoce ad Philippum trajecisse, et literas quæ huc missæ sunt, Philippo scripsisse. Nimirum Leosthenes, qui propter calumniatores urbe exulat, non satis habuit dexteritatis ad scribendas literas; quamvis sint qui dicant, eum post Callistratum Aphidnæum omnium esse eloquentissimum; (125) neque ipse Philippus contra quem vos Demosthenes defendere non potuit; neque Byzantius Pytho, homo qui scribendi artem laudi sibi ducit : sed mea scilicet opera ad rem conficiendam opus erat Alias dicis, me sæpe interdiu solum cum solo Philippo esse collocutum; alias criminaris, me noctu fluvium trajecisse : usque adeo nocturnis literis fuit opus. (126) Te autem nihil dicere veri, adsunt qui testentur, ii cum quibus victu communi sum usus, Aglaocreo Tenedius, et Iatrocles Pasiphontis filius, cum quibus omni tempore continenter singulis noctibus dormivi, qui conscii sunt, me nullam unquam noctem aut noctis partem a se abfuisse. Adducimus etiam famulos, et ad quæstionem damus, ac orationem, si concesserit accusator, omitto. Adesto autem carnifex jam, et coram vobis torqueat, si jusseritis. Satis adhuc diei reliquum est ad hæc peragenda : nam distributo diei tempore, ad undecim aquæ amphoras accusor. (127) Quodsi in quæstione dixerint, me unquam ab his convictoribus ullam noctem abfuisse, ne parcitote mihi, Athenienses, sed surgite, meque occiditote. Sin tu, Demosthenes, mendacii convictus fueris, has dato pœnas : confitere coram his, et semivirum esse, et non ingenuum. Accerse mihi servos huc ad tribunal, et collegarum recita testimonium.

TESTIMONIUM. PROVOCATIO.

128. Quando autem provocationem repudiat, neque se commissurum ait, ut ipse pendeat e mancipiorum quæstione : cape has literas, quas Philippus misit. Nimirum fieri non potest quin magnis in rebus civitatem decipiant literæ, ob quas scribendas nobis lucubrandum fuit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

129. Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὅτι « τοὺς ὅρκους ἀπέδωκα » φησὶ « τοῖς ὑμετέροις πρέσβεσι, » καὶ τῶν συμμάχων τῶν ἑαυτοῦ τοὺς παραγενομένους κατ' ὄνομα γέγραφε, καὶ αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, τοὺς δ' ὑστερήσαντας τῶν συμμάχων ἀποστελεῖν φησι πρὸς ὑμᾶς. Ταῦτ' οὖν οὐκ ἂν οἴεσθε δύνασθαι γράψαι Φίλιππον μεθ' ἡμέραν ἄνευ ἐμοῦ;

130. Ἀλλ' ἔμοιγε νὴ τοὺς θεοὺς οὑτοσὶ δοκεῖ τοῦτο μόνον λογίζεσθαι, ὅπως μεταξὺ λέγων εὐδοκιμήσει· εἰ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν δόξει πονηρότατος τῶν Ἑλλήνων εἶναι, οὐδὲ μικρὸν φροντίζει. Τί γὰρ ἄν τις τοιούτῳ πιστεύσειεν ἀνθρώπῳ, ὃς ἐγκεχείρηκε λέγειν ὡς Φίλιππος οὐ τοῖς αὑτοῦ στρατηγήμασιν, ἀλλὰ ταῖς ἐμαῖς δημηγορίαις εἴσω Πυλῶν παρῆλθε; Καὶ λογισμόν τινα ἡμερῶν συνηριθμεῖτο πρὸς ὑμᾶς ἐν αἷς ἐγὼ μὲν ἀπήγγελλον τὴν πρεσβείαν, οἱ δὲ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου δρομοκήρυκες τἀνθένδε ἐκεῖσε διήγγελλον, πιστεύσαντες δὲ οἱ Φωκεῖς ἐμοὶ εἴσω Πυλῶν αὐτὸν παρεδέξαντο καὶ τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν παρέδοσαν. (131) Ταῦτα μὲν οὖν ὁ κατήγορος μεμηχάνηται, τὰ δ' ἐν Φωκεῦσι διεφθάρη πράγματα πρῶτον μὲν διὰ τὴν τύχην, ἣ πάντων ἐστὶ κυρία, ἔπειτα διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ τὸν δεκαετῆ πόλεμον. Τὸ γὰρ αὐτὸ ηὔξησέ τε τῶν ἐν Φωκεῦσι τυράννων τὰ πράγματα καὶ καθεῖλε· κατέστησαν μὲν γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν τολμήσαντες τῶν ἱερῶν χρημάτων ἅψασθαι καὶ διὰ ξένων τὰς πολιτείας μετέστησαν, κατελύθησαν δ' ἀπορίᾳ χρημάτων, ἐπειδὴ κατεμισθοφόρησαν τὰ ὑπάρχοντα. (132) Τρίτον δ' αὐτοὺς καθεῖλεν ἡ τοῖς ἀπορουμένοις στρατοπέδοις συνήθως παρακολουθοῦσα στάσις, τέταρτον δ' ἡ Φαλαίκου περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι πραγμάτων ἄγνοια. Ἡ μὲν γὰρ Θετταλῶν καὶ Φιλίππου στρατεία πρόδηλος ἦν, οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ πρότερον πρὶν ἢ τὴν πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην γενέσθαι πρέσβεις πρὸς ὑμᾶς ἦλθον ἐκ Φωκέων, βοηθεῖν αὐτοῖς κελεύοντες καὶ ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν Ἄλπωνον καὶ Θρόνιον καὶ Νίκαιαν, τὰ τῶν παρόδων τῶν εἰς Πύλας χωρία κύρια. (133) Ψηφισαμένων δ' ὑμῶν παραδοῦναι Προξένῳ τῷ στρατηγῷ τοὺς Φωκέας ταῦτα τὰ χωρία καὶ πεντήκοντα πληροῦν τριήρεις καὶ τοὺς μέχρι τριάκοντα ἔτη γεγονότας ἐξιέναι, ἀντὶ τοῦ παραδοῦναι τὰ χωρία Προξένῳ ἔδησαν οἱ τύραννοι τοὺς πρέσβεις τοὺς ἐπαγγελλομένους ὑμῖν παραδώσειν τὰ φυλακτήρια, καὶ τοῖς σπονδοφόροις τοῖς τὰς μυστηριώτιδας σπονδὰς ἐπαγγέλλουσι μόνοι τῶν Ἑλλήνων Φωκεῖς οὐκ ἐσπείσαντο. Καὶ πάλιν Ἀρχιδάμου τοῦ Λάκωνος παραλαμβάνειν ὄντος ἑτοίμου τὰ χωρία καὶ φυλάττειν, οὐκ ἐπείσθησαν, ἀλλ' ἀπεκρίναντο αὐτῷ τὰ τῆς Σπάρτης δεινὰ δεδιέναι καὶ μὴ τὰ παρ' αὑτοῖς. (134) Κἀνταῦθα οὔπω διελέλυσθε Φιλίππῳ, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ περί τε τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθε καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἠκούετε τῆς Προξένου ὅτι Φωκεῖς οὐ παραδεδώκασιν αὐτῷ τὰ χωρία, καὶ οἱ τὰ μυστήρια

LITERÆ.

129. Audite, Athenienses: « Dedi, ait, jusjurandum vestris legatis; » et socios suos qui adfuerint, nominatim quum ipsos, tum urbes eorum inscripsit, eos vero socios qui non adfuerint, pollicetur se ad vos missurum esse. Hæc ergo putatis Philippum non interdiu scribere potuisse sine me?

130. Sed ita me dii ament, isti non aliud curæ esse apparet, nisi ut interim dum verba facit, eloquentiæ gloriam consequatur; an vero paullo post omnium Græcorum improbissimus sit perhibendus, pro nihilo putat. Quid enim tali homini quisquam credat, qui dicere non veritus est, Philippum non suis artibus imperatoriis, sed meis concionibus intra Pylas penetrasse? Atque etiam numerum dierum iniit apud vos, intra quos ego legationem renuntiarim, et Phalæci, Phocensium tyranni, præcones cursorii decreta nostra illuc renuntiarint, et Phocenses me freti illum intra Pylas receperint, atque urbes suas ei tradiderint. (131) Et hæc quidem commentus est accusator, res autem Phocensium interierunt, primum per fortunam, quæ omnibus dominatur; deinde propter spatium temporis et decennale bellum — eadem enim res Phocensium tyrannorum opes et auxit et destruxit; nam imperium susceperunt, quum ausi essent sacram pecuniam invadere, et peregrinorum militum opera respublicas mutassent; tandem interierunt inopia pecuniæ, quum eam omnem in stipendia militum insumsissent —; (132) tertio loco eos evertit seditio, quæ exercitus penuria laborantes comitari solet; quarto loco Phalæci futurarum rerum ignoratio. Nam Thessalorum quidem et Philippi expeditio in conspectu erat, non multo autem ante quam pax vobiscum iniretur, legati Phocensium ad vos venerant, auxilia petentes, et vobis se tradituros pollicentes Alponum, Thronium et Nicæam, quæ loca qui obtinent transitu Pylarum potiuntur. (133) Quum vero vos decrevissetis, ea loca Proxeno duci vestro a Phocensibus tradenda esse, et quinquaginta triremes complendas, et iis qui intra trigesimum ætatis annum essent in aciem exeundum, tyranni ea loca Proxeno adeo non tradiderunt, ut legatos, qui se arces illas vobis tradituros promiserant, in vincula conjecerint, et cum fecialibus, qui mysteriorum Eleusiniorum inducias per Græciæ urbes annuntiabant, soli Græcorum Phocenses pacisci recusaverint. Deinde quum Archidamus Laco paratus esset loca illa accipere ac tueri, non assenserunt, sed ei responderunt, se Spartæ pericula timere et non sua ipsorum. (134) Eo autem tempore nondum inter vos et Philippum convenerat, sed eodem die et de pace deliberabatis, et Proxeni literas audiebatis, quibus significabatur, Phocenses loca illa non tradidisse, et ii qui mysteria

ἐπαγγέλλοντες μόνους τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπέφηναν
46 Φωκέας οὐ δεδεγμένους τὰς σπονδάς, ἀλλὰ καὶ τοὺς δεῦρο ἐληλυθότας πρέσβεις δεδηκότας. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς σπονδοφόρους καὶ τοὺς παρὰ Προξένου τοῦ στρατηγοῦ πρεσβεύσαντας εἰς Φωκέας, Καλλικράτην καὶ Μεταγένην. Καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἀκούσατε τῆς Προξένου.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

135. Ἀκούετε, ὦ Ἀθηναῖοι, τῶν χρόνων παραναγινωσκομένων ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων καὶ τῶν μαρτύρων ἡμῖν προσδιαμαρτυρησάντων, ὅτι πρὶν ἐμὲ χειροτονηθῆναι πρεσβευτὴν Φάλαικος ὁ τῶν Φωκέων τύραννος ὑμῖν μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις ἠπίστει, Φιλίππῳ δ' ἐπίστευεν.

136. Ἀλλ' οὗτος μόνος τὸ συμβησόμενον ἠγνόει; ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ δημοσίᾳ πῶς διέκεισθε; οὐ πάντες προσεδοκᾶτε Φίλιππον ταπεινώσειν Θηβαίους ὁρῶντα αὐτῶν τὴν θρασύτητα, καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι δύναμιν ἀνθρώπων ἀπίστων ἐπασκῆσαι; Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐ μεθ' ἡμῶν τἀναντία Θηβαίοις ἐπρέσβευον, καὶ τελευτῶντες προσέκρουον φανερῶς ἐν Μακεδονίᾳ καὶ διηπείλουν τοῖς τῶν Θηβαίων πρέσβεσιν; αὐτοὶ δὲ οὐχ ἠπόρουν καὶ ἐφοβοῦντο οἱ τῶν Θηβαίων πρέσβεις; Θετταλοὶ δὲ οὐ κατεγέλων τῶν ἄλλων, ὑπὲρ αὐτῶν φάσκοντες τὴν στρατείαν εἶναι; (137) τῶν δ' ἑταίρων τινὲς τῶν Φιλίππου οὐ διαρρήδην πρός τινας ἡμῶν ἔλεγον ὅτι τὰς ἐν Βοιωτοῖς πόλεις κατοικιεῖ Φίλιππος; Θηβαῖοι δ' οὐχ ἐξεληλύθεσαν πανδημεί, ἀπιστοῦντες τοῖς πράγμασιν; ὑμῖν δὲ ταῦθ' ὁρῶν οὐκ ἔπεμψεν ἐπιστολὴν ὁ Φίλιππος ἐξιέναι πάσῃ τῇ δυνάμει βοηθήσοντας τοῖς δικαίοις; οἱ δὲ νῦν πολεμικοὶ καὶ τὴν εἰρήνην ἀνανδρίαν καλοῦντες οὐ διεκώλυσαν ὑμᾶς ἐξελθεῖν, εἰρήνης καὶ συμμαχίας ὑμῖν γεγενημένης, δεδιέναι φάσκοντες μὴ τοὺς στρατιώτας ὑμῶν ὁμήρους λάβῃ Φίλιππος; (138) Πότερον οὖν ἐγὼ τοὺς προγόνους ἐκώλυσα τὸν δῆμον μιμεῖσθαι, ἢ σὺ καὶ οἱ μετὰ σοῦ συνεστηκότες ἐπὶ τὰ κοινά; καὶ πότερον ἦν ἀσφαλεστέρα καὶ καλλίων Ἀθηναίοις ἡ ἔξοδος ἡνίκα ἤκμαζον ἐν τῇ μανίᾳ Φωκεῖς, ἐπολέμουν δὲ Φιλίππῳ, εἶχον δὲ Ἄλπωνον καὶ Νίκαιαν οὔπω παραδόντος Φαλαίκου Μακεδόσι, τὰς σπονδὰς δέ, οἷς ἐμέλλομεν βοηθεῖν, τὰς μυστηριώτιδας οὐκ ἐδέχοντο, Θηβαίους δ' ὄπισθεν κατελείπομεν, μεταπεμπομένου μὲν Φιλίππου, ὅρκων δ' ἡμῖν καὶ συμμαχίας γεγενημένης, Θετταλῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἀμφικτυόνων στρατευόντων; (139) Οὐ πολλῷ καλλίων οὗτος ἦν ὁ καιρὸς ἐκείνου, ἐν ᾧ διὰ τὴν σὴν ἀνανδρίαν καὶ ἅμα φθόνον ἐσκευαγώγησαν ἐκ τῶν ἀγρῶν Ἀθηναῖοι, πρεσβεύοντος ἐμοῦ τὴν τρίτην ἤδη πρεσβείαν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων, ἐφ' ἣν τολμᾷς με λέγειν ὡς οὐ χειροτονηθεὶς ᾠχόμην, ἐχθρὸς δ' ὢν οὔπω καὶ τήμερον ἠθέληκάς με εἰσαγγεῖλαι παραπρεσβεύσασθαι; οὐ γὰρ δὴ φθονεῖς γέ μοι τῶν εἰς τὸ σῶμα τιμημάτων. (140) Τοιγάρτοι Θηβαίων μὲν παρακαθημένων καὶ δεομένων, τῆς δ' ἡμετέρας πό-

annuntiaverant, indicabant, solos inter ceteros Græcos Phocenses fœdus non admisisse, sed etiam legatos, qui huc profecti essent, in vincula conjecisse. Quæ ut vere a me dici constet, accerse feciales, et Callicratem ac Metagenem, quos Proxenus dux ad Phocenses legatos misit. Audite item literas Proxeni.

TESTIMONIA. LITERÆ.

135. Auditis, Athenienses, una etiam tempora recitari ex publicis monumentis, testes quoque dixisse, priusquam ego legatus crearer, Phalæcum, Phocensium tyrannum, nobis et Lacedæmoniis diffisum, Philippo credidisse.

136. Numquid vero iste solus, quid eventurum esset, ignorabat? Imo vos ipsi publice quomodo affecti fuistis? nonne omnes exspectabatis, fore ut Philippus Thebanos opprimeret, quippe quorum et audaciam videret, et perfidorum hominum potentiam augeri nollet. Nonne Lacedæmonii legati una cum vestris, Thebanis refragabantur, ac tandem aperto odio eos in Macedonia lacessebant, et legatis illorum minitabantur? nonne vero ipsi æstuabant, et de sese pertimuerant legati Thebanorum? nonne Thessali ceteros deridebant, et sua causa illam expeditionem susceptam esse jactabant? (137) nonne vero quidam amicorum Philippi aperte ad vestrûm quosdam dicebant, Philippum Bœotias urbes instauraturum esse? nonne Thebani omnes suas copias eduxerunt, diffisi rebus suis? Nonne Philippus ea quum videret, vos per literas cum omnibus copiis exire jubebat, pro æquitatis defensione? Nonne vero isti qui nunc bellicosi sunt et pacem ignaviam vocant, vos prohibuerunt ne exiretis, quamvis pax et societas facta esset, se vereri dicentes ne Philippus milites vestros obsides caperet? (138) Utrum igitur ego populum prohibui majores imitari, an tu, et ii qui tecum contra rempublicam conspirarunt? Utra porro expeditio tutior fuit et honestior Atheniensibus? eane, quum Phocensium summa audacia erat, quum Philippo resisterent, quum Alponum et Nicæam tenerent, necdum ea loca Phalæcus Macedonibus tradidisset: quum inducias mysteriorum ii, quibus suppetias ituri eramus, repudiassent; quum Thebanos a tergo reliquissemus; quum a Philippo accerseremur, jurejurando et societate cum eo nobis intercedente; quum Thessali et ceteri Amphictyones militarent? (139) Nonne hæc occasio longe fuit honestior illa, qua propter et ignaviam et invidentiam tuam Athenienses res suas ex agris in urbem convexerunt, quum ego jam tertiam legationem obirem apud concilium Amphictyonum, quam tu me obiisse non delectum, dicere non dubitas: et tamen quum inimicus mihi sis, hactenus nunquam ausus es me falsæ hujus legationis accusare? neque enim scilicet mihi mulctas invides, quæ corpore sunt luendæ. (140) Itaque quum Thebani (Philippo in Pylæa) assiderent, eumque orarent (ut Phocenses delere vellet), quum nostra urbs propter te metu vano perturbata esset,

λεως διὰ σὲ τεθορυβημένης καὶ τῶν Ἀθηναίων ὁπλιτῶν οὐ παρόντων, Θετταλῶν δὲ Θηβαίοις προσθεμένων διὰ τὴν ὑμετέραν ἀβουλίαν καὶ τὴν πρὸς Φωκέας ἔχθραν, ἣ προϋπῆρχε Θετταλοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων ὅτε αὐτῶν τοὺς ὁμήρους λαβόντες Φωκεῖς κατηλόησαν, Φαλαίκου δὲ πρὶν ἐμὲ ἐλθεῖν καὶ Στέφανον καὶ Δερκύλον καὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρέσβεις ἀπεληλυθότος ὑποσπόνδου, (141) Ὀρχομενίων δὲ περιφόβων ὄντων καὶ σπονδὰς τοῖς σώμασιν αἰτησάντων ὥστε ἀπελθεῖν ἐκ τῆς Βοιωτίας, παρεστηκότων μὲν τῶν Θηβαίων πρέσβεων, ὑπολειπομένης δ' ἔχθρας φανερᾶς Φιλίππῳ πρὸς Θηβαίους καὶ Θετταλούς, τότε ἀπώλοντο αἱ πράξεις οὐ δι' ἐμέ, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν προδοσίαν καὶ τὴν πρὸς Θηβαίους προξενίαν. Μεγάλα δ' οἶμαι τούτων ἐγὼ σημεῖα ἐπιδείξειν. (142) Εἰ γάρ τι τούτων ἀληθὲς ἦν ὧν σὺ λέγεις, κατηγόρουν ἄν μου Βοιωτοὶ καὶ Φωκέων οἱ φεύγοντες, ὧν τοὺς μὲν ἐξεβεβλήκειν, τοὺς δ' ἐκώλυσα κατελθεῖν· νῦν δ' οὐχὶ τὰ συμβάντα λογιζόμενοι, ἀλλὰ τὴν εὔνοιαν τὴν ἐμὴν ἀποδεχόμενοι, συλλεγέντες οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν ᾕρηνταί μοι συνηγόρους, ἥκουσι δ' ἀπὸ τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων πρέσβεις, οὓς ἐγὼ τὴν τρίτην πρεσβείαν ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρεσβεύων ἔσωσα Οἰταίων ἐγχειρούντων λέγειν ὡς δεῖ τοὺς ἡβῶντας ὠθεῖν κατὰ τοῦ κρημνοῦ, καὶ παρήγαγον εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας ὥστε ἀπολογίας τυχεῖν. Ὁ μὲν γὰρ Φάλαικος ὑπόσπονδος ἀφεῖτο, οἱ δὲ ἀναίτιοι ἀποθνήσκειν ἔμελλον, συναγορεύοντος δ' ἐμοῦ διεσώθησαν. (143) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι Μνάσωνα τὸν Φωκέα καὶ τοὺς συμπρέσβεις καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Βοιωτῶν φυγῆς ᾑρημένους. Ἀνάβηθι δεῦρο, Λίπαρε καὶ Πύθων, καὶ τὴν αὐτὴν ἀπόδοτέ μοι χάριν εἰς τὴν τοῦ σώματος σωτηρίαν ἥνπερ ἐγὼ ὑμῖν.

ΣΥΝΗΓΟΡΙΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΚΑΙ ΦΩΚΕΩΝ.

Πῶς οὖν οὐκ ἂν δεινὰ πάθοιμι, εἰ κατηγοροῦντος μὲν Δημοσθένους τοῦ Θηβαίων προξένου καὶ πονηροτάτου τῶν Ἑλλήνων, συναγορευόντων δέ μοι Φωκέων καὶ Βοιωτῶν ἁλοίην;

144. Ἐτόλμησε δ' εἰπεῖν ὡς ἐγὼ τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις περιπίπτω. Φησὶ γάρ με εἰπεῖν, ὅτ' ἔκρινον Τίμαρχον, ὅτι πάντες κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς πορνείας φήμην παρειλήφασι, τὸν δ' Ἡσίοδον ποιητὴν ἀγαθὸν ὄντα λέγειν,

Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα λαοὶ
πολλοὶ φημίζωσι· θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή·

τὴν δ' αὐτὴν ταύτην θεὸν ἥκειν νῦν κατηγοροῦσαν ἐμοῦ· πάντας γὰρ λέγειν ὡς χρήματα ἔχω παρὰ Φιλίππου. (145) Εὖ δ' ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι πλεῖστον διαφέρει φήμη καὶ συκοφαντία. Φήμη μὲν γὰρ οὐ κοινωνεῖ διαβολῇ, διαβολὴ δὲ ἀδελφόν ἐστι καὶ συκοφαντία. Διοριῶ δ' αὐτῶν ἑκάτερον σαφῶς. Φήμη μέν ἐστιν, ὅταν τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν αὐτόματον ἐκ μηδεμιᾶς προφάσεως λέγῃ τινὰ ὡς γεγενημένην πρᾶξιν· συκοφαντία δ' ἐστίν, ὅταν πρὸς τοὺς πολλοὺς εἷς ἀνὴρ αἰτίαν

quum Atheniensium legiones non adessent, quum Thessali se cum Thebanis conjunxissent, propter vestram cunctationem atque odium Phocensium, quod ab antiquis temporibus in eos gerebant, quod Phocenses eorum obsides acceptos fustibus ad mortem cecidissent, quum Phalæcus ante meum, Stephani, Dercyli ceterorumque legatorum, qui ad Amphictyonas missi erant, adventum per inducias dimissus esset, (141) quum Orchomenii metu perterriti, salute corporibus suis pacta, polliciti essent, se Bœotia excessuros, quum Thebanorum legati astarent, quum aperte inimicitiæ Philippi erga Thebanos et Thessalos restarent : tum res perierunt, non propter me, sed per tuam proditionem et amicitiam cum Thebanis. Harum ego rerum me magna argumenta prolaturum arbitror. (142) Nam si quid eorum quæ tu dicis, verum esset, Bœotii et Phocensium exules me accusarent, quorum alios ejecissem, alios ab exilio revocari prohibuissem. Nunc non eventu considerato, sed studio meo comprobato, Bœotiorum exulum concilium advocatos mihi creavit. Adsunt et e Phocensium urbibus legati, quos ego tertia ad Amphictyonas legatione conservavi, quum Œtæi censerent, puberes de rupe præcipitandos esse, atque ad Amphictyonas adduxi, ut eis dicendi pro se potestas daretur. Nam Phalæcus tyrannus certis conditionibus dimissus erat, hominibus autem insontibus exitium imminebat, qui me patrocinante sunt conservati. (143) Ut autem vera me dicere constet, voca mihi Mnasonem Phocensem, ejusque legationis collegas, et eos qui a Bœotio exilio sunt delecti. Ascendite huc, Lipare et Pytho, eandemque ad vitæ incolumitatem mihi gratiam referte, quam ego vobis contuli.

ADVOCATIO BOEOTIORUM ET PHOCENSIUM.

Non vero inique mecum ageretur, si accusante me Demosthene, Thebanorum procuratore, ac Græcorum improbissimo, Phocensibus autem et Bœotiis mihi patrocinantibus, condemnarer?

144. Ausus porro est dicere, meis ipsius verbis me convinci. Ait enim me dixisse, quum Timarchum accusarem, omnes impudicitiæ famam de eo accepisse; Hesiodum autem præstantem poetam dicere,

Quam populi sermo celebrat creber, irrita nunquam
Fama cadit penitus, dea quædam quum sit et ipsa.

Eandem igitur deam nunc venire me accusatum; omnes enim dicere, me pecuniam accepisse a Philippo. (145) Satis autem scitis, Athenienses, inter famam et calumniam plurimum interesse. Fama enim cum criminatione nihil habet commune : criminatio vero et calumnia germanæ sunt sorores. Quarum utramque perspicue definiam. Fama est, quum multitudo civium ultro, nulla de causa, de re aliqua loquitur, quasi facta sit : calumnia vero est, quum unus vir apud multos crimine conjecto, tam in concionibus

ἐμβαλὼν ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις πρός τε τὴν βουλὴν διαβάλλῃ τινά. Καὶ τῇ μὲν φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν ὡς θεῷ, τῶν δὲ συκοφαντῶν ὡς κακούργων δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Μὴ οὖν σύναγε εἰς ταὐτὸν τὰ κάλλιστα τοῖς αἰσχίστοις.

146. Ἐπὶ πολλοῖς μὲν οὖν ἔγωγε τῶν κατηγορημένων ἠγανάκτησα, μάλιστα δὲ ἡνίκα ᾐτιᾶτό με εἶναι προδότην· ἅμα γὰρ ταῖς αἰτίαις ταύταις φανῆναί με δεῖ θηριώδη καὶ τὴν ψυχὴν ἄστοργον καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἁμαρτήμασι πρότερον ἔνοχον. Τοῦ μὲν οὖν ἐμοῦ βίου καὶ τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης ὑμᾶς δοκιμαστὰς ἱκανοὺς εἶναι νομίζω· ἃ δ' ἐστὶ τοῖς μὲν πολλοῖς ἀσύνοπτα τοῖς δὲ χρηστοῖς τὰς ψυχὰς μέγιστα, τούτων ὑμῖν τὰ πλεῖστα καὶ καλῶς ἔχοντα ἐκ τῶν ἐμῶν ὁρᾶν ἀναβιβῶμαι, ἵν' εἰδῆτε τὰς ἐμὰς παρακαταθήκας, ἃς οἴκοι καταλιπὼν εἰς Μακεδονίαν ἐπρέσβευσα. (147) Σὺ μὲν γάρ, ὦ Δημόσθενες, ταῦτα ἐπλάσω ἐπ' ἐμέ, ἐγὼ δ' ὡς ἐπαιδεύθην καὶ δικαίως ἐξηγήσομαι. Οὑτοσὶ μέν μοί ἐστι πατὴρ Ἀτρόμητος, σχεδὸν πρεσβύτατος τῶν πολιτῶν· ἔτη γὰρ ἤδη βεβίωκεν ἐνενήκοντα καὶ τέτταρα; καὶ συμβέβηκεν αὐτῷ νέῳ μὲν ὄντι, πρὶν τὴν οὐσίαν ἀπολέσαι διὰ τὸν πόλεμον, ἀθλεῖν τῷ σώματι, ἐκπεσόντι δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα στρατεύεσθαι μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀριστεύειν δ' ἐν τοῖς κινδύνοις, εἶναι δ' ἐκ φρατρίας τὸ γένος ἣ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει, ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια, συγκατάγειν δὲ τὸν δῆμον, ὥσπερ καὶ ὀλίγῳ πρότερον εἶπον. (148) Ἐλευθέρους δέ μοι συμβέβηκεν εἶναι καὶ τοὺς πρὸς μητρὸς ἅπαντας, ἣ νῦν ἐμοὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν προφαίνεται φοβουμένη περὶ τῆς ἐμῆς σωτηρίας καὶ διηπορημένη. Καίτοι, ὦ Δημόσθενες, ἡ μὲν ἐμὴ μήτηρ ἔφυγε μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον καὶ μετέσχε τῶν πολιτικῶν κακῶν· σὺ δὲ
48 ἀμφισβητῶν ἀνὴρ εἶναι (οὐ γὰρ ἂν τολμήσαιμι εἰπεῖν ὡς ἀνὴρ εἶ) ἐνεγράφης λειποταξίου καὶ τὸν γραψάμενον, Νικόδημον τὸν Ἀφιδναῖον, χρήμασι πείσας ἐσώθης, ὃν ὕστερον μετὰ Ἀριστάρχου συναπέκτεινας καὶ οὐ καθαρὸς ὢν τὰς χεῖρας εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλεις. (149) Φιλοχάρης δ' οὑτοσὶ ὁ πρεσβύτατος ἀδελφὸς ἡμῶν, οὐκ ἀγεννεῖς διατριβὰς (ὡς σὺ βλασφημεῖς) ἔχων, ἀλλ' ἐν γυμνασίοις διατρίβων καὶ μετὰ Ἰφικράτους συνεστρατευμένος καὶ συνεχῶς ἔτος ἤδη τουτὶ τρίτον στρατηγῶν ἥκει δεησόμενος ὑμῶν ἐμὲ σῶσαι. Ἀφόβητος δ' οὑτοσὶ ὁ νεώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν, πεπρεσβευκὼς μὲν ὑπὲρ ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως πρὸς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, καλῶς δὲ καὶ δικαίως τῶν ὑμετέρων προσόδων ἐπιμεληθεὶς ὅτε αὐτὸν ἐπὶ τὴν κοινὴν διοίκησιν εἵλεσθε, καὶ πεπαιδοποιημένος κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλ' οὐ Κνωσίωνι τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα παρακατακλίνων ὥσπερ σύ, πάρεστι καταφρονῶν τῶν σῶν λοιδοριῶν· τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. (150) Ἐτόλμησας δὲ καὶ κατὰ τῶν κηδεστῶν ἐμῶν εἰπεῖν· οὕτως ἀναιδὴς καὶ πόρρωθεν ἀχάριστος εἶ, ὃς Φιλόδημον τὸν Φίλωνος πατέρα καὶ Ἐπικράτους οὐκ ἀγαπᾷς οὐδὲ προσκυνεῖς,

omnibus, quam apud senatum, aliquem criminatur. Ac Famæ quidem sacra publice facimus, ut deæ : de calumniatoribus autem, tanquam maleficis publice conqueri licet. Noli igitur conjungere turpissima cum honestissimis.

146. Ego vero, quum alia multa in accusatione iniquo animo tuli, tum vero illud, quum me proditionis insimulavit. Nam una cum his criminibus ostendendum est, me esse ferum atque impium, et multis aliis criminibus olim constrictum. Sed ego vos meæ vitæ ac quotidianæ consuetudinis idoneos existimo censores : quæ vero vulgo perspici non satis possunt, hominibus autem animo liberali præditis sunt maxima, horum ego plurima quum recte se habeant apud me, in conspectum producam, ut sciatis, quæ pignora, quum hinc legatus irem in Macedoniam, post me reliquerim. (147) Tu quidem, Demosthenes, ista contra me commentus es : ego vero ut educatus sim, vere exponam. Hic pater meus est Atrometus, fere natu maximus omnium civium : annos enim jam vixit quattuor et nonaginta. Accidit autem ut adolescens, ante rem familiarem bello amissam, pugilem ageret, post a triginta tyrannis ejectus, in Asia militaret, atque in prœliis victoriam cum laudis insignibus consequeretur. Ejus porro genus est ex ea curia, quæ aras cum Eteobutadis communes habet, unde Minervæ urbanæ sacrificula deligitur. Ad hæc, ut paulo prius dixi, populi in patriam reducendi adjutor fuit. (148) Præterea materni cognati mei omnes ingenui sunt, quæ mihi nunc ob oculos versatur, sollicita de salute mea, et inops consilii. Enimvero, Demosthenes, mater mea cum suo marito Corinthum abiit exulatum, et publicorum malorum particeps fuit. Tu autem, qui te virum profiteris — valde enim dubito an vir sis appellandus — inscriptus es ut ordinum desertor, et accusatore Nicodemo Aphidnæo pecunia placato evasisti, cujus postea Aristarcho adjutor fuisti occidendi, et quum manus cæde inquinatas habeas, in forum irrumpis. (149) Philochares porro frater meus natu maximus, qui non degeneri studio occupatur, ut tu conviciaris, sed in gymnasiis versatur, et cum Iphicrate militavit, et tertium jam annum continenter est cum imperio, adest, oraturus vos, uti me conservetis. Aphobetus autem, frater meus natu minimus, legationem pro vobis apud regem Persarum obiit, pro dignitate civitatis, vestrosque reditus recte justeque curavit, quum eum publicis vectigalibus præfecissetis, et legitimos liberos procreavit, non, ut tu, suam uxorem Cnosioni ad stuprum obtulit, atque adstat, contemptis conviciis tuis. Falsum enim probrum ultra aures non penetrat. (150) Ausus etiam es in affines meos dicere, adeo impudens es, et veteris beneficii immemor atque ingratus, qui Philodemum, Philonis patrem et Epicratis, non diligas et adores, cujus opera in

δι᾽ ὃν εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης, ὡς ἴσασιν οἱ πρεσβύτατοι Παιανιέων. Ἐκπέπληγμαι δὲ εἰ σὺ λοιδορεῖν Φίλωνα τολμᾷς, καὶ ταῦτα ἐν τοῖς ἐπιεικεστάτοις Ἀθηναίων, οἳ δεῦρο εἰσεληλύθασι δικάσοντες ἕνεκα τοῦ βελτίστου τῆς πόλεως καὶ μᾶλλον προσέχουσι τοῖς βίοις ἡμῶν ἢ τοῖς λόγοις. (151) Πότερα γὰρ ἂν προσδοκᾷς αὐτοὺς εὔξασθαι, μυρίους ὁπλίτας ὁμοίους Φίλωνι γενέσθαι, καὶ τὰ σώματα οὕτω διακειμένους καὶ τὴν ψυχὴν οὕτω σώφρονας, ἢ τρισμυρίους κιναίδους οἵους περ σύ; Καὶ τὴν Ἐπικράτους εὐαγωγίαν τοῦ Φίλωνος ἀδελφοῦ ἐπανάγεις εἰς ὀνείδη. Καὶ τίς αὐτὸν εἶδε πώποτε ἀσχημονήσαντα ἢ μεθ᾽ ἡμέραν, ὡς σὺ φῄς, ἐν τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων, ἢ νύκτωρ; οὐ γὰρ ἂν τοῦτό γ᾽ εἴποις, ὡς ἔλαθεν· οὐ γὰρ ἠγνοεῖτο. (152) Ἐμοὶ δὲ, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐκ τῆς Φιλοδήμου θυγατρὸς καὶ Φίλωνος ἀδελφῆς καὶ Ἐπικράτους τρεῖς παῖδές εἰσι, μία μὲν θυγάτηρ, δύο δὲ υἱεῖς· οὓς ἐγὼ ἥκω μετὰ τῶν ἄλλων κομίζων ἑνὸς ἐρωτήματος ἕνεκα καὶ τεκμηρίου πρὸς τοὺς δικαστάς, ᾧ νῦν ἤδη χρήσομαι. Ἐρωτῶ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ δοκῶ ἂν ὑμῖν πρὸς τῇ πατρίδι καὶ τῇ τῶν φίλων συνηθείᾳ καὶ ἱερῶν καὶ τάφων πατρῴων μετουσίᾳ τούτους τοὺς πάντων ἀνθρώπων ἐμοὶ φιλτάτους προδοῦναι Φιλίππῳ, καὶ περὶ πλείονος τὴν ἐκείνου φιλίαν τῆς τούτων σωτηρίας ποιήσασθαι. Ποίᾳ κρατηθεὶς ἡδονῇ; ἢ τί πώποτε ἄσχημον ἕνεκα χρημάτων πράξας; οὐ γὰρ ἡ Μακεδονία κακοὺς ἢ χρηστοὺς ποιεῖ, ἀλλ᾽ ἡ φύσις· οὐδ᾽ ἐσμὲν ἕτεροί τινες ἥκοντες ἀπὸ τῆς πρεσβείας, ἀλλ᾽ οἵους ἐξεπέμψατε.

153. Συμπέπλεγμαι δ᾽ ἐν τῇ πολιτείᾳ καθ᾽ ὑπερβολὴν ἀνθρώπῳ γόητι καὶ πονηρῷ, ὃς οὐδ᾽ ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι. Ἡγεῖται.δ᾽ ὅταν τι ψεύδηται τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν, κἄτα οὐ γεγενημένα οὐ μόνον ὡς ἔστι λέγει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ φησὶ γενέσθαι· καὶ προστίθησιν ἅμα τινὸς ὄνομα πλασάμενος, ὃς ἔτυχε παρών, μιμούμενος τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. Ἓν δὲ εὐτυχοῦμεν οἱ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὅτι πρὸς τῇ τερατείᾳ τοῦ τρόπου καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων συνθέσει νοῦν οὐκ ἔχει. Σκέψασθε γὰρ ἀφροσύνην ἅμα καὶ ἀπαιδευσίαν ἀνθρώπου, ὃς τοιοῦτον ἔπλασε τὸ περὶ τὴν Ὀλυνθίαν γυναῖκα ψεῦδος κατ᾽ ἐμοῦ, ἐφ᾽ ᾧ μεταξὺ μὲν λέγων ὑφ᾽ ὑμῶν ἐξερρίφη· τὸν γὰρ πλεῖστον ἀφεστηκότα τῶν τοιούτων πρὸς τοὺς εἰδότας διέβαλλε. (151) Σκέψασθε δὲ ὡς πόρρωθεν ἐπὶ τὴν αἰτίαν ταύτην παρεσκευάζετο. Ἔστι γάρ τις ἐπιδημῶν Ἀριστοφάνης Ὀλύνθιος· τούτῳ συσταθεὶς ὑπό τινων καὶ πυθόμενος ὡς εἰπεῖν δύναται, ὑπερεκθεραπεύσας αὐτὸν καὶ προσαγαγόμενος ἔπειθεν ἐμοῦ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρεῖν πρὸς ὑμᾶς, κἂν παρελθὼν ἐθελήσῃ σχετλιάσαι καὶ λέγειν ὡς εἰς οἰκείαν αὐτοῦ γυναῖκα καὶ αἰχμάλωτον γεγενημένην πεπαρῴνηκα, πεντακοσίας μὲν ἤδη δραχμὰς ὑπισχνεῖτο αὐτῷ δώσειν, πεντακοσίας δ᾽ ἑτέρας, ἐπειδὰν καταμαρτυρήσῃ. (155) Ὁ δ᾽ αὐτῷ ἀπεκρίνατο, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο, ὅτι τῆς μὲν φυγῆς καὶ τῆς παρούσης ἀπορίας αὐτῷ οὐ κακῶς ἀλλ᾽ ὡς οἰόντε

municipes es inscriptus, ut e Pæaniensibus natu maximi meminerunt. Itaque stupore quodam afficior, si tu Philoni conviciari audes, idque apud modestissimos Atheniensium, qui huc ingressi sunt, publici boni causa jus dicturi, vitasque nostras spectant magis quam orationes. (151) Utrum enim eos censes optare, ut decem millia militum exsistant, qui sint similes Philonis, et corporibus sic affecti, et animis ita modesti; an vero tricies mille cinædi, qualis tu es? Atque etiam Epicratis tractabilitatem, fratris Philonis, loco probri commemoras. Et quis eum unquam vidit indecore se gerentem vel interdiu, ut tu ais, in celebritate Bacchanalium, vel noctu? neque enim dicere potes, eum latuisse. Neque enim ignotus fuit. (152) Mihi vero, Athenienses, ex Philodemi filia, Philonis et Epicratis sorore, tres nati sunt liberi, una filia, et filii duo. Quos ego cum ceteris affero, unius interrogationis ergo, et argumenti apud judices, quo nunc utar. Rogo enim vos, Athenienses, num videar vobis una cum patria et amicorum consuetudine et sacris, et patriorum monumentorum communione, hos omnium mortalium mihi carissimos prodidisse Philippo, et pluris fecisse illius amicitiam quam salutem horum. Qua victus voluptate? Aut quod unquam dedecus pecuniæ causa in me suscepi? Neque enim Macedonia bonos aut malos facit, sed suum quemque ingenium. Neque alii sumus a legatione reversi, sed tales, quales nos ablegastis.

153. Sed implicatus sum in republica cum mirifico præstigiatore, et insigni prædito improbitate, qui ne invitus quidem veri quicquam dicat. Quum autem mentitur, primum orationis locum tenet jusjurandum quod per impudentes suos oculos pejerat. Deinde vero quæ facta non sunt, non modo facta esse dicit, sed et diem quo facta esse ait, adjicit, et fictitium alicujus nomen adjungit qui interfuerit, ut eos qui vera loquuntur imitetur. Sed una res nobis insontibus est præsidio, quod in istis morum præstigiis et compositione fabularum mentem non habet. Nam quanta sit hominis vecordia simul et inscitia, ex eo æstimate, quod ejusmodi mendacium contra me de Olynthia muliere commentus est, ut inter dicendum a vobis ejiceretur. Eum enim, qui ab ejusmodi crimine remotissimus esset, apud eos qui vitam illius perspectam haberent, criminabatur. (154) Videte autem quam longe ante ad crimen istud se pararit. Est quidam frequentare nostram urbem solitus Aristophanes Olynthius. Is quum isti a quibusdam esset commendatus, atque illud etiam adjectum esset, dicendi esse peritum, hominem omni obsequiorum genere demereri studuit, atque adducere, ut falso me apud vos testimonio opprimeret. Quodsi progressus miserabili gestu, dicere vellet, me mulieri suæ captivæ insultasse, statim ei se quingentas drachmas daturum pollicebatur, atque alias quingentas post dictum falsum testimonium. (155) Ille autem ei respondit, ut ipse narrabat, eum, quod ad exilium attineret atque inopiam qua urgeretur, non mala,

ἄριστα στοχάζοιτο, τοῦ δὲ τρόπου πλεῖστον εἴη διημαρτηκώς· οὐδὲν γὰρ ἂν τοιοῦτον πρᾶξαι. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, αὐτὸν Ἀριστοφάνην μαρτυροῦντα παρέξομαι. Κάλει μοι Ἀριστοφάνην Ὀλύνθιον, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀναγίνωσκε, καὶ τοὺς ἀκηκοότας αὐτοῦ καὶ πρὸς ἐμὲ ἀγγείλαντας, Δερκύλον Αὐτοκλέους Ἁγνούσιον καὶ Ἀριστείδην Εὐφιλήτου Κηφισιέα.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

156. Τῶν μὲν μαρτύρων διομνυμένων καὶ μαρτυρούντων ἀκούετε· τὰς δ' ἀνοσίους ταύτας τέχνας, ἃς οὗτος πρὸς τοὺς νέους ἐπαγγέλλεται καὶ κέχρηται νυνὶ κατ' ἐμοῦ, ἆρα μέμνησθε, ὡς ἐπιδακρύσας καὶ τὴν Ἑλλάδα κατοδυράμενος καὶ Σάτυρον τὸν κωμικὸν ὑποκριτὴν προσεπαινέσας, ὅτι ξένους τινὰς αὐτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ καὶ δεδεμένους παρὰ τὸν πότον ἐξῃτήσατο παρὰ τοῦ Φιλίππου, (157) ταῦθ' ὑποθεὶς ἐπεῖπεν ἐντεινάμενος ταύτην τὴν ὀξεῖαν καὶ ἀνόσιον φωνήν, ὡς δεινὸν εἴη εἰ ὁ μὲν τοὺς Καρίωνας καὶ Ξανθίας ὑποκρινόμενος οὕτως εὐγενὴς καὶ μεγαλόψυχος γένοιτο, ἐγὼ δ' ὁ τῆς μεγίστης πόλεως σύμβουλος, ὁ τοὺς μυρίους Ἀρκάδων νουθετῶν, οὐ κατάσχοιμι τὴν ὕβριν, ἀλλὰ παραθερμανθείς, ὅθ' ἡμᾶς εἱστία Ξενόδοκος τῶν ἑταίρων τις τῶν Φιλίππου, ἕλκοιμι τῶν τριχῶν καὶ λαβὼν ῥυτῆρα μαστιγοίην αἰχμάλωτον γυναῖκα. (158) Οὐκοῦν εἰ ὑμεῖς αὐτῷ ἐπιστεύσατε ἢ Ἀριστοφάνης μου συγκατεψεύσατο, ἐπ' αἰσχραῖς αἰτίαις ἀδίκως ἀπωλόμην ἄν. Ἐάσετε οὖν αὐτὸν τὸν τοιοῦτον αὑτοῦ προστρόπαιον (μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως) ὥστε ἐν ὑμῖν ἀναστρέφεσθαι; καὶ τὴν μὲν ἐκκλησίαν καθαίρετε, ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασι διὰ τούτου τὰς εὐχὰς ποιήσεσθε καὶ στρατιὰν ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν ἐκπέμψετε; Καὶ μὴν ὅ γε Ἡσίοδος λέγει

Πολλάκι τοι ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
ὅς κεν ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

159. Ἓν δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις εἰπεῖν ἔτι βούλομαι. Εἰ γάρ πού τις ἔστι κακία κατ' ἀνθρώπους, ἂν μὴ πρωτεύοντα περὶ ταύτην ἀποδείξω Δημοσθένην, θανάτου τιμῶμαι. Ἀλλ' οἶμαι πολλὰ καὶ χαλεπὰ παρακολουθεῖ τῷ κρινομένῳ, καὶ μετακαλεῖ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς ὀργῆς ὁ κίνδυνος ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας λόγους, καὶ διαλογισμὸν παρίστησι μή τι παραλίπῃ τῶν κατηγορημένων. Ὥστε ἅμα μὲν ὑμᾶς ἅμα δὲ ἐμαυτὸν εἰς ἀνάμνησιν τῶν κατηγορημένων ἀγαγεῖν βούλομαι. (160) Σκοπεῖτε γὰρ δὴ καθ' ἕκαστον, ὦ Ἀθηναῖοι, ποῖον ἐγὼ ψήφισμα γράψας κρίνομαι, ἢ ποῖον νόμον λύσας, ἢ ποῖον γενέσθαι κωλύσας, ἢ τίνας ὑπὲρ τῆς πόλεως συνθήκας ποιησάμενος, ἢ τί τῶν δεδογμένων περὶ τῆς εἰρήνης ἀπαλείψας, ἢ τί τῶν μὴ δοξάντων ὑμῖν προσγράψας. (161) Οὐκ ἤρεσκέ τισι τῶν ῥητόρων ἡ εἰρήνη· ἔπειτα οὐ τότε ἀντιλέγειν αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ νῦν ἐμὲ κρίνειν; Ἐπλούτουν τινὲς ἐκ τοῦ πολέμου ἀπὸ τῶν ὑμετέρων εἰσφορῶν καὶ τῶν δη-

sed quam sagacissima conjectura esse usum, verum ab ingenio suo longissime aberrasse. Nihil enim ejusmodi se commissurum. Ut autem vera me dicere constet, ipsum Aristophanem testem producam. Accerse Aristophanem Olynthium, ejusque testimonium recita, eos item qui hoc ex illo audiverunt, mihique nunciarunt, Dercylum Autoclis filium, Hagnusium, et Aristidem Euphileti filium Cephisiensem.

TESTIMONIA.

156. Testes jurantes et testificantes auditis, nefarias autem istas verborum artes, quas iste adolescentibus pollicetur, quibusque nunc contra me est abusus, numquid meministis, ut obortæ sint ei lacrimæ, ut Græciam deplorarit, ut Satyrum comicum histrionem laudarit, quod hospites quosdam suos captivos fodientes in Philippi vinea et vinctos, in compotatione a Philippo impetrasset: (157) et hoc fundamento jacto, adjecerit, contenta acuta ista et nefaria voce, quam acerbum sit, quum is qui Cariones et Xanthias repræsentet, adeo generosum et magnanimum se præbuerit, me qui sim urbi maximæ a consiliis, qui illos decies mille Arcadas admoneam, petulantiam meam non coercuisse, sed vini calore evectum, quum nos quidam ex Philippi amicis Xenodocus convivio excepisset, capillis traxisse et loris arreptis captivam mulierem flagellasse? (158) Igitur si vos ei credidissetis, et Aristophanes una cum eo me per mendacium oppressisset, ob turpe crimen injuste periissem. Sinetis igitur eum qui tale sit sibi ipsi piaculum (absit enim ut vobis sit), sinetis, inquam, versari inter vos? Ac concionem quidem lustrabitis, in decretis autem vota per istum facietis, et exercitum sive pedestrem sive navalem ablegabitis? Atqui Hesiodus ait:

Sæpe viri gens tota luit scelus unius atrox,
Qui præceps agitur male sani pectoris æstu.

159. Unum adhuc superioribus adjiciam. Nam si qua est in rebus humanis improbitas, cujus ego non principem esse Demosthenem demonstraro, mori non recuso. Sed multis reus difficultatibus conflictatur, et animum ab ira periculum ad salutis revocat defensionem, ac dispicere jubet, ne ullum accusationis caput prætermiserit. Itaque simul et vobis et mihi objecta crimina in memoriam revocabo. (160) Considerate igitur singula, Athenienses, quo decreto ego scripto accuser, aut qua lege abrogata, aut qua impedita quominus perferretur, aut quibus pactionibus pro republica factis, aut quibus decretis de pace deletis, aut quibus quæ vobis probata non fuerunt, ascriptis? (161) Non placebat pax quibusdam oratorum. Nonne vero tum refragari, non nunc me accusare debebant? Ditabantur quidam bello de vestris tributis et publicis vectigalibus; quo-

μοσίων προσόδων, νῦν δὲ πέπαυνται· εἰρήνη γὰρ ἀργίαν οὐ τρέφει· ἔπειτα οἱ μὲν οὐκ ἀδικούμενοι ἀλλ' ἀδικοῦντες τὴν πόλιν τιμωρήσονται τὸν προστάντα τῆς εἰρήνης, οἱ δ' ὠφελούμενοι τοὺς χρησίμους εἰς τὰ κοινὰ γενομένους ἐγκαταλείψετε; (162) Συνῇδον γὰρ τοὺς παιᾶνας Φιλίππῳ κατεσκαμμένων τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, ὥς φησιν ὁ κατήγορος. Καὶ ποίῳ τεκμηρίῳ δύναιτ' ἄν τις σαφῶς τοῦτο ἐπιδεῖξαι; Ἐκλήθην μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων, ἦσαν δ' οἱ κλητοὶ καὶ συνδειπνοῦντες σὺν ταῖς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις οὐκ ἐλάττους ἢ διακόσιοι. Ἐν δὲ τούτοις, ὡς ἔοικεν, ἐγὼ διαφανὴς ἦν οὐχ ὑποσιγῶν ἀλλὰ συνᾴδων, ὥς φησι Δημοσθένης οὔτ' αὐτὸς παρὼν οὔτε τῶν ἐκεῖ παρόντων οὐδένα παρασχόμενος μάρτυρα. (163) Καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῇδον; Οὐκοῦν εἰ μὲν ἐσίγων, ψευδῆ μου κατηγορεῖς· εἰ δὲ ὀρθῆς ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης καὶ τῶν πολιτῶν κοινῇ μηδὲν ἀτυχούντων συνῇδον μετὰ τῶν ἄλλων τὸν παιᾶνα, ἡνίκα ὁ θεὸς μὲν ἐτιμᾶτο, Ἀθηναῖοι δὲ μηδὲν ἠδόξουν, εὐσέβουν ἀλλ' οὐκ ἠδίκουν, καὶ δικαίως ἂν σῳζοίμην. Ἔπειτα ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτα ἀνηλεήτός τίς εἰμι ἄνθρωπος, σὺ δὲ εὐσεβὴς ὁ τῶν συσπόνδων κατήγορος;

164. Ὠνείδισας δέ μοι καὶ πολιτείας ἐμπληξίαν, εἰ πεπρεσβευκὼς πρὸς Φίλιππον πρότερον παρεκάλουν ἐπ' ἐκεῖνον τοὺς Ἕλληνας. Καίτοι ταύτην, εἰ βούλει, τὴν κατηγορίαν καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων δημοσίᾳ κατηγορήσεις. Ἐπολεμεῖτε Λακεδαιμονίοις, καὶ μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις συμφορὰν τοῖς αὐτοῖς ἐβοηθεῖτε· κατηγάγετε εἰς τὴν πατρίδα φεύγοντας Θηβαίους, καὶ πάλιν τούτοις ἐμάχεσθε ἐν Μαντινείᾳ· ἐπολεμήσατε Ἐρετριεῦσι καὶ Θεμίσωνι, καὶ πάλιν ἐσώσατε. Καὶ μυρίοις ἄλλοις ἤδη τῶν Ἑλλήνων οὕτω κέχρησθε· τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρὸς τὸ κράτιστον καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν. (165) Τὸν δὲ ἀγαθὸν σύμβουλον τί χρὴ ποιεῖν; οὐ τῇ πόλει πρὸς τὸ παρὸν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν; Τὸν δὲ πονηρὸν κατήγορον τί χρὴ λέγειν; οὐ τοὺς καιροὺς ἀποκρυπτόμενον τῆς πράξεως κατηγορεῖν; Τὸν δὲ ἐκ φύσεως προδότην πῶς χρὴ θεωρεῖν; ἆρά γε οὐχ ὡς σὺ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ πιστεύσασι κέχρησαι, λόγους εἰς δικαστήρια γράφοντα μισθοῦ τούτους ἐκφέρειν τοῖς ἀντιδίκοις; ἔγραψας λόγον Φορμίωνι τῷ τραπεζίτῃ χρήματα λαβών· τοῦτον ἐξήνεγκας Ἀπολλοδώρῳ τῷ περὶ τοῦ σώματος κρίνοντι Φορμίωνα. (166) Εἰσῆλθες εἰς εὐδαιμονοῦσαν οἰκίαν τὴν Ἀριστάρχου τοῦ Μόσχου· ταύτην ἀπώλεσας. Προὔλαβες τρία τάλαντα παρ' Ἀριστάρχου φεύγοντος· τοῦτον τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια ἀπεστέρησας, οὐκ αἰσχυνθεὶς τὴν φήμην ἣν προσεποιήσω, ζηλωτὴς εἶναι τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου. Οὐ γὰρ δὴ τῇ γε ἀληθείᾳ· οὐ γὰρ προσδέχεται δίκαιος ἔρως πονηρίαν. Ταῦτ' ἐστὶν ὁ προδότης καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

167. Ἐμνήσθη δέ που περὶ τῆς στρατείας, καὶ τὸν καλὸν στρατιώτην ἐμὲ ὠνόμασεν. Ἐγὼ δὲ οὐχ ἕνεκα τῆς τούτου βλασφημίας, ἀλλὰ τοῦ παρόντος κινδύνου

rum messis nunc desiit. Pax enim otium non alit. Ii ergo qui non læduntur, sed lædunt rempublicam, pacis interpretem mulctabunt; vos vero qui fructum percipitis, eos qui utilem reipublicæ operam navarunt, deseretis? (162) Una cum Philippo pæanes cecini, eversis Phocensium urbibus, ut ait accusator. Quo autem id argumento perspicue poterit demonstrare? Sum enim cum ceteris nostris legatis ad hospitium invitatus; fuerunt autem vocati, et concœnati sunt cum legationibus Græcorum non pauciores ducentis. Inter quos ego scilicet conspicuus fui, non subticens, sed concinens, ut ait Demosthenes : qui nec ipse ibi adfuit, nec eorum qui interfuerunt ullum testem produxit. (163) Et quis me nosse potuit, nisi forte, ut in cœtibus, præcinui? Itaque si tacui, falso me accusas : sin patria nostra incolumi, et civibus nulla calamitate publica conflictantibus, pæanem cum ceteris legatis concinui, quum et deo honos haberetur, et Athenienses nulla ignominia afficerentur, pie feci, non injuste, et jure conservabor. Et ego propter hæc immisericors homo sum : tu vero pius, qui sis eorum, qui iisdem tecum et libationibus et epulis usi sunt, accusator?

164. Atque etiam inconstantiam in gerenda republica mihi objecisti, quod quum prius Græcos contra Philippum concitassem, legatus ad eum iverim. Enimvero idem crimen publice omnibus Atheniensibus objicies. Bellum gessistis cum Lacedæmoniis : eosdem post Leuctricam calamitatem defendistis. Thebanos exulantes in patriam restituistis : et rursus eosdem ad Mantineam oppugnastis. Oppugnastis Eretrienses et Themisonem : atque eosdem conservastis. Et Græcos infinitos eodem modo tractastis. Nam tempori servire, et optima quæque amplecti publice et privatim, omnes necesse habent. (165) Quid autem bono senatori est agendum? nonne reipublicæ pro re nata, ea quæ utilissima sint, suadenda? Improbo porro accusatori quid est dicendum? nonne temporibus dissimulatis res gestæ accusandæ? Unde porro homo ad proditionem natus, est spectandus? non ita, ut tu iis usus es qui tibi familiares fuerunt, et fidem habuerunt; qui ob mercedem orationes ad judicia scribat, easque prodat adversariis? Orationem scripsisti Phormioni mensario, pecunia accepta : eandem Apollodoro tradidisti, qui Phormionem capitis accusabat. (166) Ingressus es in florentem Aristarchi domum, Moschi filii; eam perdidisti. Præcepisti tria talenta ab Aristarcho qui exulat : eum exilii viatico spoliasti, famam nihil veritus, quum te mirari formam adolescentis simulasses. Neque enim vere miratus es : neque enim verus amor improbitatem admittit. Ex his similibusque rebus æstimandus est proditor.

167. Quodam etiam loco militiæ mentionem fecit, meque egregium illum militem appellavit; ego vero non propter illius convicium, sed discriminis hujus habita ratione, sine

προνοούμενος καὶ περὶ τούτων ἀνεπίφθονον λέγειν εἶναί μοι νομίζω· ποῦ γὰρ ἢ πότε αὐτῶν ἢ πρὸς τίνας, παραλιπὼν τήνδε τὴν ἡμέραν, μνησθήσομαι; ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύ' ἔτη, καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς συνεφήβους καὶ τοὺς ἄρχοντας ἡμῶν μάρτυρας παρέξομαι· (168) πρώτην δ' ἐξελθὼν στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην, καὶ συμπαραπέμπων μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ξένων τὴν εἰς Φλιοῦντα παραπομπήν, κινδύνου συμβάντος ἡμῖν περὶ τὴν Νεμεάδα καλουμένην χαράδραν οὕτως ἠγωνισάμην ὥστε ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων ἐπαινεῖσθαι· καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν ἐξῆλθον, (169) καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην συνεμαχεσάμην οὐκ αἰσχρῶς οὐδ' ἀναξίως τῆς πόλεως, καὶ τὰς εἰς Εὔβοιαν στρατείας ἐστρατευσάμην, καὶ τὴν ἐν Ταμύναις μάχην ἐν τοῖς ἐπιλέκτοις οὕτως ἐκινδύνευσα, ὥστε κἀκεῖ στεφανωθῆναι καὶ δεῦρο ἥκων πάλιν ὑπὸ τοῦ δήμου, τήν τε νίκην τῆς πόλεως ἀπαγγείλας, καὶ Τεμενίδου τοῦ τῆς Πανδιονίδος ταξιάρχου καὶ συμπρεσβεύσαντος ἀπὸ στρατοπέδου μοι δευρὶ καὶ τὰ περὶ τὸν γενόμενον κίνδυνον, οἷος ἦν, ἀπαγγείλαντος. (170) Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τοῦτο τὸ ψήφισμα, καὶ κάλει τὸν Τεμενίδην καὶ τοὺς συνεστρατευμένους μοι τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας καὶ Φωκίωνα τὸν στρατηγόν, μήπω συνήγορον, ἂν μὴ τούτοις συνδοκῇ, ἀλλ' ὑπεύθυνον τῷ συκοφάντῃ μάρτυρα, ἐὰν ψεύδηται.

ΨΗΦΙΣΜΑ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

171. Ἀπαγγείλας τοίνυν πρῶτος τὴν τῆς πόλεως νίκην ὑμῖν καὶ τὴν τῶν παίδων τῶν ὑμετέρων κατόρθωσιν, πρώτην ταύτην ὑμᾶς ἀπαιτῶ χάριν, τὴν τοῦ σώματος σωτηρίαν, οὐ μισόδημος ὤν, ὥς φησιν ὁ κατήγορος, ἀλλὰ μισοπόνηρος, οὐ τοὺς Δημοσθένους ὑμᾶς οὐκ ἐῶν προγόνους μιμεῖσθαι (οὐ γὰρ εἰσίν), ἀλλὰ τῶν καλῶν τῇ πόλει βουλευμάτων ζηλωτὰς εἶναι παρακαλῶν. Νῦν δ' αὐτὰ πόρρωθεν ἀρξάμενος μικρῷ δίειμι σαφέστερον. (172) Πρότερον ἡ πόλις ἡμῶν εὐδόξησε μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ τῶν τειχῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων πεπτωκότων, εἰρήνης δ' ὑπαρχούσης πρὸς Λακεδαιμονίους, διέμεινεν ἡμῖν τὸ τῆς δημοκρατίας πολίτευμα. Συνταραχθέντες δὲ ὑπό τινων καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ καὶ ποιήσαντες, Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προχηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιησάμεθα, ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακαίδεκα. (173) Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ἐναυπηγησάμεθα, τριακοσίους δ' ἱππέας προσκατεσκευασάμεθα, καὶ τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα, καὶ τὴν δημοκρατίαν βεβαίως εἴχομεν. Παρεμπεσόντων δ' εἰς τὴν πολιτείαν ἡμῶν οὐκ ἐλευθέρων ἀνθρώπων καὶ τοῖς

invidia de his etiam a me dici et posse et debere existimo. Ubi enim, aut quando eorum, aut apud quos, hac die prætermissa, faciam mentionem? Quum igitur pueritiam excessissem, custos nostræ ditionis fui per biennium, cujus rei æquales et collegæ mihi apud vos testimonium perhibebunt. (168) Prima autem militia mihi fuit *in partibus* quam vocant, et cum æqualibus atque Alcibiadis mercenariis Phliuntem subsidii ferendi causa missus, quum circa Nemeæam fossam prœlium committeretur, sic decertavi, ut a ducibus laudarer: ceteris etiam expeditionibus quæ per vices mittebantur, ordinariis et extraordinariis interfui, (169) et ad Mantineam depugnavi, non turpiter, aut cum dedecore civitatis. In Eubœa item militavi, et Tamynæa pugna inter delectos ita me gessi, ut et ibi a ducibus corona ornarer, et huc reversus iterum a populo, quum et victoriam publice renunciassem, et Temenides Pandioniæ tribus centurio, qui a castris legatus huc mecum profectus erat, qualem in prœlio me præbuissem, indicasset. (170) Quæ ut vere a me dici constet, cape decretum hoc, et Temeniden voca et eos commilitones qui mecum pro republica militarunt, et Phocionem imperatorem nondum advocatum, nisi judicibus visum fuerit, sed testem calumniatori obnoxium, si mentitus fuerit.

DECRETUM. TESTIMONIA.

171. Quum igitur primus urbis victoriam vobis renunciarim, et liberorum vestrorum successus, primam hanc a vobis gratiam repeto, ut vitam meam tueamini, quum non sim populo inimicus, ut accusator ait, sed improbis infestus, quippe qui vetem vos Demosthenis majores imitari (nulli enim sunt), sed cohorter, ut honestorum consiliorum æmulatores sitis. Quæ altius repetita paulo dilucidius explanabo. (172) Primum nostra urbs gloriam consecuta est post navale contra Persam prœlium ad Salaminem gestum, quum mœnibus a barbaris dirutis, et pace cum Lacedæmoniis constituta, libertatem civitatis retinuimus. Post a quibusdam concitati, belloque contra Lacedæmonios suscepto, multis malis et datis et acceptis, intercessione Cimonis, Miltiadis filii, cui hospitium erat cum Lacedæmoniis, fœdus annorum quinquaginta percussimus, eoque tredecim annos sumus usi. (173) Hoc tempore Piræeum muro cinximus, et septentrionalem murum exstruximus, et præter eas, quas ante habueramus, centum triremes ædificavimus, et trecentos equites nostris copiis adjunximus, trecentos item Scythas sagittarios mercati sumus, et populare imperium constanter retinuimus. Quum autem in rempublicam nostram homines non ingenui nec moderati ir-

τρόποις οὐ μετρίων πάλιν πρὸς Αἰγινήτας εἰς πόλεμον κατέστημεν, (174) κἀνταῦθα οὐκ ὀλίγα βλαβέντες τῆς μὲν εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν, Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμπρέσβεις εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν, ἣ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρεν· χίλια μὲν γὰρ τάλαντα ἀνηνέγκαμεν νομίσματος εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις ἑτέρας ἐναυπηγησάμεθα καὶ νεωσοίκους ᾠκοδομήσαμεν, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους ἱππέας κατεστήσαμεν καὶ τοξότας ἑτέρους τοσούτους, καὶ τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον ἐτειχίσθη, καὶ τὸν δῆμον οὐδεὶς ἐνεχείρησε καταλῦσαι. (175) Πάλιν δὲ εἰς πόλεμον διὰ Μεγαρέας πεισθέντες καταστῆναι, καὶ τὴν χώραν τμηθῆναι προέμενοι καὶ πολλῶν ἀγαθῶν στερηθέντες εἰρήνης ἐδεήθημεν, καὶ ἐποιησάμεθα διὰ Νικίου τοῦ Νικηράτου. Καὶ πάλιν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν διὰ τὴν εἰρήνην ταύτην, τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλοΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας, φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσῄει πλέον ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα, καὶ Χερρόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν, πλείστας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἀπεστείλαμεν. (176) Καὶ τοσαῦτ' ἔχοντες ἀγαθὰ πόλεμον δι' Ἀργείους πρὸς Λακεδαιμονίους ἐξηνέγκαμεν, πεισθέντες ὑπ' Ἀργείων, καὶ τελευτῶντες ἐκ τῆς τῶν ῥητόρων ἀψιμαχίας εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως καὶ τοὺς τετρακοσίους καὶ τοὺς ἀσεβεῖς τριάκοντα ἐνεπέσομεν, οὐκ εἰρήνην ποιησάμενοι, ἀλλ' ἐκ προσταγμάτων ἠναγκασμένοι. Πάλιν δὲ σωφρόνως πολιτευθέντες, καὶ τοῦ δήμου κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς, Ἀρχίνου καὶ Θρασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου καὶ τὸ μὴ μνησικακεῖν πρὸς ἀλλήλους ἔνορκον ἡμῖν καταστησάντων, ὅθεν σοφωτάτην πάντες τὴν πόλιν ἡγήσαντο εἶναι, (177) κἀνταῦθα ἀναφύντος τοῦ δήμου καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἰσχύσαντος ἄνθρωποι παρέγγραπτοι γεγενημένοι πολῖται, καὶ τὸ νοσοῦν τῆς πόλεως ἀεὶ προσαγόμενοι καὶ πόλεμον ἐκ πολέμου πολιτευόμενοι, ἐν μὲν
52 εἰρήνῃ τὰ δεινὰ τῷ λόγῳ προορώμενοι καὶ τὰς ψυχὰς τὰς φιλοτίμους καὶ λίαν ὀξείας ἐρεθίζοντες, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ὅπλων οὐχ ἁπτόμενοι, ἐξετασταὶ δὲ καὶ ἀποστολεῖς γινόμενοι, παιδοποιούμενοι δὲ ἐξ ἑταιρῶν, ἄτιμοι δ' ἐκ συκοφαντίας, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους τὴν πόλιν καθιστᾶσι, τὸ μὲν τῆς δημοκρατίας ὄνομα οὐ τοῖς ἤθεσιν ἀλλὰ τῇ κολακείᾳ θεραπεύοντες, καταλύοντες δὲ τὴν εἰρήνην, ᾗ ἡ δημοκρατία σώζεται, συναγωνιζόμενοι δὲ τοῖς πολέμοις, ἐξ ὧν ὁ δῆμος καταλύεται. (178) Οὗτοι νῦν ἐπ' ἐμὲ συστραφέντες ἥκουσι, καὶ φασὶ μὲν τὸν Φίλιππον τὴν εἰρήνην πρίασθαι καὶ προλαβεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς συνθήκαις ἅπαντα, ἣν δ' αὐτὸς εὗρεν εἰρήνην αὐτῷ συμφέρουσαν, ταύτην παραβεβηκέναι. Ἐμὲ δ' οὐχ ὡς πρεσβευτὴν κρίνουσιν, ἀλλ' ὡς ἐγγυητὴν Φιλίππου καὶ τῆς εἰρήνης· καὶ τὸν τῶν λόγων κύριον τὰς τῶν ἔργων προσδοκίας ἀπαιτοῦσι. Τὸν αὐτὸν δὲ ἐν μὲν τοῖς ψηφίσμασιν ἐπαινέτην δείκνυμι, ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ κατηγόρῳ κέχρημαι. Δέκα-

ruissent, rursus Æginetis bellum intulimus: (174) in eoque non mediocribus affecti damnis, pacem expetivimus, Andocide cum collegis misso ad Lacedæmonios, et pacem triginta annos servavimus, quæ magnifice populum extulit. Nam mille talenta signatæ pecuniæ in arcem retulimus, et centum alias triremes fabricati sumus, et navalia exstruximus, et equites mille ducentos comparavimus, et alios totidem sagittarios; erectus item est longus murus australis, neque quisquam statum popularem evertere est aggressus. (175) Rursus quum persuasum nobis esset, ut bellum adversus Megarenses susciperemus, agros nostros vastari passi, multis bonis amissis, pacem petivimus, atque fecimus per Niciam Nicerati filium. Sic iterum hoc tempore septem millia talentûm ob pacis istius commoda in arcem retulimus, et triremes expeditas atque integras non pauciores trecentis comparavimus, item tributi nomine quotannis mille ducenta talenta et amplius nobis fuere pensitata; tenuimus Chersonesum, Naxum, Eubœam, plurimasque colonias iis temporibus deduximus. (176) Et quum tot bonis afflueremus, propter Argivos bellum intulimus Lacedæmoniis, Argivis obsecuti, donec tandem per oratorum velitationes eo devenimus, ut præsidium urbi imponeretur, et quadringenti, ac post impii triginta tyranni, rerum potirentur, pace non ultro facta, sed vi nobis imperata. Rursus bene moderata republica usi sumus populo e Phyle reducto, Archino et Thrasybulo populi partes defendentibus, oblivione injuriarum jurejurando sancita, unde omnes civitatem nostram sapientissimam judicarunt; (177) tunc populo recreato, atque iterum viribus aucto, cives adulterini, et fraude in album civitatis relati, subinde laborantem urbis partem sibi conciliarunt, et bellum ex bello severunt. Nam in pace verbis pericula amplificabant, et præmonebant, atque animos liberales et nimis celeres exstimulabant, in bellis autem arma non attingebant, quamvis et censores essent, et classium præfecti, qui quidem liberos e scortis suscipiebant, et ob calumniandi studium infames erant. Hi igitur nostram urbem in extrema pericula conjiciunt, quum popularis imperii nomen non moribus, sed assentatione colant, et pacem turbent, qua popularis status conservatur, atque iis navent operam, qui populum bellis opprimunt: (178) hi nunc conglobati me invadunt, ac Philippum pacem emisse dictitant, atque in pactionibus omnia nobis præripuisse; quam autem pacem commentus est sibi conducibilem, eam violasse. Me vero sic accusant, non ut legatum, sed ut Philippi atque ipsius pacis sponsorem: et quum verborum tantum potestas penes me fuerit, rerum speratarum præstationem a me reposcunt. Jam eundem hominem in decretis laudatorem meum ostendo,

τος δ' αὐτὸς πρεσβεύσας μόνος τὰς εὐθύνας δίδωμι. (179) Κἀμοὶ μὲν οἱ συνδεησόμενοι πάρεισιν ὑμῶν πατὴρ μέν, οὗ τὰς τοῦ γήρως ἐλπίδας μὴ ἀφέλησθε, ἀδελφοὶ δέ, οἳ διαζυγέντες ἐμοῦ ζῆν οὐκ ἂν προέλοιντο, κηδεσταὶ δέ, καὶ ταυτὶ μὲν τὰ μικρὰ παιδία καὶ τοὺς κινδύνους οὔπω συνιέντα, ἐλεεινὰ δ', εἴ τι συμβήσεται ἡμῖν παθεῖν. Ὑπὲρ ὧν ἐγὼ δέομαι καὶ ἱκετεύω πολλὴν πρόνοιαν ποιήσασθαι, καὶ μὴ τοῖς ἐχθροῖς αὐτοὺς μηδ' ἀνάνδρῳ καὶ γυναικείῳ ἀνθρώπῳ τὴν ὀργὴν παραδοῦναι. (180) Παρακαλῶ δὲ καὶ ἱκετεύω σῶσαί με πρῶτον μὲν τοὺς θεούς, δεύτερον δ' ὑμᾶς τοὺς τῆς ψήφου κυρίους, οἷς ἐγὼ πρὸς ἕκαστον τῶν κατηγορημένων εἰς μνήμην εἶναι τὴν ἐμὴν ἀπολελόγημαι· καὶ δέομαι σῶσαί με καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ παραδοῦναι, ὅσοι μὲν ὑμῶν πατέρες εἰσὶ παίδων ἢ νεωτέρους ἀδελφοὺς περὶ πολλοῦ ποιεῖσθε, ἀναμνησθέντες ὅτι τὴν τῆς σωφροσύνης παράκλησιν διὰ τῆς περὶ Τίμαρχον κρίσεως ἀειμνήστως αὐτοὺς παρακέκληκα, (181) τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας, οἷς ἐμαυτὸν ἄλυπον παρέσχημαι, τὴν μὲν τύχην ἰδιώτης ὢν καὶ τοῖς μετρίοις ὑμῶν ὅμοιος, ἐν δὲ τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσι μόνος τῶν ἄλλων ἐφ' ὑμᾶς οὐ συνεστηκώς· αἰτῶ παρ' ὑμῶν τὴν σωτηρίαν, μετὰ πάσης εὐνοίας τῇ πόλει πεπρεσβευκὼς καὶ μόνος ὑπομείνας τὸν τῶν συκοφαντῶν θόρυβον, ὃν ἤδη πολλοὶ τῶν τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς πολέμοις λαμπρῶν οὐχ ὑπέστησαν. Οὐ γὰρ ὁ θάνατος δεινόν, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν τελευτὴν ὕβρις φοβερά. (182) Πῶς δὲ οὐκ οἰκτρὸν βλέπειν ἐχθροῦ πρόσωπον ἐπεγγελῶντος, καὶ τοῖς ὠσὶ τῶν ὀνειδῶν ἀκοῦσαι; Ἀλλ' ὅμως τετόλμηται· δέδοται τὸ σῶμα τῷ κινδύνῳ. Παρ' ὑμῖν ἐτράφην, ἐν ταῖς ὑμετέραις διατριβαῖς βεβίωκα. Οὐδεὶς ὑμῶν διὰ τὰς ἐμὰς ἡδονὰς κάκιον οἰκεῖ, οὐδὲ ἐστέρηται τῆς πατρίδος κατηγόρου τυχὼν ἐν τοῖς δήμοις, ὅτ' ἦσαν αἱ διαψηφίσεις, οὐδ' ὑπεύθυνος ὢν ἀρχῆς ἐκινδύνευσεν.

183. Μικρὰ δ' εἰπὼν ἤδη καταβαίνω. Ἐγὼ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τοῦ μὲν μηδὲν ἀδικεῖν ὑμᾶς κύριος ἦν, τοῦ δὲ μὴ ἔχειν αἰτίαν ἡ τύχη, ἥ συνεκλήρωσέ με ἀνθρώπῳ συκοφάντῃ βαρβάρῳ, ὃς οὔτε ἱερῶν οὔτε σπονδῶν οὔτε τραπέζης φροντίσας, ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸν μέλλοντα αὐτῷ χρόνον ἀντεροῦντας ἐκφοβῶν, ἥκει ψευδῆ συντάξας καθ' ἡμῶν κατηγορίαν. Ἐὰν οὖν ἐθελήσητε σώζειν τοὺς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὑμετέρας ἀδείας συναγωνιστάς, πολλοὺς βοηθοὺς λήψεται τὸ τῆς πόλεως συμφέρον καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ ὑμῶν ἑτοίμους.

184. Παρακαλῶ δὲ Εὔβουλον μὲν ἐκ τῶν πολιτικῶν καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν συνήγορον, Φωκίωνα δ' ἐκ τῶν στρατηγῶν, ἅμα δὲ καὶ δικαιοσύνῃ διενηνοχότα πάντων, ἐκ δὲ τῶν φίλων καὶ τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμαυτοῦ Ναυσικλέα καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας οἷστισιν ἐγὼ κέχρημαι καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων μετέσχηκα. Ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λόγος εἴρηται, τὸ δὲ σῶμα τοὐμὸν ἤδη παραδίδωσιν ὑμῖν καὶ ἐγὼ καὶ ὁ νόμος.

et in judicio accusatorem reperio. Et quum decimus ipse legatus fuerim, solus rationes reddo. (179) Adsunt mihi quidem qui una mecum vos deprecentur, pater meus, cui spem senectutis ne eripiatis : et fratres, qui a me sejuncti vitam sibi acerbam putabunt : affines item et hi puelli quidem, qui pericula nondum intelligunt, sed miserabiles tamen sunt futuri, si quid nobis acciderit. Pro quibus ego vos oro atque obtestor, ut eos etiam atque etiam commendatos habeatis, neque inimicis et effeminati ac muliebrosi hominis iracundiæ tradatis. (180) Oro porro, et supplex peto, primum a diis immortalibus, uti me conservent, secundo loco a vobis, qui ferendi suffragii jus habetis, apud quos ego singula crimina quantum quidem meminisse potui, refutavi. Conservate igitur me, neque orationum scriptori et improbo Scythæ me tradite. Et qui vestrûm patres sunt liberorum, aut qui fratres natu minores magni facitis, recordamini, me immortalem ad modestiam adhortationem accusatione Timarchi reliquisse : (181) a ceteris autem omnibus, erga quos me comem præbui, quum fortuna sim plebeius et mediocrium similis, in civilibus autem certaminibus solus inter reliquos contra vos non conspirarim, peto salutem, summa erga rempublicam benevolentia legatione functus, et solus calumniatorum tumultum perpessus, quem multi jam, qui in bellis egregia facinora edidere, non sustinuerunt. Neque enim terribilis est interitus, sed contumelia in morte est metuenda. (182) Quanta vero miseria est, inimici insultantis vultum intueri, et ejus probra auribus accipere? Sed tamen in discrimen ventum est, vita mea est periculis exposita. Apud vos sum educatus, in vestris congressibus sum versatus, cum nemine vestrûm propter meas voluptates pejus agitur, neque patria quisquam privatus est me accusatore, quum in pagis civium recensiones fierent, neque ob gestum magistratum in periculum venit.

183. Sed ubi pauca dixero, descendam. Illud, Athenienses, in potestate mea fuit, ut nulla vos afficerem injuria : ne vero in crimen venirem, id penes fortunam fuit, quæ me cum homine calumniatore, eoque barbaro, conflictari coegit, qui, neque sacrorum, neque libationum, nec mensæ communis habita ratione, sed iis qui in posterum adversari ei possent terrore injecto, adest, falsa contra nos accusatione concinnata. Quodsi eos conservare volueritis, qui pacem vestramque securitatem defenderunt, multi erunt, qui reipublicæ commoda tueri velint, et alacriter pro vobis decertare.

184. Peto autem ut advocatus mihi esse dignetur, e viris modestis et in republica versatis Eubulus, ex imperatoriis Phocio, qui præterea etiam justitia omnibus antecellit, ex amicis et æqualibus meis Nausicles, ceterique omnes, quibus ego familiariter usus, atque in iisdem studiis versatus sum. Ac mea quidem oratio jam absoluta est : corpus autem meum vobis et a me traditur et a lege.

III

ΚΑΤΑ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κτησιφῶν ἔγραψε ψήφισμα στεφανῶσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα χρυσῷ στεφάνῳ καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν, ὅτι διατελεῖ τὰ ἄριστα καὶ λέγων καὶ πράττων τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. Τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγράψατο Αἰσχίνης παρανόμων, καὶ εἰσάγει κεφάλαια γενικὰ τρία, ἓν μὲν ὅτι ὑπεύθυνον ὄντα τὸν Δημοσθένην ἐστεφάνωσε τοῦ νόμου κελεύοντος μὴ ἐξεῖναι ὑπεύθυνον ἄρχοντα στεφανοῦν, περὶ οὐσίας· δεύτερον δὲ ὅτι ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνεκήρυξε τὸν στέφανον ἀπαγορεύοντος τοῦ νόμου μηδένα στεφανοῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, περὶ ποιότητος· τρίτον καὶ τελευταῖον, ὅτι καὶ τὰ ψευδῆ ἔγραψεν ἐν τῷ ψηφίσματι· οὐκ εἶναι γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸν Δημοσθένην, οὐδὲ ἄξιον τοῦ στεφάνου. Καὶ τοῦτο εἰς τὸ παράνομον ἀνακτέον, ἐπειδὴ καὶ νόμος ἐστὶν ὁ κωλύων τὰ ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν· ἔστι δὲ περὶ ποιότητος. Ὑποφορὰς δὲ λαμβάνει τρεῖς· πρὸς μὲν τὸ πρῶτον δισσῶς ἐροῦντος Δημοσθένους, ὅτι οὐκ ἦν ἄρχων οὐδὲ ἔστιν ἀρχὴ ἡ τῶν τειχῶν οἰκοδομὴ ἀλλὰ διακονία τις καὶ ἐπιμέλεια, εἰ δὲ καὶ ἀρχή, τῷ γε ἐπιδεδωκέναι ἐκ τῶν ἰδίων καὶ μηδὲν εἰληφέναι ἐκ τῆς πόλεως οὐκ ἦν ὑπεύθυνος, περὶ ποιότητος ἀμφότερα· πρὸς δὲ τοῦτο ὁ Αἰσχίνης εἰσάγει στοχαστικὸν κεφάλαιον, οὐ μέντοι κατασκευάζει· εἰ δὲ μὴ παρ' ἑαυτοῦ ἐπέδωκεν, ἀλλ' εἶχε παρὰ τῆς βουλῆς εἰς τοῦτο δέκα τάλαντα, περὶ οὐσίας. Πρὸς δὲ τὸ δεύτερον κεφάλαιον παρεχομένου Δημοσθένους νόμον ἕτερον, κελεύοντα ἀνακηρύττειν ἐν τῷ θεάτρῳ ἂν ψηφίσηται ὁ δῆμος, Αἰσχίνης οὐ περὶ τῶν πολιτικῶν αὐτὸν εἶναί φησιν ἀλλὰ περὶ τῶν ξενικῶν στεφάνων, περὶ οὐσίας. Πρὸς δὲ τὸ τρίτον πολλὰ κατὰ μέρος. Οἴεται δὲ τὸν Δημοσθένην εἰς τέσσαρας καιροὺς διῃρηκέναι τὴν ἀπολογίαν, τὰ πράγματα καθ' ἕκαστα εἰς τούτους μερίσαντα. Πρῶτον μὲν οὖν φησιν εἶναι καιρὸν τοῦ πολέμου τοῦ πρώτου τοῦ πρὸς Φίλιππον περὶ Ἀμφιπόλεως γενομένου, δεύτερον δὲ τὸν τῆς εἰρήνης, τρίτον δὲ τὸν τοῦ πολέμου τοῦ δευτέρου καὶ τῆς περὶ Χαιρώνειαν ἥττης, τέταρτον δὲ τὸν παρόντα καιρὸν τὸν περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον πολιτευμάτων. Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ αἴτιον αὐτόν φησι γεγονέναι τῆς εἰρήνης, αἰσχρᾶς οὔσης καὶ ἀδόξου, καὶ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίου τὴν πόλιν αὐτὴν πεποιῆσθαι· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, ὅτι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον αὐτὸς παρεσκεύασεν· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, ὅτι τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ τῶν περὶ Φωκέας συμβάντων αἴτιος ἐγένετο, καὶ τῆς ἥττης τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ, πείσας μετὰ Θηβαίων ἀραμένους τὸν πόλεμον πρὸς Φίλιππον παρατάξασθαι· ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ, ὅτι κατὰ τὸν πρὸς Ἀλέξανδρον οὐκ ἐπολιτεύσατο. Μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ βίου παντὸς τοῦ Δημοσθένους κατηγορεῖ, καὶ δὴ καὶ Κτησιφῶντος ἐν ὀλίγοις, ἐν οἷς ἀξιοῖ αὐτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν Κτησιφῶντα ἀπολογεῖσθαι. Τὰ μὲν οὖν κεφάλαια ταῦτ' ἐστίν. Ἐνίκα δὲ τὸν ἀγῶνα Δημοσθένης.

Μέμφονται μέντοι τινὲς τὸν Αἰσχίνην ὅτι οὐκ ἐνδιέτριψεν ἐν τῷ παρανόμῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς πολιτείας κατηγορεῖ τοῦ Δημοσθένους, καλῶς πεπολιτευμένου τοῦ ἀνδρός. Αὐτὸς δὲ τοὐναντίον τούτῳ μάλιστα ἰσχυρίζεται, λέγων οὕτως, « ἔστι δ' ὑπόλοιπον μέρος τῆς κατηγορίας ἐφ' ᾧ μάλιστα σπουδάζω· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ πρόφασις δι' ἣν αὐτὸν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι. » Μήποτε δὲ ἄριστα τοῦτο ἔπραξεν· ἐπειδὴ γὰρ εἶχε δόξαν μεγάλην παρὰ πᾶσι καὶ ὑπόληψιν ὁ Δημοσθένης ὡς λαμπρότατα πεπολιτευμένος, εἰκότως ᾠήθη ψυχροὺς καὶ οὐδενὸς ἀξίους φανήσεσθαι τοὺς περὶ τῶν παρανόμων λόγους, εἰ μὴ δόξαν, αὐτοῖς ἐμποιήσει τὴν ἐναντίαν, ὡς ἄρα ὁ Δημο-

III.

CONTRA CTESIPHONTEM.

ARGUMENTUM.

Scitum fecit Ctesiphon, ut Demosthenes Demosthenis f. Pæaniensis corona aurea donaretur, eaque donatio in theatro palam fieret diebus Bacchanalium tragœdis, propterea quod ea quæ e re essent populi Atheniensis et dicere et facere semper perstiterit. Scitum illud Æschines ut contra leges factum in judicium vocavit, et tria accusationis capita summa profert, unum, quod Demosthenem rationibus nondum relatis corona donandum decreverit, quum lege cautum sit ne quis magistratus corona donaretur priusquam rationes retulisset, et hoc caput ad essentiam causæ pertinet: alterum, quod coronæ præconium in theatro fieri jusserit, quum lex vetet quemquam in theatro coronari, et hoc ad quæstionis qualitatem spectat: tertium et postremum, quod falsa in decreto scripserit; non enim esse bonum virum Demosthenem, neque corona dignum. Hoc quoque est ad crimen de decretis contra leges factis referendum, quum exstet lex quæ falsa scribere prohibeat in decretis: pertinet autem ad qualitatem. Adversarii vero tres objectiones anticipat; nam ad primum caput bifariam respondebit Demosthenes, se non fuisse in magistratu, nec murorum refectionem esse magistratum, sed ministerium quoddam et curationem; et ut magistratus sit, tamen quum de suo sit largitus et e publico nihil acceperit, non sibi referendas esse rationes: utrumque pertinet ad qualitatem. Contra hoc autem Æschines conjecturale caput opponit, quamvis id non confirmet: si non de suo largitus est, sed decem talenta ad operis sumptum a senatu accepit: respicit hoc essentiam quæstionis. Adversus alterum caput quum Demosthenes aliam proferat legem quæ coronam in theatro promulgare jubeat, si jusserit populus, eam Æschines non ad civicas, sed ad hospitales coronas spectare contendit: refertur ad essentiam. Ad tertium multa singulatim regerit. Existimat autem Demosthenem in quattuor tempora defensionem suam partitum esse, singulasque actiones suas in ea distribuisse. Primum porro tempus id ait esse quo bellum primum cum Philippo de Amphipoli gestum fuerit, alterum factæ pacis, tertium secundi belli et cladis Chæronensis, quartum denique tempus præsens, earum scilicet rerum quæ ipsis cum Alexandro intercedant. Primo igitur tempore pacis eum fuisse auctorem dicit, turpis et infamis, atque obstitisse quominus eam una cum communi Græcorum consessu sanciret civitas: secundo, bellum Philippicum ab eo esse concitatum; tertio, sacri belli et casus Phocensium causam fuisse, quin et cladis Chæronensis, quum persuasisset civibus, ut suscepto contra Philippum bello, cum Thebanis socia arma jungerent: postremo, quod Alexandri tempore remp. deseruit. His absolutis totam Demosthenis vitam criminatur, in paucis etiam Ctesiphontis, ubi postulat ut pro se ipse causam dicat. Et capita quidem hæc sunt: judicio tamen vicit Demosthenes.

Æschinem quidem culpant nonnulli, quod crimini de decretis legibus adversis non fuerit immoratus, sed et acta Demosthenis exagitarit, quum is remp. præclare administrasset. Hic contra hac in re quam maxime nititur. *Superest mihi*, inquit, *pars accusationis, in qua plurimum studii colloco: ea vero est causa, cur illum Ctesipho corona donandum censuerit.* Videant autem isti an non rectissime sit factum. Quum enim magna apud omnes esset Demosthenis auctoritas atque existimatio, ut qui splendidissime remp. administrasset, non injuria putavit disputationem de decretis illicitis frigidam fore et inanem, nisi contrariam opinionem auditoribus

σθένης κακόνους ἐστὶ τῷ δήμῳ καὶ αἰσχρῶς καὶ ἐπιμέμπτως πεπολίτευται. Διὰ τοῦτο ἐσπούδασε περὶ τοῦτο μάλιστα, καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς κατηγορίας τὸ πλεῖστον ἐνδιέτριψε. Μέμψαιτο δ' ἄν τις τὸ προοίμιον ὡς τραγικὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιλόγῳ μᾶλλον ἐοικός.

Ἡ στάσις τοῦ λόγου ἐστὶ πραγματικὴ ἔγγραφος, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. Τὰ δὲ κεφάλαια δηλονότι τῆς πραγματικῆς περιέχει ἅπερ καὶ ἐκεῖ, οἷον τὸ νόμιμον τεμνόμενον εἰς τρεῖς νόμους, τὸ δὲ δίκαιον εἰς τέσσαρας καιρούς. Ὅρα δὲ πῶς ἐπιλογικῶς ἤρξατο ἀπὸ συνηγόρων ἐκβολῆς, ὥσπερ καὶ Δημοσθένης.

Τινὲς εἶπον ὅτι οὐκ ἔχει κατασκευὴν τὸ προοίμιον· οὐκοῦν οὐδὲ συμπέρασμα δεῖ ζητεῖν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀκατάσκευον· ἔστι γὰρ αὐτοῦ κατασκευὴ « ὑπὲρ τοῦ τὰ μέτρια καὶ τὰ συνήθη μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει. » Εἰ γὰρ ἡ αἰτία τῆς προτάσεώς ἐστιν ἡ κατασκευή, διὰ δὲ τὸ τὰ μέτρια μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει αἱ δεήσεις, κατασκευὴ ἂν εἴη. Ἔχει δὲ καὶ συμπέρασμα, « ἐγὼ δὲ πεπιστευκὼς ἥκω » ἕως τοῦ « μεῖζον τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων. »

Τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν, ὅση γεγένηται, καὶ τὰς κατὰ τὴν ἀγορὰν δεήσεις, αἷς κέχρηνταί τινες ὑπὲρ τοῦ τὰ μέτρια καὶ τὰ συνήθη μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει· ἐγὼ δὲ πεπιστευκὼς ἥκω πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς, δεύτερον δὲ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν, ἡγούμενος οὐδεμίαν παρασκευὴν ἰσχύειν παρ' ὑμῖν μεῖζον τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων. (2) Ἐβουλόμην μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους καὶ τὰς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων ὀρθῶς διοικεῖσθαι, καὶ τοὺς νόμους οὓς ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας ἰσχύειν, ἵνα ἐξῆν πρῶ-
54 τον μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν πολιτῶν, ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσι, σωφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα παρελθόντι ἄνευ θορύβου καὶ ταραχῆς ἐξ ἐμπειρίας τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν, δεύτερον δ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τὸν βουλόμενον καθ' ἡλικίαν χωρὶς καὶ ἐν μέρει περὶ ἑκάστου γνώμην ἀποφαίνεσθαι· οὕτω γὰρ ἄν μοι δοκεῖ ἥ τε πόλις ἄριστα διοικεῖσθαι αἵ τε κρίσεις ἐλάχισται γίνεσθαι. (3) Ἐπειδὴ δὲ πάντα τὰ πρότερον ὡμολογημένα καλῶς ἔχειν νυνὶ καταλέλυται, καὶ γράφουσί τέ τινες ῥᾳδίως παρανόμους γνώμας, καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες προεδρεύειν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς καθεζόμενοι, ἂν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ κληρούμενος προεδρεύειν καὶ τὰς ὑμετέρας χειροτονίας ὀρθῶς ἀναγορεύῃ, τοῦτον οἱ τὴν πολιτείαν κοινὴν οὐκέτι ἀλλ' ἰδίαν αὐτῶν ἡγούμενοι ἀπειλοῦσιν εἰσαγγέλλειν, καταδουλούμενοι τοὺς ἰδιώτας καὶ δυναστείας ἑαυτοῖς περιποιοῦντες, (4) καὶ τὰς κρίσεις τὰς μὲν ἐκ τῶν νόμων καταλελύκασι, τὰς δ' ἐκ τῶν ψηφισμάτων μετ' ὀργῆς κρίνουσι, σεσίγηται μὲν τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει « τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων καὶ πάλιν ἐν μέρει τῶν ἄλλων Ἀθηναίων »; τῆς δὲ τῶν ῥητόρων ἀκοσμίας οὐκέτι κρατεῖν δύνανται οὔθ' οἱ νόμοι οὔθ' οἱ πρυτάνεις οὔθ' οἱ πρόεδροι οὔθ' ἡ προεδρεύουσα φυλή, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. (5) Τούτων δ' ἐχόντων οὕτως, καὶ τῶν καιρῶν ὄντων τῇ

incuteret, Demosthenem malevolo esse in populum animo et in rebus publicis turpem se et reprehensione dignum ostendisse. Quocirca in hanc accusationis partem summo studio incubuit, et in ea diutissime est immoratus. In culpa fortasse ponet aliquis exordium, ut tragicum et inflatius et ad perorationem propius accedens.

Status orationis est negotialis scripto constans, ut et orationis Pro corona: capita vero status negotialis, sicuti in illa, habet legitimum quod in tres leges, et justum quod in quattuor tempora dividitur. Observabis autem ut instar perorationis sit exorsus a rejectione advocatorum, quemadmodum et Demosthenes.

Quidam dixerunt, non habere confirmationem exordium, itaque ne conclusionem quidem esse quærendam. Verum confirmatione non caret: quæ inest verbis: *ne ea quæ æqua et usitata sunt in civitate fiant.* Nam si ratio propositionis confirmationem efficit, ratio autem est quorundam deprecationes ne ea quæ æqua sunt et usitata in civitate fiant, adest utique confirmatio. Quin et conclusionem habet, *ego vero fretus adsum,* usque ad illud, *plus apud vos quam leges atque jura valiturum.*

Quantus istic apparatus sit, Athenienses, quantaque acies instructa, quibus denique in foro precibus sint usi quidam, ne ea quæ et æqua et usitata sunt, in civitate fiant, videtis. Ego vero diis primum immortalibus, deinde legibus ac vobis fretus adsum, nullum existimans apparatum plus apud vos quam leges atque jura valiturum. (2) Vellem quidem, Athenienses, ut et quingentorum senatus et conciones publicæ a præfectis suis recte administrarentur; vellem leges, quas Solon de oratorum disciplina tulit, valerent, ut ei primum qui ex civibus esset ætate provectior, sicut leges jubent, in suggestum pudenter adscendenti, sine strepitu ac tumultu ex usu rerum optima reipublicæ consilia dare liceret; deinde ut jam cuivis civium, pro sua cujusque ætate, seorsum et per vices singulis de rebus sententiæ dicendæ potestas esset. Sic enim mihi videtur et civitas optime regi posse, et contentiones forenses rarissimæ futuræ. (3) Quum autem cuncta, quæ olim consensu omnium erant præstantissima, nunc abrogata sint, nonnulli sententias legibus contrarias non dubitent perscribere, easque alii populi suffragiis permittant, non justissima ratione proedrorum munus sortito adepti, sed facta coitione consecuti; si quis autem ex reliquis senatoribus munus illud revera sortitus sit et suffragia vestra rite pronuntiaverit, huic isti, qui remp. non jam communem sed privatim suam existimant, delationem nominis minitentur, redacta in servitutem plebe et dominationem sibi vindicantes, (4) adeo ut judiciorum rationes quæ legibus constitutæ sunt abrogarint, quæque plebiscitis sancitæ sunt, eas pro lubitu tractent: silet præconium illud omnium quæ in urbe sunt et pulcerrimum et modestissimum, Quis quinquagenario major concionem habere vult, deinde per vices qui alii Athenienses? — sed oratorum immodestiam jam neque leges neque prytanes neque proedri neque præsidens tribus, decima pars civitatis, possunt coercere. (5) Quum igitur hæc ita se habeant, ac talia reip. obvene-

πόλει τοιούτων ὁποίους τινὰς αὐτοὺς ὑμεῖς ὑπολαμϐάνετε εἶναι, ἓν ὑπολείπεται μέρος τῆς πολιτείας, εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γινώσκων, αἱ τῶν παρανόμων γραφαί. Εἰ δὲ καὶ ταύτας καταλύσετε ἢ τοῖς καταλύουσιν ἐπιτρέψετε, προλέγω ὑμῖν ὅτι λήσετε κατὰ μικρὸν τῆς πολιτείας τισὶ παραχωρήσαντες. (6) Εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τρεῖς εἰσὶ πολιτεῖαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, τυραννὶς καὶ ὀλιγαρχία καὶ δημοκρατία, διοικοῦνται δ' αἱ μὲν τυραννίδες καὶ ὀλιγαρχίαι τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων, αἱ δὲ πόλεις αἱ δημοκρατούμεναι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. Μηδεὶς οὖν ὑμῶν τοῦτ' ἀγνοείτω, ἀλλὰ σαφῶς ἕκαστος ἐπιστάσθω, ὅτι ὅταν εἰσίῃ εἰς δικαστήριον γραφὴν παρανόμων δικάσων, ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλει τὴν ψῆφον φέρειν περὶ τῆς ἑαυτοῦ παρρησίας. Διόπερ καὶ ὁ νομοθέτης τοῦτο πρῶτον ἔταξεν ἐν τῷ τῶν δικαστῶν ὅρκῳ, « ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους », ἐκεῖνό γε εὖ εἰδώς, ὅτι ὅταν διατηρηθῶσιν οἱ νόμοι τῇ πόλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία. (7) Ἃ χρὴ διαμνημονεύοντας ὑμᾶς μισεῖν τοὺς τὰ παράνομα γράφοντας, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι μικρὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἀδικημάτων, ἀλλ' ἕκαστον ὑπερμέγεθες, καὶ τοῦθ' ὑμῶν τὸ δίκαιον μηδένα ἀνθρώπων ἐξαιρεῖσθαι, μήτε τὰς τῶν στρατηγῶν συνηγορίας, οἳ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντές τισι τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν, μήτε τὰς τῶν ξένων δεήσεις, οὓς ἀναϐιϐαζόμενοί τινες ἐκφεύγουσιν ἐκ τῶν δικαστηρίων, παράνομον πολιτείαν πολιτευόμενοι· ἀλλ' ὥσπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος αἰσχυνθείη τὴν τάξιν λιπεῖν ἣν ἂν ταχθῇ ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτω καὶ νῦν αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων φύλακες τῆς δημοκρατίας τήνδε τὴν ἡμέραν. (8) Κἀκεῖνο δὲ χρὴ διαμνημονεύειν, ὅτι νῦν ἅπαντες οἱ πολῖται παρακαταθέμενοι τὴν πόλιν ὑμῖν καὶ τὴν πολιτείαν διαπιστεύσαντες οἱ μὲν πάρεισι καὶ ἐπακούουσι τῆσδε τῆς κρίσεως, οἱ δὲ ἄπεισιν ἐπὶ τῶν ἰδίων ἔργων· οὓς αἰσχυνόμενοι, καὶ τῶν ὅρκων οὓς ὠμόσατε μεμνημένοι καὶ τῶν νόμων, ἐὰν ἐξελέγξωμεν Κτησιφῶντα καὶ παράνομα γράψαντα καὶ ψευδῆ καὶ ἀσύμφορα τῇ πόλει, λύετε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς παρανόμους γνώμας, βεϐαιοῦτε τῇ πόλει τὴν δημοκρατίαν, κολάζετε τοὺς ὑπεναντίως τῷ νόμῳ καὶ τῇ πόλει καὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ πολιτευομένους. Κἂν ταύτην ἔχοντες τὴν διάνοιαν ἀκούσητε τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι λόγων, εὖ οἶδ' ὅτι δίκαια καὶ εὔορκα καὶ συμφέροντα ὑμῖν αὐτοῖς ψηφιεῖσθε καὶ πάσῃ τῇ πόλει.

9. Περὶ μὲν οὖν τῆς ὅλης κατηγορίας μετρίως μοι ἐλπίζω προειρῆσθαι· περὶ δὲ αὐτῶν τῶν νόμων οἳ κεῖνται περὶ τῶν ὑπευθύνων, παρ' οὓς τὸ ψήφισμα τοῦτο τυγχάνει γεγραφὼς Κτησιφῶν, διὰ βραχέων εἰπεῖν βούλομαι. Ἐν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἄρχοντές τινες τὰς μεγίστας ἀρχὰς καὶ τὰς προσόδους διοικοῦντες, καὶ δωροδοκοῦντες περὶ ἕκαστα τούτων, προσλαμϐάνοντες τούς τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ῥήτορας καὶ τοὺς ἐκ τοῦ δήμου, πόρρωθεν προκατελάμϐανον τὰς εὐθύνας ἐπαίνοις

rint tempora, qualia vos esse ipsi intelligitis, una adhuc pars civilis rationis reliqua est, si quid modo ego intelligo, judiciorum de decretis contra leges factis vindicatio. Quodsi hæc quoque tolletis vel iis qui tollere conantur permittetis, prædico vobis fore ut paulatim universæ reip. statum certis hominibus imprudentes concedatis. (6) Probe enim nostis, Athenienses, tria esse apud omnes homines reip. administrandæ genera : unius, paucorum, et populi principatum. Ac regnum quidem paucorumque dominatus eorum qui præsunt administrantur arbitrio; liberæ vero civitates legibus obtemperant. Neminem igitur vestrûm hoc lateat; sed plane sciat unusquisque, se, eo ipso die quo forum judiciale ingreditur actionem de decretis contra leges factis disceptaturus, de sua etiam ipsius dicendi libertate laturum esse sententiam. Idcirco et legislator primum hoc posuit in judicum jurejurando, « Sententiam feram secundum leges; » illud nimirum pro comperto habuit, conservatis reip. legibus, salvum simul esse imperium populare. (7) Quæ quidem vos memoria tenentes oportet eos qui decreta scribunt legibus contraria odisse, neque ullum hujusmodi crimen leve, sed gravissimum esse unumquodque arbitrari, denique hoc jus neminem mortalium vobis pati eripere, repudiatis et imperatorum patrociniis, qui jamdiu oratoribus quibusdam adjutores adsciti remp. labefactant, et hospitum deprecationibus, quibus aliqui subornatis e judiciis effugiunt, quum legibus contrariam sequantur reipublicæ gerendæ rationem : sed quemadmodum quemque vestrûm puderet stationem in bello sibi assignatam deserere, ita etiam nunc pudeat ab eo loco migrare, in quo a legibus, dominationis popularis custodes, hodierno die collocati estis. (8) Illud etiam memoria est tenendum, universos cives reip. statum atque regimen vestræ nunc fidei commisisse, quorum alii hodiernæ intersunt causæ, alii vero absunt suis occupati negotiis : quos reveriti, et jurisjurandi, quo obstricti estis, legumque memores, si Ctesiphontem convicerimus et legibus contrarium falsumque et civitati incommodum decretum conscripsisse, evertite, Athenienses, iniqua proposita, dominationem popularem civitati stabilite, de iis qui in gerenda rep. neque legibus neque civitati neque communi omnium vestrûm utilitati consulunt, pœnas desumite. Quodsi his animis ea quæ dicturus sum audieritis, certe scio vos et justam religiosamque et vobis reipublicæque perutilem sententiam esse laturos.

9. Ac de universa quidem accusatione satis multa me præfatum esse confido : de legibus autem, quæ ad eos pertinent qui rationibus referendis sunt obnoxii, contra quas decretum hoc scripsit Ctesiphon, paucis jam mihi esse dicendum videtur. Superioribus igitur temporibus, nonnulli summis in repub. magistratibus functi et vectigalibus præfecti curandis, quique in eorum singulis sordidum quæstum facerent, adjungendis sibi tum a senatu tum a plebe oratoribus, rationum referendarum judicia laudibus et præconiis

καὶ κηρύγμασιν, ὥστ' ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχόντων εἰς τὴν μεγίστην μὲν ἀπορίαν ἀφικνεῖσθαι τοὺς κατηγόρους, πολὺ δὲ ἔτι μᾶλλον τοὺς δικαστάς. (10) Πολλοὶ γὰρ πάνυ τῶν ὑπευθύνων ἐπ' αὐτοφώρῳ κλέπται τῶν δημοσίων χρημάτων ὄντες ἐξελεγχόμενοι διεφύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων· εἰκότως· ᾐσχύνοντο γὰρ οἶμαι οἱ δικασταί, εἰ φανήσεται ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τυχὸν δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, πρῴην μέν ποτε ἀναγορευόμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης ὑπὸ τοῦ δήμου χρυσῷ στεφάνῳ, ὁ δὲ αὐτὸς ἀνὴρ μικρὸν ἐπισχὼν ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκώς· ὥστε ἠναγκάζοντο τὴν ψῆφον φέρειν οἱ δικασταὶ οὐ περὶ τοῦ παρόντος ἀδικήματος, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αἰσχύνης τοῦ δήμου. (11) Κατιδὼν δέ τις ταῦτα νομοθέτης τίθησι νόμον καὶ μάλα καλῶς ἔχοντα, τὸν διαρρήδην ἀπαγορεύοντα τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. Καὶ ταῦτα οὕτως εὖ προκατειληφότος τοῦ νομοθέτου, εὕρηνται κρείττονες λόγοι τῶν νόμων, οὓς εἰ μή τις ὑμῖν ἐρεῖ, λήσετε ἐξαπατηθέντες. Τούτων γάρ τινες τῶν τοὺς ὑπευθύνους στεφανούντων παρὰ τοὺς νόμους οἱ μὲν φύσει μέτριοί εἰσιν, εἰ δή τίς ἐστι μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων· ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. Προσεγγράφουσι γὰρ πρὸς τὰ ψηφίσματα στεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον ἐπειδὰν λόγον καὶ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς δῷ. (12) Καὶ ἡ μὲν πόλις τὸ ἴσον ἀδίκημα ἀδικεῖται (προκαταλαμβάνονται γὰρ ἐπαίνοις καὶ στεφάνοις αἱ εὐθῦναι), ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων ἐνδείκνυται τοῖς ἀκούουσιν ὅτι γέγραφε μὲν παράνομα, αἰσχύνεται δὲ ἐφ' οἷς ἡμάρτηκε. Κτησιφῶν δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὑπερπηδήσας τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν ὑπευθύνων κείμενον, καὶ τὴν πρόφασιν ἣν ἐγὼ ἀρτίως προεῖπον ὑμῖν ἀνελών, πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι, γέγραφε μεταξὺ Δημοσθένην ἄρχοντα στεφανοῦν.

13. Λέξουσι δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἕτερον λόγον ὑπεναντίον τῷ ἀρτίως εἰρημένῳ, ὡς ἄρα ὅσα τις αἱρετὸς ὢν πράττει κατὰ ψήφισμα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρχὴ ἀλλ' ἐπιμέλειά τις καὶ διακονία· ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ, κἀκείνας ἃς ὁ δῆμος εἴωθε χειροτονεῖν ἐν ἀρχαιρεσίαις, στρατηγοὺς καὶ ἱππάρχους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχάς, τὰς δ' ἄλλας ταύτας πραγματείας προστεταγμένας κατὰ ψήφισμα. (14) Ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς λόγους τοὺς τούτων νόμον ὑμέτερον παρέξομαι, ὃν ὑμεῖς ἐνομοθετήσατε λύσειν ἡγούμενοι τὰς τοιαύτας προφάσεις, ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται, « τὰς χειροτονητάς » φησιν « ἀρχάς » ἁπάσας ἑνὶ περιλαβὼν ὀνόματι ὁ νομοθέτης, καὶ προσειπὼν ἀρχὰς ἁπάσας εἶναι ἃς ὁ δῆμος χειροτονεῖ, « καὶ τοὺς ἐπιστάτας » φησὶ « τῶν δημοσίων ἔργων » (ἔστι δὲ ὁ Δημοσθένης τειχοποιός, ἐπιστάτης τοῦ μεγίστου τῶν ἔργων) « καὶ πάντας ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως πλέον ἢ τριάκονθ' ἡμέρας, καὶ ὅσοι λαμβάνουσιν ἡγεμονίας δικαστηρίων » (οἱ δὲ τῶν ἔργων

ex longinquo antevertebant, ita ut in rationibus magistratuum reddendis accusatores, multoque etiam magis judices, in maximas redacti essent angustias. (10) Multi enim eorum qui rationes reddere tenebantur, quum apertissime peculatus arguerentur, e judiciis tamen evaserunt. Neque id sane mirum. Pudebat scilicet judices, in eadem urbe, fortassis etiam eodem anno, virum eundem, de quo nuper ludis publicis prædicaretur, eum virtutis ergo et justitiæ aurea corona a populo donari, mox e judicio videri exeuntem furti causa repetundarum damnatum. Itaque sententiam ferre judices cogebantur, non quam objectum crimen postularet, sed qua civium pudori consuleretur. (11) Hæc quum legislator quidam animadvertisset, legem tulit eamque præclaram, quæ diserte vetat, ne qui rationes nondum retulerunt corona donentur. Quæ quum a legislatore tam prudenter sint provisa, inventa tamen quædam sunt aucupia verborum legibus superiora, quorum nisi quis certiores vos faciat, imprudentes decipiemini. Eorum enim, qui aliquos ante relatas rationes corona donandos contra leges censent, nonnulli natura sunt modesti, si quis modo eorum modestus esse potest qui decreta scribunt legibus adversa : sed tamen velamentum quoddam dedecori prætendunt. Decretis enim adscribunt, coronandum esse hominem, postquam gesti magistratus rationes reddiderit. (12) Ac civitas quidem pari utrobique injuria afficitur; nam rationes referendæ laudibus et coronis prævertuntur : is autem qui decretum scribit significat auditoribus se quidem contra leges id scripsisse, delicti autem ipsum pudere. Ctesiphon vero, Athenienses, et legem trangressus quæ ad rationes relaturos pertinet, eumque, quem modo vobis exposui, prætextum rejiciens, scito jussit Demosthenem, etiam tum magistratum gerentem, priusquam rationes retulerit, corona donari.

13. Aliam porro, Athenienses, afferent orationem ab ea quæ modo exposita est diversam, si quid aliquis electus ex plebiscito gerat, id non magistratum esse, sed curationem quandam et ministerium : magistratus autem illos esse dicent, quos Thesmothetæ in Thesei fano sortito distribuant, eos item, quos populus in comitiis suffragio creare solet, ut imperatores, ut equitum magistros ceterosque id genus magistratus, reliqua vero omnia negotia esse dumtaxat ex plebiscito mandata. (14) Ego vero istorum orationi legem vestram opponam, quam eo consilio tulistis, ut hujusmodi commenta præcidantur. In qua diserte scriptum est : *Magistratus*, inquit legislator, *qui populi suffragio creantur* (uno omnes vocabulo complexus, cunctosque eos edicens esse magistratus, quos populus suffragio creat), *et publicis operibus præfectos* (est autem Demosthenes, curator quum esset muris reficiendis, maximo præfectus operi), *et omnes, quotquot aliquid quod civitatis sit tractant ultra triginta dies, et quicumque jurisdictionem acceperint*

56 ἐπιστάται πάντες ἡγεμονίᾳ χρῶνται δικαστηρίου), (15) τί τούτους κελεύει ποιεῖν; οὐ διακονεῖν ἀλλ' ἄρχειν δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἐπειδὴ καὶ αἱ κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι, καὶ λόγον καὶ εὐθύνας ἐγγράφειν πρὸς τὸν γραμματέα καὶ τοὺς λογιστάς, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς, κελεύει. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, τοὺς νόμους αὐτοὺς ὑμῖν ἀναγνώσεται.

ΝΟΜΟΙ.

16. Ὅταν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ μὲν νομοθέτης ἀρχὰς ὀνομάζῃ, οὗτοι δὲ προσαγορεύωσι πραγματείας καὶ ἐπιμελείας, ὑμέτερον ἔργον ἐστὶν ἀπομνημονεύειν καὶ ἀντιτάττειν τὸν νόμον πρὸς τὴν τούτων ἀναίδειαν καὶ ὑποβάλλειν αὐτοῖς ὅτι οὐ προσδέχεσθε κακοῦργον σοφιστὴν οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν, ἀλλ' ὅσῳ ἄν τις ἄμεινον λέγῃ παράνομα γεγραφώς, τοσούτῳ μείζονος ὀργῆς τεύξεται. Χρὴ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ.

17. Πρὸς δὲ δὴ τὸν ἄφυκτον λόγον, ὅν φησι Δημοσθένης, βραχέα βούλομαι προειπεῖν. Λέξει γὰρ οὗτος « τειχοποιός εἰμι· ὁμολογῶ· ἀλλ' ἐπιδέδωκα τῇ πόλει μνᾶς ἑκατὸν καὶ τὸ ἔργον μεῖζον ἐξείργασται. Τίνος οὖν εἰμὶ ὑπεύθυνος, εἰ μή τίς ἐστιν εὐνοίας εὐθύνη; » Πρὸς δὴ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀκούσατέ μου λέγοντος καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα. Ἐν γὰρ ταύτῃ τῇ πόλει οὕτως ἀρχαίᾳ οὔσῃ καὶ τηλικαύτῃ τὸ μέγεθος οὐδείς ἐστιν ἀνυπεύθυνος τῶν καὶ ὁπωσοῦν πρὸς τὰ κοινὰ προσεληλυθότων. (18) Διδάξω δ' ὑμᾶς πρῶτον ἐπὶ τῶν παραδόξων· οἷον τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ συλλήβδην ἅπαντας καὶ χωρὶς ἑκάστους κατὰ σῶμα, τοὺς τὰ γέρα μόνα λαμβάνοντας καὶ τὰς εὐχὰς ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχομένους, καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη, Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. (19) Πάλιν τοὺς τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀποδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα, ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν. Οὐ τοίνυν μόνοι οἱ τριήραρχοι, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν τῇ πόλει συνεδρίων ὑπὸ τὴν τῶν δικαστηρίων ἔρχεται ψῆφον. (20) Πρῶτον μὲν γὰρ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγράφειν πρὸς τοὺς λογιστὰς ὁ νόμος κελεύει λόγον καὶ εὐθύνας διδόναι, καὶ τὸν ἐκεῖ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κύριον ἄγει ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον. Οὐκ ἄρα στεφανωθήσεται ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου; οὐδὲ γὰρ πάτριον αὐτοῖς ἐστιν. Οὐκ ἄρα φιλοτιμοῦνται; πάνυ γε, ἀλλ' οὐκ ἀγαπῶσιν ἐάν τις παρ' αὐτοῖς μὴ ἀδικῇ, ἀλλ' ἐάν τις ἐξαμαρτάνῃ κολάζουσιν· οἱ δὲ

(omnes autem operibus præfecti jurisdictionem exercent) : (15) quid hos jubet facere? non obire ministerium, sed magistratu fungi postquam in foro judiciali approbati sint, siquidem ne ii quidem quibus sortito magistratus obvenere, nisi spectati prius et approbati sint, magistratum gerunt; jubet etiam eos, quemadmodum ceteros magistratus, apud scribam et ratiociniorum præfectos in tabulas referre rationes. Hæc ut a me vere dici constet, ipsæ vobis leges recitabuntur.

LEGES.

16. Quum igitur, Athenienses, quos legislator magistratus appellat, isti negotia et curationes nominarint, vestrum est hanc legem recordari et eorum opponere impudentiæ, subjicere eis denique, neutiquam vobis acceptum fore malitiosum cavillatorem, qui se verborum captionibus leges eversurum putet, sed quo quisque lingua melior sit qui legibus contraria scribit, eo graviorem iram vestram sensurum. Oportet enim, Athenienses, idem loqui legem et oratorem; ubi vero aliam vocem lex, aliam orator mittat, secundum legis æquitatem ferenda sententia est, non dicentis impudentiam.

17. Jam de illa, quam Demosthenes inexpugnabilem ait, ratione pauca præmittam. Dicet enim iste, *ego muris reficiendis curator sum, fateor; sed minas centum largitus sum civitati, atque opus inde amplius multo effeci. Cujus igitur rei mihi ratio referenda est, nisi forte et benevolentiæ sit ratio aliqua referenda?* Adversus eum autem prætextum audite me paucis, quam æqua et vobis utilia sim dicturus. In hac enim tanta et tam veteri republica, nemo est eorum qui ad remp. quomodocumque accesserint qui referendarum rationum judicio sit solutus. (18) Idque vos iis edocebo primum quæ plerisque mira videantur. Cujusmodi est, quod sacerdotes mares feminasque lex rationibus reddendis subjicit, et generatim omnes et unumquemque sigillatim, qui dumtaxat honorarium aliquod accipiunt et vota pro vobis diis faciunt : idque non privatim tantum, sed communiter etiam totas familias, Eumolpidas, Cerycas et reliquos omnes. (19) Rursus trierarchos rationem reddere lex jubet, qui neque publica tractarunt, neque e vectigalibus vestris multum suffurati, exiguum vero quiddam numerantes, largiri se de suo dicunt, quum vestra vobis restituant, sed qui citra controversiam patrimonia sua vestri studio insumpserunt. Neque vero trierarchi soli, sed maxima omnium quæ in civitate sunt concilia, judicum suffragium subeunt. (20) Primum enim Areopagiticum senatum jubet lex rationes suas apud præfectos ratiociniorum referre, illosque maximarum et gravissimarum causarum arbitros vestro subjicit suffragio. Nunquamne ergo coronabitur senatus Areopagiticus? Non; neque enim hoc illis patrium aut usitatum est. Non ducuntur studio honoris? Ducuntur sane, verum non satis habent, si quis apud se ipsos nemini faciat injuriam, sed si quis deliquerit, castigant : vestri autem oratores licentia efferuntur. Præterea

ὑμέτεροι ῥήτορες τρυφῶσι. Πάλιν τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ὑπεύθυνον πεποίηκεν ὁ νομοθέτης, (21) καὶ οὕτως ἰσχυρῶς ἀπιστεῖ τοῖς ὑπευθύνοις, ὥστ' εὐθέως ἀρχόμενος τῶν νόμων λέγει, « ἀρχὴν ὑπεύθυνον » φησὶ « μὴ ἀποδημεῖν. » Ὦ Ἡράκλεις, ὑπολάβοι ἄν τις, ὅτι ἦρξα, μὴ ἀποδημήσω; ἵνα γε μὴ προλαβὼν χρήματα τῆς πόλεως ἢ πράξεις δρασμῷ χρήσῃ. Πάλιν ὑπεύθυνον οὐκ ἐᾷ τὴν οὐσίαν καθιεροῦν οὐδὲ ἀνάθημα ἀναθεῖναι οὐδ' ἐκποίητον γενέσθαι οὐδὲ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ οὐδ' ἄλλα πολλά· ἑνὶ δὲ λόγῳ ἐνεχυράζει τὰς οὐσίας ὁ νομοθέτης τὰς τῶν ὑπευθύνων, ἕως ἂν λόγον ἀποδῶσι τῇ πόλει. (22) Ναί, ἀλλ' ἔστι τις ἄνθρωπος ὃς οὔτ' εἴληφεν οὐδὲν τῶν δημοσίων οὔτ' ἀνήλωκε, προσῆλθε δὲ πρός τι τῶν κοινῶν. Καὶ τοῦτον ἀποφέρειν κελεύει λόγον πρὸς τοὺς λογιστάς. Καὶ πῶς ὅ γε
57 μηδὲν λαβὼν μηδ' ἀναλώσας ἀποίσει λόγον τῇ πόλει; αὐτὸς ὑποβάλλει καὶ διδάσκει ὁ νόμος ἃ χρὴ γράφειν· κελεύει γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἐγγράφειν, ὅτι « οὔτ' ἔλαβον οὐδὲν τῶν τῆς πόλεως οὔτ' ἀνήλωσα. » Ἀνεύθυνον δὲ καὶ ἀνεξέταστον καὶ ἀζήτητον οὐδέν ἐστι τῶν ἐν τῇ πόλει. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, αὐτῶν ἀκούσατε τῶν νόμων.

ΝΟΜΟΙ.

23. Ὅταν τοίνυν μάλιστα θρασύνηται Δημοσθένης λέγων ὡς διὰ τὴν ἐπίδοσιν οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος, ἐκεῖνο αὐτῷ ὑποβάλλετε « οὐκ οὖν ἐχρῆν σε, ὦ Δημόσθενες, ἐᾶσαι τὸν τῶν λογιστῶν κήρυκα κηρῦξαι τὸ πάτριον καὶ ἔννομον κήρυγμα τοῦτο, τίς βούλεται κατηγορεῖν; ἔασον ἀμφισβητῆσαί σοι τὸν βουλόμενον τῶν πολιτῶν ὡς οὐκ ἐπέδωκας, ἀλλ' ἀπὸ πολλῶν ὧν ἔχεις εἰς τὴν τῶν τειχῶν οἰκοδομίαν μικρὰ κατέθηκας, δέκα τάλαντα εἰς ταῦτα ἐκ τῆς πόλεως εἰληφώς. Μὴ ἅρπαζε τὴν φιλοτιμίαν, μηδὲ ἐξαιροῦ τῶν δικαστῶν τὰς ψήφους ἐκ τῶν χειρῶν, μηδ' ἔμπροσθεν τῶν νόμων ἀλλ' ὕστερος πολιτεύου. Ταῦτα γὰρ ὀρθοῖ τὴν δημοκρατίαν. »

24. Πρὸς μὲν οὖν τὰς κενὰς προφάσεις, ἃς οὗτοι προφασιοῦνται, μέχρι δεῦρο εἰρήσθω μοι· ὅτι δὲ ὄντως ἦν ὑπεύθυνος ὁ Δημοσθένης ὅθ' οὗτος εἰσήνεγκε τὸ ψήφισμα, ἄρχων μὲν τὴν ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ἀρχήν, ἄρχων δὲ τὴν τῶν τειχοποιῶν, οὐδετέρας δέ πω τῶν ἀρχῶν τούτων λόγον ὑμῖν οὐδ' εὐθύνας δεδωκώς, ταῦτ' ἤδη πειράσομαι ὑμᾶς διδάσκειν ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων. Καί μοι ἀνάγνωθι ἐπὶ τίνος ἄρχοντος καὶ ποίου μηνὸς καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ καὶ ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐχειροτονήθη Δημοσθένης τὴν ἀρχὴν τὴν ἐπὶ τῷ θεωρικῷ.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ ΤΩΝ ΗΜΕΡΩΝ.

Οὐκοῦν εἰ μηδὲν ἔτι περαιτέρω τούτου δείξαιμι, δικαίως ἂν ἁλίσκοιτο Κτησιφῶν· αἱρεῖ γὰρ αὐτὸν οὐχ ἡ κατηγορία ἡ ἐμὴ ἀλλὰ τὰ δημόσια γράμματα.

25. Πρότερον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀντιγραφεὺς ἦν χειροτονητὸς τῇ πόλει, ὃς καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ἀπελογίζετο τὰς προσόδους τῷ δήμῳ· διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὔβουλον γενομένην πίστιν ὑμῖν οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν

senatum Quingentorum legislator referendis rationibus fecit obnoxium, (21) atque iis qui rationes nondum retulerunt usque adeo diffidit, ut statim legum initio dicat: *Magistratus rationibus non relatis ne peregre proficiscitor.* Dii boni! exclamet aliquis, eone quod magistratum gessi, non peregre proficiscar? Scilicet ne intercepta pecunia publica aut negotiis mala fide gestis in fugam te conjicias. Rursus eum qui rationes debet neque facultates suas consecrare sinit, neque donaria templis suspendere, neque adoptari, neque testamentum facere, aliave permulta. Uno ut dicam verbo, eorum, qui hoc judicio tenentur, bona legislator in pignus arripit, donec civitati rationem retulerint. (22) Esto, sed est qui ex pecunia publica neque sumpsit quicquam neque insumpsit, ad aliquam tamen reip. accessit partem. Etiam hunc jubet lex rationes referre apud præfectos ratiociniis. Quo pacto tandem, qui nec sumpsit nec insumpsit quicquam, rationem reddet civitati? Lex ipsa subjicit ac declarat quæ scribenda sint. Jubet enim hoc ipsum tabulis inscribere, *se nec sumpsisse quicquam e publico nec insumpsisse.* Omnino autem eorum, quæ in hac civitate sunt, nihil est, de quo non reddenda sit ratio, de quo non sit quærendum, quod non sit explorandum. Quæ ut a me vere dici pernoscatis, ipsas audite leges.

LEGES.

23. Quum igitur in hoc maxime se jactabit Demosthenes, dicetque se propter largitionem suam rationibus reddendis non esse obnoxium, illud statim ei opponite, *Nonne te, Demosthenes, sinere oportebat ratiocinatorum præconem patrium illud et legitimum præconium usurpare*, QUIS ACCUSARE VULT? *Sinito disceptare tecum quemvis civium, an nihil sis largitus, sed de multis, quæ accepta habes in murorum refectionem, pauca impenderis, quum decem talenta eo nomine a civitate accepisses: ne tibi liberalitatis laudem rapito, neque calculos e judicum manibus extorqueto, neque leges antecedere sed sequi velis in rep. gerenda. Hæc enim dominationem erigunt popularem.*

24. Itaque adversus futiles, quos fingent isti, prætextus hactenus a nobis dictum sit. Revera autem referendis rationibus obnoxium fuisse Demosthenem, ubi scitum istud Ctesiphon rogavit, quum pecuniæ theatrali et murorum simul refectioni præpositus esset, neutriusque magistratus rationem reddidisset, ego jam vos ex tabulis publicis conabor edocere. Recita ergo mihi, quo prætore, quo mense, quo die, et in qua concione Demosthenes theatralis pecuniæ curator sit electus.

SUPPUTATIO DIERUM.

Itaque si nihil amplius probaverim, jure tamen optime damnaretur Ctesiphon. Neque enim eum accusatio mea, sed acta publica coarguunt.

25. Erat olim quidem, Athenienses, custos a civitate delectus, qui in singulis tribuum imperiis rationes vectigalium populo referebat: propter eam autem quam apud vos Eubulus consecutus est auctoritatem, ii quibus theatralis pe-

κεχειροτονημένοι ἦρχον μὲν πρὶν ἢ τὸν Ἡγήμονος νόμον γενέσθαι τὴν τοῦ ἀντιγραφέως ἀρχήν, ἦρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν, καὶ νεώριον καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν, ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοὶ καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως. (26) Καὶ οὐ κατηγορῶν αὐτῶν οὐδ' ἐπιτιμῶν λέγω, ἀλλ' ἐκεῖνο ὑμῖν ἐνδείξασθαι βούλομαι, ὅτι ὁ μὲν νομοθέτης, ἐάν τις μιᾶς ἀρχῆς τῆς ἐλαχίστης ὑπεύθυνος ᾖ, τοῦτον οὐκ ἐᾷ πρὶν ἂν λόγους καὶ εὐθύνας δῷ στεφανοῦν, ὁ δὲ Κτησιφῶν Δημοσθένην τὸν συλλήβδην ἁπάσας τὰς Ἀθήνησιν ἀρχὰς ἄρχοντα οὐκ ὤκνησε γράψαι στεφανῶσαι.

27. Ὡς τοίνυν καὶ τὴν τῶν τειχοποιῶν ἀρχὴν ἦρχεν ὅθ' οὗτος τὸ ψήφισμα ἔγραψε, καὶ τὰ δημόσια χρήματα διεχείριζε καὶ ἐπιβολὰς ἐπέβαλλε καθάπερ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες, καὶ δικαστηρίων ἡγεμονίας ἐλάμβανε, τούτων ὑμῖν αὐτὸν Δημοσθένην καὶ Κτησιφῶντα μάρτυρας παρέξομαι. Ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου ἄρχοντος θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος ἐκκλησίας οὔσης ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν σκιροφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου καὶ τρίτῃ, καὶ ἐπέταξεν ἐν τῷ ψηφίσματι ἑκάστῃ τῶν φυλῶν ἑλέσθαι τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων ἐπὶ τὰ τείχη καὶ ταμίας, καὶ μάλα ὀρθῶς, ἵν' ἡ πόλις ἔχοι ὑπεύθυνα σώματα, παρ' ὧν ἔμελλε τῶν ἀνηλωμένων λόγον ἀπολήψεσθαι. Καί μοι λέγε τὰ ψηφίσματα.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

28. Ναί, ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο εὐθέως λέγων ὡς οὔτ' ἔλαχε τειχοποιὸς οὔτ' ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ δήμου. Καὶ περὶ τούτου Δημοσθένης μὲν καὶ Κτησιφῶν πολὺν ποιήσονται λόγον· ὁ δέ γε νόμος βραχὺς καὶ σαφὴς καὶ ταχὺ λύων τὰς τούτων τέχνας.
58 Μικρὰ δὲ ὑμῖν ὑπὲρ αὐτῶν πρῶτον προειπεῖν βούλομαι. (29) Ἔστι γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς εἴδη τρία, ὧν ἓν μὲν καὶ φανερώτατον οἱ κληρωτοὶ καὶ οἱ χειροτονητοὶ ἄρχοντες, δεύτερον δὲ ὅσοι τι διαχειρίζουσι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας καὶ οἱ τῶν δημοσίων ἔργων ἐπιστάται· τρίτον δ' ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι αἱρετοὶ ἡγεμονίας δικαστηρίων λαμβάνουσι, καὶ τούτους ἄρχειν δοκιμασθέντας. (30) Ἐπειδὰν δ' ἀφέλῃ τις τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου κεχειροτονημένους καὶ τοὺς κληρωτοὺς ἄρχοντας, καταλείπεται, οὓς αἱ φυλαὶ καὶ αἱ τριττύες καὶ οἱ δῆμοι ἐξ ἑαυτῶν αἱροῦνται τὰ δημόσια χρήματα διαχειρίζειν, τούτους αἱρετοὺς ἄρχοντας εἶναι. Τοῦτο δὲ γίνεται ὅταν, ὥσπερ νῦν, ἐπιταχθῇ τι ταῖς φυλαῖς, ἢ τάφρους ἐξεργάζεσθαι ἢ τριήρεις ναυπηγεῖσθαι. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων μαθήσεσθε.

ΝΟΜΟΙ.

31. Ἀναμνήσθητε δὴ τοὺς προειρημένους λόγους, ὅτι ὁ μὲν νομοθέτης τοὺς ἐκ τῶν φυλῶν ἄρχειν κελεύει δοκιμασθέντας ἐκ τῷ δικαστηρίῳ, ἡ δὲ Πανδιονὶς φυλὴ ἄρχοντα καὶ τειχοποιὸν ἀπέδειξε Δημοσθένην, ὃς ἐκ τῆς

cunia suffragio mandata erat, fungebantur quidem, ante legem illam Hegemonis, et custodis magistratu, et quæstorum muneribus, quin et navale et armarium ædificabant, et refectionem curabant viarum, denique totius fere civitatis administrationem obierunt. (26) Neque hæc dico, quo eos aut incusem aut reprehendam, sed illud vobis ostensum volo, latorem legis, si quis unius vel infimi magistratus rationes referre debeat, nolle eum, prius quam rationes illas reddiderit, corona donari : Ctesiphon autem Demostheni, qui ad summam omnes Athenarum magistratus una gerebat, coronam decernere non dubitavit.

27. Jam muris eum reficiendis curatorem fuisse, quum iste hoc plebiscitum scripsit, et publicam tractasse pecuniam, et irrogasse mulctas, quemadmodum et alii magistratus, et fori judicialis principatum obtinuisse, harum ego rerum testes vobis ipsum Demosthenem et Ctesiphontem citabo. Nam Chæronda prætore, mensis Thargelionis die XXIX, quum concio haberetur, scitum fecit Demosthenes, ut convocarentur tribus diebus secundo et tertio Scirophorionis; eodemque scito præscripsit, ut ex unaquaque tribu deligantur mœnium reficiendorum curatores et quæstores. Prudenter sane, nimirum ut certos homines haberet civitas inquisitioni obnoxios, a quibus esset sumptuum factorum rationem repetitura. Recita mihi decreta.

DECRETA.

28. Esto, verum huic statim e contrario replicabit, sibi nec sorte, nec suffragio populi mœnium instaurationem obvenisse. Et de hoc quidem Demosthenes et Ctesiphon orationem bene longam habituri sunt; lex autem brevis et perspicua est, quæque cito istorum dissolvit fallacias. Pauca tamen in primis hac de re præfabor. (29) Tria sunt, Athenienses, magistratuum genera : ex quibus unum omnibusque notissimum est eorum qui sorte aut populi suffragio creantur : alterum, qui aliquid quod ad civitatem pertinet ultra triginta dies tractant, quique publicis operibus sunt præfecti : tertium verbis legis expressum est, *et si qui alii delecti in foro aliquo judiciali præfecturam susceperint, ii quoque postquam spectati fuerint magistratu fungantur*. (30) Jam si demantur magistratus, qui populi suffragio et qui sorte sunt creati, superest ut ii, quos tribus et trientes tribuum et municipia ex suis deligunt ad pecuniam publicam tractandam, sint delecti magistratus : id autem fit, quando, uti nunc, tribubus aliquid mandatum fuerit, sive sint fossæ egerendæ sive triremes fabricandæ. Quæ vere a me dici, ex ipsis legibus cognoscetis.

LEGES.

31. In memoriam igitur revocate, quæ modo diximus, latorem legis jubere eos, qui ex tribubus delecti sint, postquam in judiciali foro probarentur, magistratu fungi : atqui tribus Pandionia Demosthenem magistratum et mœnium

διοικήσεως εἰς ταῦτα ἔχει μικροῦ δεῖν δέκα τάλαντα, ἕτερος δ' ἀπαγορεύει νόμος ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν, ὑμεῖς δὲ ὀμωμόκατε κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι, ὁ δὲ ῥήτωρ γέγραφε τὸν ὑπεύθυνον στεφανοῦν μὴ προσθεὶς « ἐπειδὰν δῷ λόγον καὶ εὐθύνας », ἐγὼ δὲ ἐξελέγχω τὸ παράνομον μάρτυρας ἅμα τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἀντιδίκους παρεχόμενος. Πῶς οὖν ἄν τις περιφανέστερον ἐπιδείξειεν ἄνθρωπον παρανομώτατα γεγραφότα;

32. Ὡς τοίνυν καὶ τὴν ἀνάρρησιν τοῦ στεφάνου παρανόμως ἐν τῷ ψηφίσματι κελεύει γίνεσθαι, καὶ τοῦθ' ὑμᾶς διδάξω. Ὁ γὰρ νόμος διαρρήδην κελεύει, ἐὰν μέν τινα στεφανοῖ ἡ βουλή, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνακηρύττεσθαι, ἐὰν δὲ ὁ δῆμος, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ. Καί μοι λέγε τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

33. Οὗτος ὁ νόμος, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ μάλα καλῶς ἔχει. Οὐ γὰρ (οἶμαι) ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τιμώμενον ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ μὴ ἐργολαβεῖν ἐν τοῖς κηρύγμασιν. Ὁ μὲν οὖν νομοθέτης οὕτως· ὁ δὲ Κτησιφῶν πῶς; ἀναγίνωσκε τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

34. Ἀκούετε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι ὁ μὲν νομοθέτης κελεύει ἐν τῷ δήμῳ ἐν Πυκνὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνακηρύττειν τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ, Κτησιφῶν δὲ ἐν τῷ θεάτρῳ, οὐ τοὺς νόμους μόνον ὑπερβὰς ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον μετενεγκών, οὐδὲ ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τοῦ δήμου ἀλλ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων, ἵν' ἡμῖν συνειδῶσιν οἷον ἄνδρα τιμῶμεν.

35. Οὕτω τοίνυν περιφανῶς παράνομα γεγραφώς, παραταχθεὶς μετὰ Δημοσθένους ἐποίσει τέχνας τοῖς νόμοις· ἃς ἐγὼ δηλώσω καὶ προερῶ ὑμῖν, ἵνα μὴ λάθητε ἐξαπατηθέντες. Οὗτοι γάρ, ὡς μὲν οὐκ ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον μὴ κηρύττειν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, οὐχ ἕξουσι λέγειν, οἴσουσι δὲ εἰς τὴν ἀπολογίαν τὸν Διονυσιακὸν νόμον, καὶ χρήσονται τοῦ νόμου μέρει τινὶ κλέπτοντες τὴν ἀκρόασιν ὑμῶν, (36) καὶ παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇ γραφῇ τῇδε, καὶ λέξουσιν ὡς εἰσὶ τῇ πόλει δύο νόμοι κείμενοι περὶ τῶν κηρυγμάτων, εἷς μὲν ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι διαρρήδην ἀπαγορεύων τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ἕτερον δ' εἶναι νόμον φήσουσιν ἐναντίον τούτῳ, τὸν δεδωκότα ἐξουσίαν ποιεῖσθαι τὴν ἀνάρρησιν τοῦ στεφάνου τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος· κατὰ δὴ τοῦτον τὸν νόμον φήσουσι γεγραφέναι τὸν Κτησιφῶντα. (37) Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τούτων τέχνας παρέξομαι συνηγόρους τοὺς νόμους τοὺς ὑμετέρους, ὅπερ διατελῶ
59 σπουδάζων παρὰ πᾶσαν τὴν κατηγορίαν. Εἰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς καὶ τοιοῦτον ἔθος παραδέδυκεν ὑμῶν εἰς

instauratorem delegit, quin ad eam rem paulo minus decem talentis ex ærario habet: jam vero alia lex vetat magistratum ante rationes relatas coronari; vos autem jurejurando adacti estis sententiam ferre secundum leges: at orator iste decrevit, hominem rationibus reddendis obnoxium esse coronandum, neque illud adjecit *posteaquam rationes reddiderit:* ego vero crimen plebisciti contra leges facti tum legum, tum decretorum, tum adversariorum testimoniis evinco. Quo tandem pacto apertius quisquam demonstrare possit hominem legibus inimicissima scripsisse?

32. Porro et coronæ prædicationem eum in scito suo jubere contra leges fieri, id quoque vos edocebo. Lex enim diserte jubet, si quem corona donet senatus, ut in curia prædicetur, sin populus, in concione, alibi vero nusquam. Recita mihi legem.

LEX.

33. Præclara sane lex ista est, Athenienses. Neque enim, opinor, censuit legislator oratorem decere se apud exteros magnifice jactare, sed satis habere, si in urbe a populo ornetur, neque in præconiis quæstum aucupari. Atque ita quidem lator legis: Ctesiphon autem quomodo? Recita decretum.

DECRETUM.

34. Auditis, Athenienses, jubere legislatorem, ut qui a populo corona donetur, de eo apud populum in Pnyce concione habita præconium fiat, alibi vero nusquam: at Ctesiphon in theatro, non legibus modo spretis, sed etiam loco commutato, non Atheniensibus ad concionem convocatis, sed novis tragœdis fabulas agentibus, non coram populo, sed spectantibus Græcis, ut nobis conscii sint, quali nos viro honorem habeamus.

35. Quum igitur tam aperte legibus contraria scripserit, conjunctis cum Demosthene viribus technas quasdam legibus intendet, quas ego vobis indicabo et prædicam, ne imprudentes in errorem inducamini. Negare enim isti non poterunt, quin leges vetent, ne is quem populus coronet, extra concionem prædicetur: adducent vero qua se defendant legem Dionysiacam, ejusque partem quandam citabunt, quo auribus vestris abutantur, (36) legem denique proferent nihil ad hoc judicium pertinentem, dicentque duas esse in civitate de præconiis receptas leges, unam, quam ego nunc profero, diserte vetantem ne quem populus corona donet extra concionem prædicetur; alteram autem dicent esse huic contrariam, quæ coronæ prædicationem in theatro tragœdis fabulas agentibus fieri permittit, modo id sciverit populus. Ex hac igitur lege dicent decretum tulisse Ctesiphontem. (37) Ego vero adversus istorum captiones leges vestras patronas advocabo, quod mihi per totam quidem accusationem summo studio est. Nam si hoc verum est, si talis in rempublicam vestram consuetudo irrepsit, ut leges irritæ inter

τὴν πολιτείαν ὥστ' ἀκύρους νόμους ἐν τοῖς κυρίοις ἀναγεγράφθαι καὶ δύο περὶ μιᾶς πράξεως ὑπεναντίους ἀλλήλοις, τί ἂν ἔτι ταύτην εἴποι τις εἶναι τὴν πολιτείαν, ἐν ᾗ ταὐτὰ προστάττουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν; (38) Ἀλλ' οὐχ ἔχει ταῦθ' οὕτως· μήθ' ὑμεῖς ποτε εἰς τοσαύτην ἀταξίαν τῶν νόμων προβαίητε, οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι, ἀλλὰ διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴ πού εἰσι νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· (39) κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι κελεύει πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων, τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐπιγράψαντας νομοθέταις, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως. Καί μοι λέγε τοὺς νόμους.

ΝΟΜΟΙ.

40. Εἰ τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀληθὴς ἦν ὁ παρὰ τούτων λόγος καὶ ἦσαν δύο κείμενοι νόμοι περὶ τῶν κηρυγμάτων, ἐξ ἀνάγκης (οἶμαι) τῶν μὲν θεσμοθετῶν ἐξευρόντων, τῶν δὲ πρυτάνεων ἀποδόντων τοῖς νομοθέταις, ἀνῄρητ' ἂν ὁ ἕτερος τῶν νόμων, ἤτοι ὁ τὴν ἐξουσίαν δεδωκὼς ἀνειπεῖν ἢ ὁ ἀπαγορεύων· ὁπότε δὲ μηδὲν τούτων γεγένηται, φανερῶς δή που ἐξελέγχονται οὐ μόνον ψευδῆ λέγοντες ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀδύνατα γενέσθαι. (41) Ὅθεν δὲ δὴ τὸ ψεῦδος τοῦτο ἐπιφέρουσιν, ἐγὼ διδάξω ὑμᾶς, προειπὼν ὧν ἕνεκα οἱ νόμοι ἐτέθησαν οἱ περὶ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ κηρυγμάτων. Γινομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττόν τινες, οὐ πείσαντες τὸν δῆμον, οἱ μὲν ὅτι στεφανοῦνται ὑπὸ τῶν φυλετῶν, ἕτεροι δ' ὑπὸ τῶν δημοτῶν· ἄλλοι δέ τινες ὑποκηρυξάμενοι τοὺς αὑτῶν οἰκέτας ἀφίεσαν ἀπελευθέρους, μάρτυρας τῆς ἀπελευθερίας τοὺς Ἕλληνας ποιούμενοι. (42) Ὃ δ' ἦν ἐπιφθονώτατον, προξενίας τινὲς εὑρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος, εἰ οὕτω τύχοι, ὁ τῶν Ῥοδίων ἢ Χίων ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας. Καὶ ταῦτ' ἔπραττον οὐχ ὥσπερ οἱ ὑπὸ τῆς βουλῆς τῆς ὑμετέρας στεφανούμενοι ἢ ὑπὸ τοῦ δήμου, πείσαντες ὑμᾶς καὶ μετὰ ψηφίσματος, πολλὴν χάριν καταθέμενοι, ἀλλ' αὐτοὶ προελόμενοι ἄνευ δόγματος ὑμετέρου. (43) Ἐκ δὲ τούτου τοῦ τρόπου συνέβαινε τοὺς μὲν θεατὰς καὶ τοὺς χορηγοὺς καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐνοχλεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀνακηρυττομένους ἐν τῷ θεάτρῳ μείζοσι τιμᾶσθαι τῶν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανουμένων. Τοῖς μὲν γὰρ ἀπεδέδεικτο τόπος ἡ ἐκκλησία, ἐν ᾗ χρῆν στεφανοῦσθαι, καὶ ἀπείρητο ἄλλοθι μηδαμοῦ κηρύττεσθαι, οἱ δὲ ἀνηγορεύοντο ἐνώπιον ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων· κἀκεῖνοι μὲν μετὰ ψηφίσματος, πείσαντες

ratas sint adscriptæ, et binæ de eadem re inter se pugnantes, qualem tandem eam dicat aliquis esse rempublicam, in qua leges eadem facere et non facere jubeant? (38) Verum ista non ita se habent; et absit ut vos unquam ad talem legum confusionem prolabamini, neque hæc sunt a legislatore qui populare imperium constituit neglecta, quin diserte imperatum est thesmothetis ut leges quotannis in populo corrigant, quum diligenter inquisiverint, et considerent, utrum lex alteri legi contraria obtineat, aut irrita inter ratas, aut sicubi plus quam una sit de qualibet re perscripta: (39) quodsi quid hujusmodi deprehenderint, jubet eas in tabulis descriptas pro decem heroum statuis proponi, prytanes vero concionem habere, programmati suo titulum nomothetis inscribentes, tum præsidum præfectum populum in suffragia mittere, et leges alias abrogare, alias retinere, ut una sit lex, non plures, de unaquaque re. Recita mihi leges.

LEGES.

40. Si igitur vera essent, Athenienses, quæ ab iis dicuntur, duæque de præconiis leges exstitissent, aliter, opinor, fieri non potuisset, quin a thesmothetis deprehensæ fuissent, et a prytanibus nomothetarum judicio traditæ, et sic altera ex legibus tolleretur, vel ea quæ præconium fieri extra concionem permitteret, vel ea quæ vetaret. Quum autem nihil tale factum sit, aperte nimirum constat, eos non tantum quæ vera non sint affirmare, sed etiam quæ ne fieri quidem ullo modo possint. (41) Verum unde hoc mendacium eruerint, ego vos docebo, si prius quas ob causas leges de præconiis theatralibus latæ sint exposuero. Quum ludi tragici urbani fierent, alii, re a populo non impetrata, prædicandum curabant se corona donari a tribulibus, alii a popularibus, nonnulli etiam silentio per præconem facto servos suos libertate donabant, Græcosque manumissionis illius testes adhibebant: (42) et quod omnium erat invidiosissimum, quidam apud exteras civitates hospitia consecuti perfecerunt ut præconium fieret, se a populo, puta fortasse Rhodio vel Chio vel alio quocumque, virtutis ergo et fortitudinis, corona donari. Atque hæc non ita agebant, quomodo ii qui a senatu vestro vel a populo coronantur, re a vobis impetrata et cum plebiscito, postquam magnam a vobis iniverint gratiam, sed ipsi sibi honorem præripientes absque decreto vestro. (43) Ea porro ratione fiebat, ut spectatores et ludorum præfecti et histriones interturbarentur, qui autem in theatro prædicabantur majorem honorem consequerentur, quam ii quibus coronam donavit populus. His enim locus erat certus constitutus, concio scilicet, in qua essent coronandi, atque interdictum erat ne uspiam alibi proclamarentur; de illis vero coram universis Græcis erat prædicatum: ac hi quidem cum decreto, vobis annuentibus, illi

ὑμᾶς, οὗτοι δ' ἄνευ ψηφίσματος. (44) Συνιδὼν δή τις ταῦτα νομοθέτης τίθησι νόμον οὐδὲν ἐπικοινωνοῦντα τῷ περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανουμένων νόμῳ, οὔτε λύσας ἐκεῖνον (οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκκλησία ἠνοχλεῖτο, ἀλλὰ τὸ θέατρον) οὔτ' ἐναντίον τοῖς πρότερον κειμένοις νόμοις τιθείς (οὐ γὰρ ἔξεστιν), ἀλλὰ περὶ τῶν ἄνευ ψηφίσματος ὑμετέρου στεφανουμένων ὑπὸ τῶν φυλετῶν καὶ δημοτῶν καὶ περὶ τῶν τοὺς οἰκέτας ἀπελευθερούντων καὶ περὶ τῶν ξενικῶν στεφάνων, καὶ διαρρήδην ἀπαγορεύει μήτ' οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ μήθ' ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον, μήθ' ὑπ' ἄλλου (φησί) μηδενός, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα. (45) Ὅταν οὖν ἀποδείξῃ τοῖς μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς στεφανουμένοις εἰς τὸ βουλευτήριον ἀναρρηθῆναι, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανουμένοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τοῖς δ' ὑπὸ τῶν δημοτῶν στεφανουμένοις καὶ φυλετῶν ἀπείπῃ μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς, ἵνα μηδεὶς ἐρανίζων στεφάνους καὶ κηρύγματα ψευδῆ φιλοτιμίαν κτᾶται, προσαπείπῃ δὲ ἐν τῷ νόμῳ μηδ' ὑπὸ ἄλλου μηδενὸς ἀνακηρύττεσθαι, ἀπούσης βουλῆς καὶ δήμου καὶ φυλετῶν καὶ δημοτῶν, — ὅταν δέ τις ταῦτα ἀφέλῃ, τί τὸ καταλειπόμενόν ἐστι πλὴν οἱ ξενικοὶ στέφανοι; (46) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, μέγα σημεῖον ὑμῖν τούτου ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων ἐπιδείξω. Αὐτὸν γὰρ τὸν χρυσοῦν στέφανον, ὃς ἂν ἐν τῷ θεάτρῳ τῷ ἐν ἄστει ἀναρρηθῇ, ἱερὸν εἶναι τῆς Ἀθηνᾶς κελεύει ὁ νόμος, ἀφελόμενος τὸν στεφανούμενον. Καίτοι τίς ἂν ὑμῶν τολμήσειε τοσαύτην ἀνελευθερίαν καταγνῶναι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων; μὴ γὰρ ὅτι πόλις, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἰδιώτης οὐδὲ εἷς οὕτως ἀγεννὴς γένοιτο, ὥστε ὃν αὐτὸς ἔδωκε στέφανον ἅμα ἀνακηρύττειν καὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ καθιεροῦν. Ἀλλ', οἶμαι, διὰ τὸ ξενικὸν εἶναι τὸν στέφανον καὶ ἡ καθιέρωσις γίνεται, ἵνα μηδεὶς ἀλλοτρίαν εὔνοιαν περὶ πλείονος ποιούμενος τῆς πατρίδος χείρων γένηται τὴν ψυχήν. (47) Ἀλλ' οὐχ ἐκεῖνον τὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στέφανον ἀναρρηθέντα οὐδεὶς καθιεροῖ, ἀλλ' ἔξεστι κεκτῆσθαι, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸς ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου, ἔχοντες ἐν τῇ οἰκίᾳ τὸ ὑπόμνημα, μηδέποτε κακοὶ τὴν ψυχὴν εἰς τὸν δῆμον γίνωνται. Καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ νομοθέτης μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου, ἵνα κηρυττόμενος μείζω χάριν εἰδῇ τῶν στεφανούντων ὑμῖν, ὅτι κηρῦξαι ἐπετρέψατε. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, τῶν νόμων αὐτῶν ἀκούσατε.

ΝΟΜΟΙ.

48. Ἐπειδὰν τοίνυν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς λέγωσιν ὡς προσγέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ἐξεῖναι στεφανοῦν, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβάλλειν· Ναί, εἴ γέ σέ τις ἄλλη πόλις στεφανοῖ· εἰ δὲ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, ἀποδέδεικταί σοι τόπος ὅπου δεῖ τοῦτο γενέσθαι, ἀπείρηταί σοι ἔξω τῆς ἐκκλησίας μὴ

autem absque decreto. (44) Hæc quum legislator quidam animadvertisset, legem rogat nihil cum lege de iis qui a populo coronantur commune habentem, neque ea abrogata (non enim concio turbabatur, sed theatrum), neque lege suasa prius receptis legibus adversa (non enim fas est), sed de iis illam tulit, qui sine vestro decreto corona donarentur a tribulibus aut popularibus, de iis qui servos suos manumitterent, de coronis denique hospitalibus. Ac diserte vetat, ne quis in theatro servum manumittat, neve de iis præconium fiat, quos tribules aut populares aut alii quivis corona donent, alioqui infamia notari jubet præconem. (45) Quum igitur iis, qui a senatu coronantur, curiam designarit in qua prædicentur, iis qui a populo, concionem, de iis autem qui a tribulibus aut popularibus honestantur, præconium fieri vetuerit in ludis tragicis, ne quis coronas et præconia tanquam stipem corrogans falsa meritorum fama perfruatur, vetuerit insuper in lege ne ab ullo alio prædicetur, exclusis senatu et populo et tribulibus et popularibus: hæc, inquam, ubi dempseris, quid reliquum est præter hospitales coronas? (46) Quæ vere a me dici, magno vobis argumento ex ipsis deprompto legibus ostendam. Ipsam enim auream coronam, quæ in theatro urbano promulgetur, Minervæ sacram lex esse jubet, ademptam ei qui coronatur. Enimvero quis vestrûm tantæ illiberalitatis damnare ausit populum Atheniensem? Non modo enim civitas, sed ne privatus quidem quisquam tam parum esset generosus, ut, quam ipse donaverat coronam, eodem tempore promulget auferatque et devoveat. Sed eo nimirum quod hospitalis est corona, etiam fit consecratio, ut ne cujus animus, dum alienam benevolentiam pluris quam patriam faciat, corrumpatur. (47) At non eam quæ in concione prædicatur coronam quisquam consecrat, sed libere possidere licet, ut non is tantum qui accepit, verum etiam ipsius posteri monimentum illud domi asservantes nunquam animos habeant a populo alienos. Hac etiam de causa adscripsit legislator, ne extera corona in theatro a præcone promulgetur, nisi populus sciverit, ut ea civitas, quæ vestrûm aliquem corona donare velit, missis legatis, id a populo petat, adeoque is de quo prædicetur majorem gratiam vobis habeat, quam iis qui coronam dederunt, quod eam promulgari permiseritis. Ac me vera dicere, ex ipsis legibus accipite.

LEGES.

48. Quum igitur vos decepturi dicent, adscriptum esse legi licere aliquem corona donare, si populus sciverit, facite vobis in mentem veniat subjicere, *Ita sane, si qua te alia civitas coronarit; sin populus Atheniensis, designatus tibi locus est, ubi id fieri oporteat. Interdictum tibi est, ne extra concionem prædiceris. Nam ea verba* « alibi

κηρύττεσθαι. τὸ γὰρ « ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ » ὅ τι ἔστιν ὅλην τὴν ἡμέραν λέγε· οὐ γὰρ ἀποδείξεις ὡς ἔννομα γέγραφας.

49. Ἔστι δὲ ὑπόλοιπόν μοι μέρος τῆς κατηγορίας, ἐφ' ᾧ μάλιστα σπουδάζω· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ πρόφασις δι' ἣν αὐτὸν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι. Λέγει γὰρ οὕτως ἐν τῷ ψηφίσματι, « καὶ τὸν κήρυκα ἀναγορεύειν ἐν τῷ θεάτρῳ πρὸς τοὺς Ἕλληνας ὅτι στεφανοῖ αὐτὸν ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας » καὶ τὸ μέγιστον » ὅτι διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ. » (50) Ἁπλοῦς δὴ παντάπασιν ὁ μετὰ ταῦτα ἡμῖν λόγος γίνεται, καὶ ὑμῖν ἀκούσασι κρῖναι εὐμαθής· δεῖ γὰρ δή που τὸν μὲν κατηγοροῦντα ἐμὲ τοῦθ' ὑμῖν ἐπιδεικνύναι, ὡς εἰσιν οἱ κατὰ Δημοσθένους ἔπαινοι ψευδεῖς καὶ ὡς οὔτ' ἤρξατο λέγειν τὰ βέλτιστα οὔτε νῦν διατελεῖ πράττων τὰ συμφέροντα τῷ δήμῳ. Κἂν τοῦτ' ἐπιδείξω, δικαίως δή που τὴν γραφὴν ἁλώσεται Κτησιφῶν· ἅπαντες γὰρ ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι μηδένα ψευδῆ γράμματα ἐγγράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι. Τῷ δ' ἀπολογουμένῳ τοὐναντίον τούτου δεικτέον ἐστίν· ὑμεῖς δ' ἡμῖν ἔσεσθε τῶν λόγων κριταί. Ἔχει δ' οὕτως.

51. Ἐγὼ τὸν μὲν βίον τὸν Δημοσθένους ἐξετάζειν μακροτέρου λόγου ἔργον ἡγοῦμαι εἶναι. Τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν, ἢ τὰ περὶ τὴν τοῦ τραύματος γραφὴν αὐτῷ συμβεβηκότα, ὅτ' ἐγράψατο εἰς Ἄρειον πάγον Δημομέλην τὸν Παιανιέα ἀνεψιὸν ὄντα ἑαυτῷ, καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς ἐπιτομήν· ἢ τὰ περὶ τὴν Κηφισοδότου
61 στρατηγίαν καὶ τὸν τῶν νεῶν ἔκπλουν τὸν εἰς Ἑλλήσποντον, (52) ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων Δημοσθένης καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καὶ συσσιτῶν καὶ συνθύων καὶ συσπένδων, καὶ τούτων ἀξιωθεὶς διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ὤκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι· καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὤν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τήν τε εἰς αὐτὸν ὕβριν καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου. (53) Ταῦτα μὲν οὖν μοι δοκῶ καὶ τἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια ὑπερβήσεσθαι, οὐ προδιδοὺς ὑμᾶς οὐδὲ τὸν ἀγῶνα καταχαριζόμενος, ἀλλ' ἐκεῖνο φοβούμενος μή μοι παρ' ὑμῶν ἀπαντήσῃ, τὸ δοκεῖν μὲν ἀληθῆ λέγειν, ἀρχαῖα δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενα. Καίτοι, ὦ Κτησιφῶν, ὅτῳ τὰ μέγιστα τῶν αἰσχρῶν οὕτως ἐστὶ πιστὰ καὶ γνώριμα τοῖς ἀκούουσιν, ὥστε τὸν κατήγορον μὴ δοκεῖν ψευδῆ λέγειν ἀλλὰ παλαιὰ καὶ λίαν προωμολογημένα, πότερα αὐτὸν δεῖ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι ἢ ψέγεσθαι; καὶ σὲ τὸν ψευδῆ καὶ παράνομα τολμῶντα γράφειν πότερα χρὴ καταφρονεῖν τῶν δικαστηρίων ἢ δίκην τῇ πόλει διδόναι; (54) Περὶ δὲ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων πειράσομαι σαφέστερον εἰπεῖν. Καὶ γὰρ πυνθάνομαι μέλλειν Δημοσθένην, ἐπειδὰν αὐτοῖς ὁ λόγος ἀποδοθῇ, καταριθμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς ἄρα τῇ πόλει τέτταρες ἤδη

nusquam autem » quid sibi velint, totum diem dicas licet : nunquam certe ostendes te decretum scripsisse legibus consentaneum.

49. Restat nunc mihi accusationis pars, in qua plurimum studii colloco. Ea porro est causa, propter quam istum corona dignum arbitratur Ctesiphon. Ita enim in decreto scribit : *et præconem in theatro coram Græcis pronuntiare, Demosthenem a populo Atheniensi corona donari virtutis ergo ac fortitudinis,* et quod est omnium maximum, *quia illa et dicere et facere non desistat quæ populo sunt utilissima.* (50) Jam vero simplex omnino in posterum mihi erit oratio, vobisque audientibus intellectu ac judicatu facillima. Me enim qui accuso scilicet ostendere oportet, falsas esse laudes quæ Demostheni tribuuntur, eumque neque optima dicere unquam cœpisse, neque jam in iis agendis quæ civitati prosunt perseverare. Quodsi hæc evicero, jure nimirum causa cadet Ctesiphon : omnes enim leges vetant, ne quis in decretis publicis falsa perscribat scripta. Reo autem hujus contrarium est ostendendum. Vos nobis eritis eorum quæ utrimque dicentur judices. Atque ita quidem se res habet.

51. Enimvero totam Demosthenis vitam excutere longioris ego orationis opus esse arbitror. Quid enim nunc ista commemorem, quæ illi in actione vulneris acciderunt, quum in Areopagum citavit Demomelem Pæaniensem, consobrinum suum, utque ipse sibi caput inciderit? quid ea quæ in Cephisodoti præfectura, classe in Hellespontum profecta, contigerunt, (52) quo tempore Demosthenes, quum unus esset ex trierarchis, et sua nave ducem circumveheret, una cum eo vesceretur, sacrificaret, libaret, eumque honorem propterea quod paternus ei amicus erat consequeretur, non dubitavit tamen, quum is læsæ majestatis reus in judicium capitis esset adductus, accusatorem sese ejus profiteri? quid ea quæ ipsi cum Midia intercesserunt, et colaphos, quos in orchestra choro præfectus accepit, utque et injuriam sibi factam et populi simul judicium damnatorium, in templo Bacchi contra Midiam pronuntiatum, triginta minis vendiderit? (53) Hæc igitur atque alia his similia recte mihi videor esse silentio præteriturus, non quod aut vos prodere, aut causam hanc indulgenter velim remittere, sed quod verear ne mihi statim ita occurratis, me vera quidem dicere videri, sed antiqua jam et usquequaque confessa. Atqui, Ctesiphon, cujus summa flagitia ab auditoribus ita cognita sunt et comperta, ut accusator non falsa dicere, sed vetera et pervulgata videatur, utrum eum aurea corona donari, an vituperari convenit? Te vero, qui et falsa et legibus contraria scribere ausus sis, utrum judiciorum auctoritatem contemnere oportet, an civitati pœnas dare? (54) De publicis autem criminibus planius eloqui conabor. Siquidem audio Demosthenem, quum ad eos dicendi vices redierint, quattuor apud vos tempora præterita enumeraturum, quibus ipse rempublicam administravit.

γεγένηνται καιροὶ ἐν οἷς αὐτὸς πεπολίτευται· ὧν ἕνα μὲν καὶ πρῶτον, ὡς ἔγωγε ἀκούω, καταλογίζεται ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολεμοῦμεν· τοῦτον δ' ἀφορίζεται τῇ γενομένῃ εἰρήνῃ καὶ συμμαχίᾳ, ἣν Φιλοκράτης ὁ Ἁγνούσιος ἔγραψε καὶ αὐτὸς οὗτος μετ' ἐκείνου, ὡς ἐγὼ δείξω. (55) Δεύτερον δέ φησι γενέσθαι ὃν ἤγομεν χρόνον τὴν εἰρήνην, δηλονότι μέχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν ᾗ καταλύσας τὴν ὑπάρχουσαν εἰρήνην τῇ πόλει ὁ αὐτὸς οὗτος ῥήτωρ ἔγραψε τὸν πόλεμον· τρίτον δὲ ὃν ἐπολεμοῦμεν χρόνον μέχρι τῆς ἀτυχίας τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ, τέταρτον δὲ τὸν νῦν παρόντα καιρόν. Ταῦτα δὲ καταριθμησάμενος, ὡς ἀκούω, μέλλει με παρακαλεῖν καὶ ἐπερωτᾶν ὁποίου τούτων τῶν τεττάρων αὐτοῦ καιρῶν κατηγορῶ καὶ πότε αὐτὸν οὐ τὰ βέλτιστά φημι τῷ δήμῳ πεπολιτεῦσθαι· κἂν μὴ 'θέλω ἀποκρίνασθαι ἀλλ' ἐγκαλύπτωμαι καὶ ἀποδιδράσκω, ἐκκαλύψειν μέ φησι προσελθὼν καὶ ἄξειν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ ἀναγκάσειν ἀποκρίνασθαι. (56) Ἵν' οὖν μήθ' οὗτος ἰσχυρίζηται ὑμεῖς τε προειδῆτε, ἐγὼ ἀποκρίνομαι ἐναντίον σοι τῶν δικαστῶν, Δημόσθενες, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὅσοι δὴ ἔξωθεν περιεστᾶσι καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅσοις ἐπιμελὲς γέγονεν ὑπακούειν τῆσδε τῆς κρίσεως (ὁρῶ δὲ οὐκ ὀλίγους παρόντας, ἀλλ' ὅσους οὐδεὶς πώποτε μέμνηται πρὸς ἀγῶνα δημόσιον παραγενομένους) — ἀποκρίνομαι ὅτι ἁπάντων τῶν τεττάρων καιρῶν κατηγορῶ σου, οὓς σὺ διαιρῇ, (57) κἂν οἵ τε θεοὶ 'θέλωσι καὶ οἱ δικασταὶ ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀκούσωσι κἀγὼ δύνωμαι ἀπομνημονεῦσαι ἃ σοι σύνοιδα, πάνυ προσδοκῶ ἐπιδείξειν τοῖς δικασταῖς τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει τοὺς θεοὺς αἰτίους γεγενημένους καὶ τοὺς φιλανθρώπως καὶ μετρίως τοῖς τῆς πόλεως πράγμασι χρησαμένους, τῶν δὲ ἀτυχημάτων ἁπάντων Δημοσθένην αἴτιον γεγενημένον. Καὶ χρήσομαι τῇ τοῦ λόγου τάξει ταύτῃ ἣν τοῦτον πυνθάνομαι ποιεῖσθαι μέλλειν, λέξω δὲ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου καιροῦ καὶ δεύτερον περὶ τοῦ δευτέρου καὶ τρίτον περὶ τοῦ ἐφεξῆς καὶ τέταρτον περὶ τῶν νῦν καθεστηκότων πραγμάτων. Καὶ δὴ ἐπανάγω ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν εἰρήνην, ἣν σὺ καὶ Φιλοκράτης ἐγράψατε.

58. Ὑμῖν γὰρ ἐξεγένετ' ἄν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὴν προτέραν ἐκείνην εἰρήνην ποιήσασθαι μετὰ κοινοῦ συνεδρίου
62 τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες ὑμᾶς εἴασαν περιμεῖναι τὰς πρεσβείας ἃς ἦτε ἐκπεπομφότες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα, παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον, — μετασχεῖν Ἑλληνικοῦ συνεδρίου καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων ἀπολαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν· καὶ τούτων ἀπεστερήθητε διὰ Δημοσθένην καὶ Φιλοκράτην καὶ τὰς τούτων δωροδοκίας, ἃς ἐδωροδόκησαν συστάντες ἐπὶ τὸ δημόσιον τὸ ὑμέτερον. (59) Εἰ δέ τισιν ὑμῶν ἐξαίφνης ἀκούσασιν ἀπιστότερος προσπέπτωκεν ὁ τοιοῦτος λόγος, ἐκείνως τὴν ὑπόλοιπον ποιήσασθε ἀκρόασιν, ὥσπερ ὅταν περὶ χρημάτων ἀνηλωμένων διὰ πολλοῦ χρόνου καθεζώμεθα ἐπὶ τοὺς λογισμούς. Ἐρχόμεθα δή που ψευδεῖς οἴκοθεν ἐνίοτε

Quorum unum quidem, ut ego accepi, idque omnium primum recenset, quo de Amphipoli bellum cum Philippo gerebamus; id autem tempus definit pace illa et societate facta, quam decreto sanxit Philocrates Hagnusius, et iste ipse cum eo conjunctus, uti ego ostendam. (55) Secundum fuisse tempus ait, quo pacem habebamus, nimirum ad eum usque diem, quo pace qua utebatur civitas dirempta idem iste orator bellum decrevit. Tertium vero quum bellum gessimus, usque ad infelicem illum in Chæronea conflictum. Quartum denique in quo nunc versamur. His igitur enumeratis, me, ut audio, appellaturus est et rogaturus, utrius horum quatuor temporum eum incusem, et quando eum quæ populo utilissima sint in republica administranda gessisse negem: quodsi respondere nolim, sed oculos obduxero et aufugiam, ait se accessurum, ac integumentum meum revulsurum, abreptum denique ad suggestum, vi me coacturum ut respondeam. (56) Ut igitur nec iste ita viribus confidat, et vos præmoneamini, ego tibi respondeo coram judicibus, Demosthenes, reliquisque civibus, qui foris circumsistunt, et coram Græcis quibus curæ fuit huic judicio interesse (video autem non paucos adstare, sed tot quot nemo unquam meminit ad ullam causam publicam convenisse) — respondeo, me omnium eorum quattuor temporum, quæ tu distinguis, te incusare. (57) Quodsi dii voluerint, si judices paribus nos animis audierint, si demum ipse, quæ te admisisse scio, memoria consequi potuero, omnino me judicibus ostensurum confido, salutem civitati deos primum immortales attulisse, deinde eos qui reipublicæ negotia prudenter humaniterque gesserunt, calamitatum vero omnium unum Demosthenem auctorem exstitisse. Et hunc quidem orationis ordinem persequi instituo, quo eum usurum esse accepi, dicamque primum de primo tempore, deinde de secundo, tum de eo quod ordine proximum est, postremo de hoc rerum statu in quo nunc versamur. Ad eam igitur me pacem refero, quam tu et Philocrates decrevistis.

58. Vobis enim licuisset, Athenienses, priorem illam pacem una cum communi Græcorum concilio facere, si certi homines vos essent passi legatos operiri, quibus eo tempore in Græciam missis omnes cohortabamini, ut adversus Philippum communi Græcorum concilio interessent, licuisset et processu temporis ultro vobis delatum a Græcis imperium obtinuisse. Hæc erepta vobis sunt per Demosthenem et Philocratem eorumque turpes corruptelas, quibus inducti contra vestram rempublicam conjurarunt. (59) Quodsi vestrûm nonnullis raptim hæc et derepente audientibus paulo incredibilior hæc accidat oratio, ad ea quæ consequuntur ita animos attendite, quemadmodum quum de insumptis pecuniis post longum temporis intervallum ad rationes reposcendas sedemus: nonnunquam utique falsas domo de rationibus opiniones afferimus, verum ubi ea in summam

δόξας ἔχοντες κατὰ τῶν λογισμῶν· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ, οὐδεὶς ὑμῶν ἐστιν οὕτω δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ' ὁμολογήσας καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι ὅ τι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς αἱρῇ. (60) Οὕτω καὶ νῦν τὴν ἀκρόασιν ποιήσασθε. Εἴ τινες ὑμῶν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων ἥκουσιν οἴκοθεν τοιαύτην ἔχοντες τὴν δόξαν, ὡς ἄρα ὁ Δημοσθένης οὐδὲν πώποτε εἴρηκεν ὑπὲρ Φιλίππου συστὰς μετὰ Φιλοκράτους, — ὅστις οὕτω διάκειται, μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω πρὶν ἂν ἀκούσῃ· οὐ γὰρ δίκαιον· ἀλλ' ἐὰν ἐμοῦ διὰ βραχέων ἀκούσητε ὑπομιμνήσκοντος τοὺς καιροὺς καὶ τὸ ψήφισμα παρεχομένου ὃ μετὰ Φιλοκράτους ἔγραψε Δημοσθένης, ἐὰν αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς ἐγκαταλαμβάνῃ τὸν Δημοσθένην πλείω μὲν γεγραφότα ψηφίσματα Φιλοκράτους περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης καὶ συμμαχίας, (61) καθ' ὑπερβολὴν δὲ αἰσχύνης κεκολακευκότα Φίλιππον καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις, αἴτιον δὲ γεγονότα τῷ δήμῳ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, ἔκδοτον δὲ Φιλίππῳ πεποιηκότα Κερσοβλέπτην τὸν Θρᾴκης βασιλέα, ἄνδρα φίλον καὶ σύμμαχον τῇ πόλει, — ἐὰν ταῦθ' ὑμῖν σαφῶς ἐπιδείξω, δεήσομαι ὑμῶν μετρίαν δέησιν· ἐπινεύσατέ μοι πρὸς θεῶν τὸν πρῶτον τῶν τεττάρων καιρῶν μὴ καλῶς αὐτὸν πεπολιτεῦσθαι. Λέξω δὲ ὅθεν μάλιστα παρακολουθήσετε.

62. Ἔγραψε Φιλοκράτης ἐξεῖναι Φιλίππῳ δεῦρο κήρυκα καὶ πρέσβεις πέμπειν περὶ εἰρήνης· τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγράφη παρανόμων. Ἧκον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι· κατηγόρει μὲν Λυκῖνος ὁ γραψάμενος, ἀπελογεῖτο δὲ Φιλοκράτης, συναπελογεῖτο δὲ καὶ Δημοσθένης· ἀπέφυγε Φιλοκράτης. Μετὰ ταῦτα ἐπῄει χρόνος Θεμιστοκλῆς ἄρχων· ἐνταῦθ' εἰσέρχεται βουλευτὴς εἰς τὸ βουλευτήριον Δημοσθένης, οὔτε λαχὼν οὔτ' ἐπιλαχών, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος, ἵν' εἰς ὑποδοχὴν ἅπαντα καὶ λέγοι καὶ πράττοι Φιλοκράτει, ὡς αὐτὸ ἔδειξε τὸ ἔργον. (63) Νικᾷ γὰρ ἕτερον ψήφισμα Φιλοκράτης, ἐν ᾧ κελεύει ἑλέσθαι δέκα πρέσβεις, οἵτινες ἀφικόμενοι πρὸς Φίλιππον ἀξιώσουσιν αὐτὸν δεῦρο πρέσβεις αὐτοκράτορας πέμπειν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. Τούτων εἷς ἦν Δημοσθένης. Κἀκεῖθεν ἐπανήκων ἐπαινέτης ἦν τῆς εἰρήνης, καὶ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις πρέσβεσιν ἀπήγγελλε, καὶ μόνος τῶν ἄλλων βουλευτῶν ἔγραψε σπείσασθαι τῷ κήρυκι τῷ ἀπὸ τοῦ Φιλίππου καὶ τοῖς πρέσβεσιν, ἀκόλουθα γράφων Φιλοκράτει· ὁ μέν γε τὴν ἐξουσίαν δέδωκε τοῦ δεῦρο κήρυκα καὶ πρέσβεις πέμπεσθαι, ὁ δὲ τῇ πρεσβείᾳ σπένδεται. (64) Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἤδη μοι σφόδρα προσέχετε τὸν νοῦν. Ἐπράττετο γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἄλλους πρέσβεις τοὺς πολλὰ συκοφαντηθέντας ὕστερον ἐκ μεταβολῆς ὑπὸ Δημοσθένους, ἀλλὰ πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην (εἰκότως· τοὺς ἅμα μὲν πρεσβεύοντας, ἅμα δὲ τὰ ψηφίσματα γράφοντας), πρῶτον μὲν ὅπως μὴ περιμείνητε τοὺς πρέσβεις οὓς ἦτε ἐκπεπομφότες παρακαλοῦντες ἐπὶ

collectæ fuerint, nemo nostrûm adeo præfracto est ingenio, quin illud discedens fateatur et annuat esse verum, quodcumque ipsa rationum subductio evicerit. (60) Ita etiam nunc animos attendite. Si quis vestrûm talem opinionem jamdudum comprehensam domo detulit, nihil unquam Demosthenem, coitione facta cum Philocrate, pro Philippo dixisse, qui eo, inquam, animo est, is neque absolvat neque condemnet, priusquam audierit; neque enim id æquum est : at si me paucis auscultaretis et tempora commemorantem et decretum, quod Philocrate socio scripsit Demosthenes, proferentem, si ipsa veritatis ratiocinatio Demosthenem implicatum coarguerit plura Philocrate decreta de prima illa pace et societate conscripsisse, (61) per summum porro dedecus Philippo ejusque legatis adulatum esse, in causa præterea fuisse quominus respublica consentiente Græcorum concilio pacem faceret, postremo Cersobleptem regem Thraciæ, amicum atque socium nostræ civitatis, Philippo tradidisse : hæc si vobis luculenter ostendero, rem æquissimam a vobis petam, fateamini mihi, per deos immortales, Demosthenem hoc tempore, quod e quattuor primum est, rempublicam non bene administrasse. Inde autem ordiar, unde facillime subsequi possitis.

62. Decrevit Philocrates, ut caduceatores huc et legatos de pace ac societate mittendi copia daretur Philippo. Scitum hoc, tanquam legibus adversum, in jus vocatur. Venit judicii dies. Accusabat Lycinus qui dicam scripserat, causam dicebat Philocrates, patronus erat Demosthenes. Absolutus est Philocrates. Post hæc subibat tempus, quo Archon erat Themistocles. Tum in curiam senator venit Demosthenes, neque sorte neque subsortito munus illud consecutus, sed coitione facta nundinatus, ut omnibus et dictis et factis Philocrati subserviret, quomodo res ipsa declaravit. (63) Pervincit enim alterum decretum Philocrates, quo jubet decem legatos deligi, qui ad Philippum profecti postulent ab eo, ut legatos de pace plena potestate instructos huc mandaret. Ex his unus erat Demosthenes. Qui illinc reversus laudator pacis fuit, eademque atque reliqui legati renuntiavit, solus autem ex senatoribus decrevit, ut cum Philippi caduceatore et legatis fœdus feriremus, plane iis consentanea scribens quæ decreverat Philocrates : ille enim potestatem dedit ut caduceatores huc et legati mitterentur, hic cum legatis fœdus icit. (64) Jam vero ad ea quæ sequuntur vehementer quæso animos attendite. Acta enim sunt non jam apud ceteros legatos a Demosthene postea mutatione facta per calumniam multum exagitatos, sed seorsum apud Philocratem et Demosthenem (neque id mirum, quippe qui una legationem obierant, una decreta fecerant), primum, ut legatos, qui a vobis missi Græcos in Philippum concitabant, non exspectaretis, ne communiter

Φίλιππον, ἵνα μὴ μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀλλ' ἰδίᾳ ποιήσησθε τὴν εἰρήνην· (65) δεύτερον δ' ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον, ἵν' εἴ τινες προσέχοιεν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ, εἰς τὴν ἐσχάτην ἐμπέσοιεν ἀθυμίαν, ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς μὲν παρακαλοῦντας ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἴκοι δὲ μὴ μόνον εἰρήνην ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν ἐψηφισμένους ποιεῖσθαι· τρίτον δὲ ὅπως Κερσοβλέπτης ὁ Θρᾴκης βασιλεὺς μὴ ἔσται ἔνορκος, μηδὲ μετέσται τῆς συμμαχίας καὶ τῆς εἰρήνης αὐτῷ. Παρηγγέλλετο δ' ἐπ' αὐτὸν ἤδη στρατεία. (66) Καὶ ταῦθ' ὁ μὲν ἐξωνούμενος οὐκ ἠδίκει (πρὸ γὰρ τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν ἀνεμέσητον ἦν αὐτῷ πράττειν τὰ συμφέροντα), οἱ δ' ἀποδόμενοι καὶ κατακοινωνήσαντες τὰ τῆς πόλεως ἰσχυρὰ μεγάλης ὀργῆς ἦσαν ἄξιοι· ὁ γὰρ μισαλέξανδρος νυνὶ φάσκων εἶναι καὶ τότε μισοφίλιππος Δημοσθένης, ὁ τὴν ξενίαν ἐμοὶ προφέρων τὴν Ἀλεξάνδρου, γράφει ψήφισμα, τοὺς καιροὺς τῆς πόλεως ὑφαιρούμενος, (67) ἐκκλησίαν ποιεῖν τοὺς πρυτάνεις τῇ ὀγδόῃ ἱσταμένου τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός, ὅτ' ἦν τῷ Ἀσκληπιῷ ἡ θυσία καὶ ὁ προαγών, ἐν τῇ ἱερᾷ ἡμέρᾳ, ὃ πρότερον οὐδεὶς μέμνηται γενόμενον, τίνα πρόφασιν ποιησάμενος; ἵνα, φησίν, ἐὰν ἤδη παρῶσιν οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, βουλεύσηται ὁ δῆμος ὡς τάχιστα περὶ τῶν πρὸς Φίλιππον, τοῖς οὔπω παροῦσι πρέσβεσι προκαταλαμβάνων τὴν ἐκκλησίαν καὶ τοὺς χρόνους ὑμῶν ὑποτεμνόμενος καὶ τὸ πρᾶγμα κατασπεύδων, ἵνα μὴ μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐπανελθόντων τῶν ὑμετέρων πρέσβεων ἀλλὰ μόνοι ποιήσησθε τὴν εἰρήνην. (68) Μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἧκον οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις· οἱ δὲ ὑμέτεροι ἀπεδήμουν παρακαλοῦντες τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον. Ἐνταῦθ' ἕτερον ψήφισμα νικᾷ Δημοσθένης, ἐν ᾧ γράφει μὴ μόνον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀλλὰ καὶ συμμαχίας ὑμᾶς βουλεύσασθαι, μὴ περιμείναντας τοὺς πρέσβεις τοὺς ὑμετέρους ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὰ Διονύσια τὰ ἐν ἄστει, τῇ ὀγδόῃ καὶ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν ψηφισμάτων.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

69. Ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, παρεληλύθει τὰ Διονύσια, ἐγίνοντο δὲ αἱ ἐκκλησίαι, ἐν δὲ τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν ἀνεγνώσθη δόγμα κοινὸν τῶν συμμάχων, — οὗ τὰ κεφάλαια διὰ βραχέων ἐγὼ προερῶ. Πρῶτον μὲν γὰρ ἔγραψαν ὑπὲρ εἰρήνης ὑμᾶς μόνον βουλεύσασθαι, τὸ δὲ τῆς συμμαχίας ὄνομα ὑπερέβησαν, οὐκ ἐπιλελησμένοι, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰρήνην ἀναγκαιοτέραν ἢ καλλίω ὑπολαμβάνοντες εἶναι· ἔπειτα ἀπήντησαν ὀρθῶς ἰασόμενοι τὸ Δημοσθένους δωροδόκημα, (70) καὶ προσέγραψαν ἐν τῷ δόγματι ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἑλλήνων ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγεγράφθαι μετ' Ἀθηναίων καὶ μετέχειν τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν, δύο μέγιστα προκαταλαμβάνοντες, πρῶτον μὲν τὸν χρόνον τὸν τῆς τριμήνου ταῖς τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις ἱκανὸν γενέσθαι παρασκευά-

cum ceteris Græcis sed privatam cum eo pacem faciatis: (65) deinde ut non pacem tantum sed etiam societatem cum Philippo sisceretis, ut, si qui forte populo Atheniensi auscultaverant, ad summam adigantur desperationem, quum viderent vos sibi quidem belli suscipiendi hortatores esse, domi vero non modo pacem cum eo sed et societatem ineundam decrevisse: postremo ne rex Thraciæ Cersobleptes fœdere contineretur, neve pacis ac societatis esset particeps. Jam autem expeditio in eum erat indicta. (66) Atque is quidem qui hæc redimebat nihil fecit iniqui (nam priusquam sacramenta et fœdera confirmarentur, non erat ei vitio dandum, si suis commodis serviret); qui vero præsidia civitatis vendebant et cum eo communicabant, ii demum magna digni erant iracundia. Nam qui se nunc Alexandri tunc Philippi osorem fuisse dictitat Demosthenes, qui hospitium Alexandri mihi exprobrat, decreto jubet, reipublicæ temporibus interceptis, (67) ut prytanes concionem habeant octavo die mensis Elaphebolionis, quum Æsculapio sacra fierent et præludia agerentur, in die festo scilicet, id quod nemo ante factum esse meminit. Quamnam causam prætendens? Scilicet, ut simul atque advenerint a Philippo legati, populus quam maturrime consultet de rebus ad Philippum pertinentibus; sic eis qui nondum aderant legatis concionem præoccupavit, et tempora vestra intercepit; rem denique acceleravit, ne cum ceteris Græcis, vestris legatis jam reversis, sed soli pacem faceretis. (68) Post hæc, Athenienses, advenerunt a Philippo legati, vestri autem aberant Græcos contra Philippum concitantes. Hic alterum etiam Demosthenes expugnat plebiscitum, quo decernit, ut vos non de pace solum verum etiam de societate consilium capiatis, non exspectatis legatis vestris, sed statim post Dionysia urbana decimo octavo et nono mensis die. Ut autem me vera dicere intelligatis, audite decreta.

DECRETA.

69. Quum igitur, Athenienses, præterierant Dionysia, et habitæ sunt conciones, et in priore recitatum est commune sociorum decretum — sed ejus summa ego capita breviter prædicam. Primum itaque decrevere ut de pace tantum consultaretis, societatis autem nomen præterierunt, non quod obliti essent, sed quod ipsam etiam pacem necessariam magis quam honestam esse existimarent. Deinde prudenti remedio Demosthenis sordibus occurrerunt, (70) atque decreto adscripserunt, ut cuilibet Græcorum liceret intra tres menses in eandem columnam cum Atheniensibus referri, eadem sacramenti et fœderum communione contineri, duas res maximas ea ratione ante occupantes, primum quidem spatium trimestre quod Græcorum legationibus satis esset sumpserunt, deinde Græcorum benevolentiam

ζοντες, ἔπειτα τὴν τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν τῇ πόλει μετὰ κοινοῦ συνεδρίου κτώμενοι, ἵν' εἰ παραβαίνοιντο αἱ συνθῆκαι, μὴ μόνοι μηδ' ἀπαράσκευοι πολεμήσαιμεν, ἃ νῦν ἡμῖν παθεῖν συνέβη διὰ Δημοσθένην. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτοῦ τοῦ δόγματος ἀκούσαντες μαθήσεσθε.

ΔΟΓΜΑ ΣΥΜΜΑΧΩΝ.

71. Τούτῳ τῷ δόγματι συνειπεῖν ὁμολογῶ, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν δημηγοροῦντες· καὶ ὁ δῆμος ἀπῆλθε τοιαύτην τινὰ δόξαν εἰληφώς, ὡς ἔσται μὲν ἡ εἰρήνη, περὶ δὲ συμμαχίας οὐκ ἄμεινον εἴη διὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων παράκλησιν βουλεύσασθαι, ἔσται δὲ κοινῇ μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων. Νὺξ ἐν μέσῳ, καὶ παρῆμεν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐνταῦθα δὴ προκαταλαμβάνων Δημοσθένης τὸ βῆμα, οὐδενὶ τῶν ἄλλων παραλιπὼν λόγον, οὐδὲν ὄφελος ἔφη τῶν χθὲς εἰρημένων εἶναι λόγων, εἰ ταῦθ' οἱ Φιλίππου μὴ συμπεισθήσονται πρέσβεις, οὐδὲ γινώσκειν ἔφη τὴν εἰρήνην ἀπούσης συμμαχίας. (72) Οὐ γὰρ ἔφη δεῖν (καὶ γὰρ τὸ ῥῆμα μέμνημαι ὡς εἶπε, διὰ τὴν ἀηδίαν τοῦ λέγοντος ἅμα καὶ τοῦ ὀνόματος) ἀπορρῆξαι τῆς εἰρήνης τὴν συμμαχίαν, οὐδὲ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀναμένειν μελλήματα, ἀλλ' ἢ πολεμεῖν αὐτοὺς ἢ τὴν εἰρήνην ἰδίᾳ ποιεῖσθαι. Καὶ τελευτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παρακαλέσας Ἀντίπατρον ἐρώτημά τι ἠρώτα, προειπὼν μὲν ἃ ἐρήσεται, προδιδάξας δὲ ἃ χρὴ κατὰ τῆς πόλεως ἀποκρίνασθαι. Καὶ τέλος ταῦτ' ἐνίκα, τῷ μὲν λόγῳ προβιασαμένου Δημοσθένους, τὸ δὲ ψήφισμα γράψαντος Φιλοκράτους. (73) Ὃ δὲ ἦν ὑπόλοιπον αὐτοῖς, Κερσοβλέπτην καὶ τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον ἔκδοτον ποιῆσαι, καὶ τοῦτ' ἔπραξαν ἕκτῃ φθίνοντος τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος, πρὶν ἐπὶ τὴν ὑστέραν ἀπαίρειν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους Δημοσθένην· ὁ γὰρ μισαλέξανδρος καὶ μισοφίλιππος ὑμῖν οὑτοσὶ ῥήτωρ δὶς ἐπρέσβευσεν ἐν Μακεδονίᾳ, ἐξὸν μηδὲ ἅπαξ, ὁ νυνὶ κελεύων τῶν Μακεδόνων καταπτύειν. Εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν, τὴν τῇ ἕκτῃ λέγω, καθεζόμενος βουλευτὴς ὢν ἐκ παρασκευῆς, ἔκδοτον Κερσοβλέπτην μετὰ Φιλοκράτους ἐποίησε. (74) Λανθάνει γὰρ ὁ μὲν Φιλοκράτης ἐν ψηφίσματι μετὰ τῶν ἄλλων γραμμάτων παρεγγράψας, ὁ δ' ἐπιψηφίσας, Δημοσθένης, ἐν ᾧ γέγραπται « ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους τοῖς πρέσβεσι τοῖς παρὰ Φιλίππου ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τοὺς συνέδρους τῶν συμμάχων. » Παρὰ δὲ Κερσοβλέπτου σύνεδρος οὐκ ἐκάθητο· γράψας δὲ τοὺς συνεδρεύοντας ὀμνύναι, τὸν Κερσοβλέπτην οὐ συνεδρεύοντα ἐξέκλεισε τῶν ὅρκων. (75) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀνάγνωθί μοι τίς ἦν ὁ ταῦτα γράψας καὶ τίς ὁ ταῦτα ἐπιψηφίσας πρόεδρος.

ΨΗΦΙΣΜΑ. ΠΡΟΕΔΡΟΣ.

Καλόν, ὦ Ἀθηναῖοι, καλὸν ἡ τῶν δημοσίων γραμμάτων φυλακή· ἀκίνητον γάρ ἐστι καὶ οὐ συμμεταπίπτει τοῖς αὐτομολοῦσιν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ἀλλ' ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ὁπόταν βούληται, συνιδεῖν τοὺς πάλαι μὲν

civitati nostræ una cum communi Græciæ consessu conciliarunt, ut, si forte violarentur fœdera, nos neque soli neque imparati bellum gereremus, quæ nunc nobis culpa Demosthenis acciderunt. Me autem vera dicere, ipso decreto audito, perdiscetis.

DECRETUM SOCIORUM.

71. Huic me decreto assensum esse fateor, assensi sunt et omnes oratores qui in priore illa concione verba fecerunt. Ac populus cum hac utique opinione discessit, pacem quidem futuram esse, de societate vero consultius fore, quum jam ad communem consessum Græcos convocaret, non nunc expedire, sed communiter cum Græcis universis. Nox interfuit; postridie in concionem convenimus. Tum vero Demosthenes, suggestu occupato, nemini aliorum dicendi loco relicto, nihil quicquam aiebat ea quæ heri dicta sint verba profutura, nisi iis Philippi legati assentirentur, neque se satis scire professus est quomodo pax fieri possit absque societate. (72) Non enim oportet, inquit (ipsum enim quod usurpavit verbum memoria teneo, propter asperitatem et ejus qui dicebat et vocabuli), disrumpere societatem a pace, neque Græcorum exspectare cunctationem, sed vel nosmetipsos bellum gerere vel pacem privatim facere. Et tandem, Antipatro ad suggestum advocato, quædam ex eo requirebat, quem multo ante certiorem fecerat quid esset rogaturus, simulque præmonuisset quænam ille adversus rempublicam responderet. Postremo hæc vicerunt, quum primum Demosthenes dicendo quasi vim adhibuisset, deinde Philocrates plebiscitum scripsisset. (73) Jam vero quod eis restabat, ut Cersobleptem et Thraciæ loca Philippo dederent, id quoque vigesimo quinto Elaphebolionis confecerunt, priusquam posteriorem illam legationem, jurisjurandi exigendi causa, Demosthenes obiret: nam vester ille et Alexandro et Philippo infensus orator bis legatus profectus est in Macedoniam, quum ne semel quidem proficisci licuisset, is qui nunc consputare jubet Macedonas. Veruntamen in concione, quæ vigesimo quinto die habita est, senator quum esset, facta coitione in eum ordinem cooptatus, Cersobleptem socio et adjutore Philocrate hosti dedidit. (74) Clam enim hoc quoque inter cetera decreto suo inscripsit Philocrates, populi vero suffragiis permisit Demosthenes, ut eo ipso die Philippi legatis jusjurandum darent sociorum consessores. A Cersoblepte porro qui in concilio sederet aderat nemo: quum igitur scripsisset ut ii qui assidebant jurarent, Cersobleptem, a quo nullus aderat consessor, jurejurando exclusit. (75) Ut autem vera me dixisse constet, recita mihi, quis hæc scripserit, quis item proedrus hæc in suffragia miserit.

DECRETUM. PROEDRUS.

Præclara, Athenienses, præclara profecto res est actorum publicorum custodia. Immota enim manet, neque una cum iis qui in republica administranda transfugas agunt immutatur, sed populo, ubicumque voluerit, potestatem

πονηρούς, ἐκ μεταβολῆς δ' ἀξιοῦντας εἶναι χρηστούς.

76. Ὑπόλοιπον δέ μοί ἐστιν τὴν κολακείαν αὐτοῦ διεξελθεῖν. Δημοσθένης γὰρ ἐνιαυτὸν βουλεύσας οὐδεμίαν πώποτε φανεῖται πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας, ἀλλὰ τότε μόνον καὶ πρῶτον πρέσβεις εἰς προεδρίαν ἐκάλεσε καὶ προσκεφάλαια ἔθηκε καὶ φοινικίδας περιεπέτασε καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἡγεῖτο τοῖς πρέσβεσιν εἰς τὸ θέατρον, ὥστε καὶ συρίττεσθαι διὰ τὴν ἀσχημοσύνην καὶ κολακείαν. Καὶ ὅτ' ἀπῄεσαν, ἐμισθώσατο αὐτοῖς τρία ζεύγη ὀρικὰ καὶ προὔπεμψεν εἰς Θήβας, καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιῶν. Ἵνα δ' ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως μείνω, λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τῆς προεδρίας.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

77. Οὗτος τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ τηλικοῦτος τὸ μέγεθος κόλαξ πρῶτος διὰ τῶν κατασκόπων τῶν παρὰ Χαριδήμου πυθόμενος τὴν Φιλίππου τελευτήν, τῶν μὲν θεῶν συμπλάσας ἑαυτῷ ἐνύπνιον κατεψεύσατο, ὡς οὐ παρὰ Χαριδήμου τὸ πρᾶγμα πεπυσμένος ἀλλὰ παρὰ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, οὓς μεθ' ἡμέραν ἐπιορκῶν νύκτωρ φησὶν ἑαυτῷ διαλέγεσθαι καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προλέγειν, ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν ἐβουθύτει καὶ παρενόμει, τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας. (78) Καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω. Ὁ γὰρ μισότεκνος καὶ πατὴρ πονηρὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστός, οὐδὲ ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων οὐδέποθ' ὑμᾶς περὶ πλείονος ποιήσεται τοὺς ἀλλοτρίους, οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς οὐκ ἂν γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός, οὐδ' ὅστις ἐστὶν οἴκοι φαῦλος, οὐδέποτ' ἦν ἐν Μακεδονίᾳ κατὰ τὴν πρεσβείαν καλὸς κἀγαθός· οὐ γὰρ τὸν τρόπον ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν.

79. Πόθεν οὖν ἐπὶ τὴν μεταβολὴν ἦλθε τῶν πραγμάτων (οὗτος γάρ ἐστιν ὁ δεύτερος καιρός), καὶ τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον ὅτι Φιλοκράτης μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων Δημοσθένει φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας γεγένηται, Δημοσθένης δὲ ἐπέστη τῶν ἄλλων κατήγορος, καὶ πόθεν ποθ' ἡμᾶς εἰς τὰς ἀτυχίας ὁ μιαρὸς ἄνθρωπος ἐμβέβληκε, ταῦτ' ἤδη διαφερόντως ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι. (80) Ὡς γὰρ τάχιστα εἴσω Πυλῶν Φίλιππος παρῆλθε καὶ τάς τε ἐν Φωκεῦσι πόλεις παραδόξως ἀναστάτους ἐποίησε, Θηβαίους δέ, ὡς τόθ' ὑμῖν ἐδόκει, περαιτέρω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ ὑμετέρου συμφέροντος ἰσχυροὺς κατεσκεύασεν, ὑμεῖς δὲ ἐκ τῶν ἀγρῶν φοβηθέντες ἐσκευαγωγήσατε, ἐν ταῖς μεγίσταις δ' ἦσαν αἰτίαις οἱ πρέσβεις οἱ περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβεύσαντες, πολὺ δὲ τῶν ἄλλων διαφερόντως Φιλοκράτης καὶ Δημοσθένης διὰ τὸ μὴ μόνον πρεσβεύειν ἀλλὰ καὶ τὰ ψηφίσματα γεγραφέναι, (81) συνέβη δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις διαφέρεσθαί τι τὸν Δημοσθένην καὶ Φιλοκράτην σχεδὸν ὑπὲρ τούτων ὑπὲρ ὧν καὶ ὑμεῖς αὐτοὺς ὑπω-

facit eos perspiciendi, qui quum olim scelerati sint, nunc vice versa virtutis speciem præ se ferunt.

76. Reliquum est ut ipsius adulationem commemorem. Nam quum per annum, Athenienses, senator fuisset Demosthenes, nullos eum unquam legatos ad principem locum vocasse compertum erit, sed illo dumtaxat tempore et tunc primum Philippi legatos in sedes primas vocavit, et pulvinos apposuit, et stragula punicea circumstravit, et primo diluculo iis in theatrum præivit, ut etiam sibilis exciperetur ob gestum indecorum et fœditatem adulationis. Denique quum Thebas abirent, tria conduxit iis mulorum juga, eosque ipse Thebas usque deduxit, ridiculam reddens civitatem nostram. Sed, ut in proposito maneam, cape mihi decretum de primis sedibus.

DECRETUM.

77. Iste igitur, Athenienses, tam insignis assentator, quum per Charidemi exploratores primus omnium de interitu Philippi certior factus esset, divino quodam somnio sibi conficto ementitus est, proinde quasi non a Charidemo, sed a Jove et Minerva nuncium accepisset, quos interdiu perjuriis violans noctu secum colloquia habere ait et quæ sint futura prædicere : at septimo die ex quo filia mortem obiverat, priusquam eam luxisset, priusquam ejus funeri justa solvisset, coronatus et alba veste indutus bovem immolabat et instituta patriæ violabat, unica filia, miser, quæ prima eum patrem appellaverat, amissa. (78) Neque vero calamitatem ei exprobro, sed mores hominis perpendo. Nunquam enim, qui liberos odio habet paterque improbus est, bonus erit reipublicæ gubernator; nunquam, qui capita amicissima summaque necessitudine sibi conjuncta non diligit, vos pluris faciet alienos; nunquam, qui privatim malus est, publice frugi erit, neque unquam, qui domi nequam fuit, in Macedonia legatus erat integer et eximius : non enim ingenium, sed locum tantum mutavit.

79. Unde igitur ad tam diversum rerum statum pervenerit (hoc enim secundum tempus est) et quæ tandem causa sit, cur Philocrates, iisdem ipsis rebus cum Demosthene publice gestis, læsæ majestatis postulatus et in exilium actus sit, Demosthenes vero etiam aliorum nobis exstiterit accusator, denique quonam pacto homo impurissimus in ærumnas hasce omnes nos conjecerit, hæc jam vel in primis operæ pretium est audire. (80) Ut primum Philippus intra Pylas penetravit, urbesque Phocensium præter omnium opinionem delevit, Thebanos autem potentiores quam, ut tum vobis videbatur, tempora et commoda vestra ferebant effecit, quum vos perterriti agris relictis vasa colligeretis, et gravissime accusabantur legati qui de pace egerant, præ ceteris tamen omnibus Philocrates et Demosthenes, quippe qui non solum legationem obierant, sed et decreta conscripserant, (81) et sub hoc porro tempus natum est dissidium aliquod inter Demosthenem et Philocratem iis fere de rebus, de quibus etiam vos eos inter se

πτεύσατε διενεχθῆναι,— τοιαύτης δ' ἐμπιπτούσης ταραχῆς μετὰ τῶν συμφύτων νοσημάτων, αὐτῷ ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα ἐβουλεύετο, μετὰ δειλίας καὶ τῆς πρὸς Φιλοκράτην ὑπὲρ τῆς δωροδοκίας ζηλοτυπίας, καὶ ἡγήσατο, εἰ τῶν συμπρεσβευόντων καὶ τοῦ Φιλίππου κατήγορος ἀναφανείη, τὸν μὲν Φιλοκράτην προδήλως ἀπολεῖσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους συμπρέσβεις κινδυνεύσειν, αὐτὸς δ' εὐδοκιμήσειν καὶ προδότης ὢν τῶν φίλων καὶ πονηρὸς πιστὸς τῷ δήμῳ φανήσεσθαι. (82) Κατιδόντες δ' αὐτὸν οἱ τῇ τῆς πόλεως προσπολεμοῦντες ἡσυχίᾳ ἄσμενοι παρεκάλουν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸν μόνον ἀδωροδόκητον ὀνομάζοντες τῇ πόλει· ὁ δὲ παριὼν ἀρχὰς αὐτοῖς ἐνεδίδου πολέμου καὶ ταραχῆς. Οὗτός ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος καὶ Δορίσκον καὶ Ἐργίσκην καὶ Μυρτίσκην καὶ Γάνος καὶ Γανίδα, χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον. Καὶ εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα, ὥστ' εἰ μὲν μὴ πέμποι Φίλιππος πρέσβεις, καταφρονεῖν αὐτὸν ἔφη τῆς πόλεως, εἰ δὲ πέμποι, κατασκόπους πέμπειν ἀλλ' οὐ πρέσβεις. (83) Εἰ δὲ ἐπιτρέπειν ἐθέλοι πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ περὶ τῶν ἐγκλημάτων, οὐκ εἶναι κριτὴν ἴσον ἡμῖν ἔφη καὶ Φιλίππῳ. Ἁλόννησον ἐδίδου· ὁ δ' ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος. Καὶ τὸ τελευταῖον στεφανώσας τοὺς μετὰ Ἀριστοδήμου εἰς Θετταλίαν καὶ Μαγνησίαν παρὰ τὰς τῆς εἰρήνης συνθήκας ἐπιστρατεύσαντας τὴν μὲν εἰρήνην διέλυσε, τὴν δὲ συμφορὰν καὶ τὸν πόλεμον παρεσκεύασεν.

84. Ναί, ἀλλὰ χαλκοῖς καὶ ἀδαμαντίνοις τείχεσιν, ὡς αὐτός φησι, τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε, τῇ τῶν Εὐβοέων καὶ Θηβαίων συμμαχίᾳ. Ἀλλ', ὦ Ἀθηναῖοι, περὶ ταῦτα τρία μέγιστα ἠδίκησθε καὶ μάλιστα ἠγνοήκατε. Σπεύδων δ' εἰπεῖν περὶ τῆς μεγίστης συμμαχίας τῆς τῶν Θηβαίων, ἵν' ἐφεξῆς εἴπω, περὶ τῶν Εὐβοέων πρῶτον μνησθήσομαι.

85. Ὑμεῖς γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, πολλὰ καὶ μεγάλα ἠδικημένοι ὑπὸ Μνησάρχου τοῦ Χαλκιδέως, τοῦ Καλλίου καὶ Ταυροσθένους πατρός, οὓς οὗτος νυνὶ μισθὸν λαβὼν Ἀθηναίους εἶναι τολμᾷ γράφειν, καὶ πάλιν ὑπὸ Θεμίσωνος τοῦ Ἐρετριέως, ὃς ἡμῶν εἰρήνης οὔσης Ὠρωπὸν ἀφείλετο, τούτων ἑκόντες ἐπιλαθόμενοι, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Εὔβοιαν Θηβαῖοι καταδουλώσασθαι τὰς πόλεις πειρώμενοι, ἐν πέντε ἡμέραις ἐβοηθήσατε αὐτοῖς καὶ ναυσὶ καὶ πεζικῇ δυνάμει, καὶ πρὶν τριάκονθ' ἡμέρας διελθεῖν ὑποσπόνδους Θηβαίους ἀφήκατε, κύριοι τῆς Εὐβοίας γενόμενοι, καὶ τάς τε πόλεις αὐτὰς καὶ τὰς πολιτείας ἀπέδοτε ὀρθῶς καὶ δικαίως τοῖς παρακαταθεμένοις, οὐχ ἡγούμενοι δίκαιον εἶναι τὴν ὀργὴν ἀπομνημονεύειν ἐν τῷ πιστευθῆναι. (86) Καὶ τηλικαῦθ' ὑφ' ὑμῶν εὖ πεπονθότες οἱ Χαλκιδεῖς οὐ τὰς ὁμοίας ὑμῖν ἀπέδοσαν χάριτας, ἀλλ' ἐπειδὴ τάχιστα διέβητε εἰς Εὔβοιαν Πλουτάρχῳ βοηθήσοντες, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦνθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι, ἐπειδὴ δὲ τάχιστα εἰς Ταμύνας παρήλθομεν καὶ τὸ Κοτύλαιον ὀνο-

dissentire suspicabamini, — his igitur turbis excitatis, pro insitis ei vitiis et innatis consilia jam inde inivit, quæ ipsi suggessit timiditas et Philocraticæ largitionis invidia, existimavitque, si eorum quibuscum una legatus fuerat et Philippi accusatorem se præstiterit, Philocratem quidem citra dubium periturum, et reliquos legatos in discrimen venturos, se vero gloriam consecuturum et, amicorum proditor quum esset et improbus, animi tamen in populum fidelissimi speciem habiturum. (82) Cujus consilia quum perspexissent ii qui tranquillitatem publicam oppugnabant, avide eum accersebant in suggestum, hunc solum in civitate pecunia incorruptum prædicantes: is vero progressus in medium initia eis subministravit belli ac tumultus. Hic ille est, Athenienses, qui primus Serrium murum, Doriscum, Ergiscam, Myrtiscam, Ganos et Ganidem invenit, loca quorum ne nomina quidem antea noveramus. Eoque tandem res nostras redegit, ut si quidem Philippus legatos non mitteret, contemni ab eo civitatem nostram, sin mitteret, exploratores, non legatos, mitti diceret; (83) si vellet ille civitati alicui æquæ et in neutram partem propensæ controversias disceptandas permittere, negabat ullum nobis et Philippo æquum judicem reperiri posse. Dabat ille Halonnesum: vetabat hic accipere, si dederit, sed non reddiderit, de syllabis scilicet altercatus. Postremo, quum Aristodemum sociosque ejus, qui Thessaliam et Magnesiam, contra pacis fœdera, invaserant, corona donasset, pacem utique diremit, calamitatem nobis bellumque suscitavit.

84. Esto, at enim æneis et adamantinis, ut ipse jactat, muris regionem nostram munivit, Eubœensium ac Thebanorum societate. Imo vero, Athenienses, tres gravissimæ hac in re injuriæ omnino insciis vobis sunt illatæ. Quanquam autem ad miram illam Thebanorum societatem explicandam festinem, tamen ut suo quæque loco persequar, Eubœensium primum mentionem faciam.

85. Multis vos ac magnis, Athenienses, affecti injuriis tum a Mnesarcho Chalcidensi, Calliæ et Taurosthenis patre, quos iste nunc accepta mercede non dubitat cives Atticos decreto nominare, tum a Themisone Eretriensi, qui vobis pacis tempore Oropum ademit, horum tamen omnium ultro obliti, statim ac Thebani in Eubœam trajecissent et urbes ejus in servitutem redigere conarentur, intra quinque dies Eubœensibus et classe et pedestribus copiis opem tulistis, et priusquam triginta dies præterierant, Thebanos accepta fide dimisistis, et Eubœa potiti urbesque et reipublicæ statum iis qui hæc vobis commiserant, uti rectum et justum erat, reddidistis, iniquum esse rati, ubi fides haberetur, iræ meminisse. (86) At vero tantis vestris beneficiis affecti Chalcidenses nequaquam parem vobis referebant gratiam, sed quum in Eubœam copias trajecistis opem Plutarcho laturi, primis quidem certe temporibus amicitiam simulabant, verum statim ut ad Tamynas processimus, et

μαζόμενον ὄρος ὑπερεβάλλομεν, ἐνταῦθα Καλλίας ὁ Χαλκιδεύς, ὃν Δημοσθένης μισθὸν λαβὼν ἐνεκωμίαζεν, (87) ὁρῶν τὸ στρατόπεδον τὸ τῆς πόλεως εἴς τινας δυσχωρίας κατακεκλειμένον, ὅθεν μὴ νικήσασι μάχην οὐκ ἦν ἀναχώρησις οὐδὲ βοηθείας ἐλπὶς οὔτ' ἐκ γῆς οὔτ' ἐκ θαλάττης, συναγείρας ἐξ ἁπάσης τῆς Εὐβοίας στρατόπεδον καὶ παρὰ Φιλίππου δύναμιν προσμεταπεμψάμενος, ὅ τ' ἀδελφὸς αὐτοῦ Ταυροσθένης, ὁ νυνὶ πάντας δεξιούμενος καὶ προσγελῶν, τοὺς Φωκικοὺς ξένους διαβιβάσας, ἦλθον ἐφ' ἡμᾶς ὡς ἀναιρήσοντες. (88) Καὶ εἰ μὴ πρῶτον μὲν θεῶν τις ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, ἔπειθ' οἱ στρατιῶται οἱ ὑμέτεροι καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένοντο καὶ παρὰ τὸν ἱππόδρομον τὸν ἐν Ταμύναις ἐκ παρατάξεως μάχῃ κρατήσαντες ἀφεῖσαν ὑποσπόνδους τοὺς πολεμίους, ἐκινδύνευσεν ἂν ἡ πόλις αἴσχιστα παθεῖν· οὐ γὰρ τὸ δυστυχῆσαι κατὰ πόλεμον μέγιστόν ἐστι κακόν, ἀλλ' ὅταν τις πρὸς ἀνταγωνιστὰς ἀναξίους αὑτοῦ διακινδυνεύων ἀποτύχῃ, διπλασίαν εἰκὸς εἶναι τὴν συμφοράν. Ἀλλ' ὅμως ὑμεῖς τοιαῦτα πεπονθότες πάλιν διελύσασθε πρὸς αὐτούς. (89) Τυχὼν δὲ παρ' ὑμῶν συγγνώμης Καλλίας ὁ Χαλκιδεὺς μικρὸν διαλιπὼν χρόνον πάλιν ἧκε φερόμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, Εὐβοϊκὸν μὲν τῷ λόγῳ συνέδριον εἰς Χαλκίδα συνάγων, ἰσχυρὰν δὲ τὴν Εὔβοιαν ἐφ' ὑμᾶς ἔργῳ παρασκευάζων, ἐξαίρετον δ' αὑτῷ τυραννίδα περιποιούμενος. Καὶ ταύτης ἐλπίζων συναγωνιστὴν Φίλιππον λήψεσθαι ἀπῆλθεν εἰς Μακεδονίαν καὶ περιῄει μετὰ Φιλίππου, καὶ τῶν ἑταίρων εἷς ὠνομάζετο. (90) Ἀδικήσας δὲ Φίλιππον κἀκεῖθεν ἀποδρὰς ὑπέβαλλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις. Ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους, καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου παρ' ὃν ᾤκει, εἰς μέσον πίπτει τῆς τε Θηβαίων ἔχθρας καὶ τῆς Φιλίππου. Ἀπορῶν δ' ὅ τι χρήσαιτο αὑτῷ, καὶ παραγγελλομένης ἐπ' αὐτὸν ἤδη στρατείας, μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε σωτηρίας ἔνορκον λαβεῖν τὸν Ἀθηναίων δῆμον, σύμμαχον ὀνομασθέντα, βοηθήσειν εἴ τις ἐπ' αὐτὸν ἴοι· ὃ πρόδηλον ἦν ἐσόμενον, εἰ μὴ ὑμεῖς κωλύσαιτε. (91) Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἀποστέλλει δεῦρο πρέσβεις Γλαυκέτην καὶ Ἐμπέδωνα καὶ Διόδωρον τὸν δολιχοδρομήσαντα, φέροντας τῷ μὲν δήμῳ ἐλπίδας κενάς, Δημοσθένει δ' ἀργύριον καὶ τοῖς περὶ αὐτόν. Τρία δ' ἦν ἃ ἅμα ἐξωνεῖτο, πρῶτον μὲν μὴ διασφαλῆναι τῆς πρὸς ὑμᾶς συμμαχίας· οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ μέσον, εἰ μνησθεὶς τῶν προτέρων ἀδικημάτων ὁ δῆμος μὴ προσδέξαιτο τὴν συμμαχίαν, ἀλλ' ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν ἐκ Χαλκίδος ἢ τεθνάναι ἐγκαταληφθέντι· τηλικαῦται δυνάμεις ἐπ' αὐτὸν ἐπεστράτευον, ἥ τε Φιλίππου καὶ ἡ Θηβαίων. Δεύτερον δ' ἧκον οἱ μισθοὶ τῷ γράψαντι τὴν συμμαχίαν ὑπὲρ τοῦ μὴ συνεδρεύειν Ἀθήνησι Χαλκιδέας, τρίτον δὲ ὥστε μὴ τελεῖν συντάξεις. (92) Καὶ τούτων τῶν προαιρέσεων οὐδεμιᾶς ἀπέτυχε Καλλίας, ἀλλ' ὁ μισοτύραννος Δημοσθένης, ὡς αὐτὸς προσποιεῖται, ὅν φησι Κτησιφῶν τὰ βέλτιστα λέγειν, ἀπέδοτο μὲν τοὺς καιροὺς τοὺς τῆς

Cotylæum quem vocant montem superavimus, tum illico Callias ille Chalcidensis, quem Demosthenes accepta mercede collaudabat, (87) quum videret civitatis nostræ exercitum in angustias quasdam conclusum, unde nisi prœlio vicisset nullus erat receptui locus, nulla vel terra vel mari auxilii spes, is, inquam, coacto ex omni Eubœa exercitu, copiisque a Philippo accersitis, et simul cum eo frater ejus Taurosthenes, qui nunc omnibus dextram porrigit atque arridet, trajectis Phocensibus mercenariis, in vos impetum fecerunt tanquam funditus deleturi. (88) Quod nisi primum deorum aliquis exercitum servasset, deinde milites vestri, pedites atque equites, se viros fortes præbuissent, et juxta circum equestrem ad Tamynas collatis signis vicissent, hostibus deinde data fide dimissis, omnino periculum fuit ne civitas nostra gravissimum dedecus subiret. Neque enim in bellis adverso Marte pugnare maximum est malum : sed ubi quis cum adversariis se indignis congressus excidat victoria, dubium non est conduplicari calamitatem. Vos tamen, talibus injuriis acceptis, iterum eos in gratiam recepistis. (89) Callias vero Chalcidensis, quum sibi a vobis veniam impetrasset, brevi post tempore ad ingenium remigrabat; quum enim Euboicum concilium verbo Chalcidem convocaret, re vera Eubœam contra vos muniebat, insignem sibi dominationem comparans. Et ejus obtinendæ adjutorem sibi futurum Philippum sperans, abiit in Macedoniam, et cum Philippo passim profectus est, et in familiaribus ejus numerabatur. (90) Verum læso per injuriam Philippo, aufugit inde et Thebanis ultro se in potestatem tradidit. Mox illis quoque relictis, quum plures quam Euripus ille juxta quem habitabat reciprocas fecisset conversiones, medius incidit et in Thebanorum et Philippi inimicitias. Incertus igitur quo se verteret, quum jam milites contra eum scriberentur, unicam sibi spem salutis reliquam esse vidit, si populum Atheniensem, socii nomine appellatum, jurejurando obstrinxerit, eum opem sibi laturum, si ab aliquo invaderetur, quod sine dubio erat futurum, nisi vos prohiberetis. (91) Hæc igitur cum animo suo reputans mittit huc legatos Glaucetam, Empedonem et Diodorum illum cursu longo pollentem, qui quidem populo spes inanes, Demostheni et gregalibus ejus nummos afferebant. Tria autem erant quæ simul redimebat : primum, ut ne societatis vestræ spe decideret : nihil enim ei erat medium, si populus superiorum injuriarum memor societatem ejus repudiasset, quin aut Chalcide profugiendum esset aut undique intercepto moriendum; tot et tantæ in eum a Philippo et Thebanis ingruebant copiæ. Secundo autem, stipendia ei delata sunt qui societatem decreverat, ne Chalcidenses communi concilio Athenis convocato interesse cogerentur : tertio denique, ne tributa penderent. (92) Et Calliam quidem nullius eorum quæ sibi proposuerat spes fefellit, sed ille tyrannis, ut ipse fingit, infensus Demosthenes, quem ait Ctesiphon optima semper dicere, oblatas reipublicæ occasiones vendidit, et in societate de-

πόλεως, ἔγραψε δ' ἐν τῇ συμμαχίᾳ βοηθεῖν ἡμᾶς Χαλκιδεῦσι, ῥῆμα μόνον ἀντικαταλλαξάμενος ἀντὶ τούτων, εὐφημίας ἕνεκα προσγράψας Χαλκιδέας βοηθεῖν ἐάν τις
67 ἴῃ ἐπ' Ἀθηναίους· (93) τὰς δὲ συνεδρίας καὶ τὰς συντάξεις, ἐξ ὧν ἰσχύσειν ὁ πόλεμος ἤμελλεν, ἄρδην ἀπέδοτο, καλλίστοις ὀνόμασι αἰσχίστας πράξεις γράφων καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζων ὑμᾶς, τὰς μὲν βοηθείας ὡς δεῖ τὴν πόλιν πρότερον ποιεῖσθαι τοῖς ἀεὶ δεομένοις τῶν Ἑλλήνων, τὰς δὲ συμμαχίας ὑστέρας ποιεῖσθαι μετὰ τὰς εὐεργεσίας. Ἵνα δ' εὖ εἰδῆτε ὅτι ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὴν Καλλίου γραφὴν καὶ τὴν συμμαχίαν, καὶ ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

94. Οὔπω τοίνυν τοῦτ' ἐστὶ δεινόν, εἰ καιροὶ πέπρανται τηλικοῦτοι καὶ συνεδρίαι καὶ συντάξεις, ἀλλὰ πολὺ τούτου δεινότερον ὑμῖν φανήσεται ὃ μέλλω λέγειν. Εἰς γὰρ τοῦτο προήχθη Καλλίας μὲν ὁ Χαλκιδεὺς ὕβρεως καὶ πλεονεξίας, Δημοσθένης δέ, ὃν ἐπαινεῖ Κτησιφῶν, δωροδοκίας, ὥστε τὰς ἐξ Ὠρεοῦ συντάξεις καὶ τὰς ἐξ Ἐρετρίας, τὰ δέκα τάλαντα, ὁρώντων φρονούντων βλεπόντων ἔλαθον ὑμῶν ὑφελόμενοι, καὶ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων τούτων συνέδρους παρ' ὑμῶν μὲν ἀνέστησαν, πάλιν δὲ εἰς Χαλκίδα καὶ τὸ καλούμενον Εὐβοϊκὸν συνέδριον συνήγαγον. Ὃν δὲ τρόπον καὶ δι' οἵων κακουργημάτων, ταῦτ' ἤδη ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι. (95) Ἀφικνεῖται γὰρ πρὸς ὑμᾶς οὐκέτι δι' ἀγγέλων ἀλλ' αὐτὸς ὁ Καλλίας, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν λόγους διεξῆλθε κατεσκευασμένους ὑπὸ Δημοσθένους. Εἶπε γὰρ ὡς ἥκοι ἐκ Πελοποννήσου νεωστὶ σύνταγμα συντάξας εἰς ἑκατὸν ταλάντων πρόσοδον ἐπὶ Φίλιππον, καὶ διελογίζετο ὅσον ἑκάστους ἔδει συντελεῖν, Ἀχαιοὺς μὲν πάντας καὶ Μεγαρέας ἑξήκοντα τάλαντα, τὰς δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις ἁπάσας τετταράκοντα· (96) ἐκ δὲ τούτων τῶν χρημάτων ὑπάρξειν καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν δύναμιν· εἶναι δὲ πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων οὓς βούλεσθαι κοινωνεῖν τῆς συντάξεως, ὥστε οὔτε χρημάτων οὔτε στρατιωτῶν ἔσεσθαι ἀπορίαν. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ φανερά· ἔφη δὲ καὶ πράξεις πράττειν ἑτέρας δι' ἀπορρήτων, καὶ τούτων εἶναί τινας μάρτυρας τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, καὶ τελευτῶν ὀνομαστὶ παρεκάλει Δημοσθένην καὶ συνειπεῖν ἠξίου. (97) Ὁ δὲ σεμνῶς πάνυ παρελθὼν τόν τε Καλλίαν ὑπερεπῄνει τό τε ἀπόρρητον προσεποιήσατο εἰδέναι· τὴν δ' ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείαν, ἣν ἐπρέσβευσε, καὶ τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας ἔφη βούλεσθαι ὑμῖν ἀπαγγεῖλαι. Ἦν δ' αὐτῷ κεφάλαιον τῶν λόγων πάντας μὲν Πελοποννησίους ὑπάρχειν, πάντας δ' Ἀκαρνᾶνας συντεταγμένους ἐπὶ Φίλιππον ὑφ' ἑαυτοῦ, εἶναι δὲ τὸ σύνταγμα χρημάτων μὲν εἰς ἑκατὸν νεῶν ταχυναυτουσῶν πληρώματα καὶ εἰς πεζοὺς στρατιώτας μυρίους καὶ ἱππεῖς χιλίους, (98) ὑπάρξειν δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὰς πολιτικὰς δυνάμεις, ἐκ Πελοποννήσου μὲν πλείονας ἢ δισχιλίους ὁπλίτας, ἐξ Ἀκαρνανίας δὲ ἑτέρους τοσούτους· δεδόσθαι δὲ ἀπὸ πάντων

cernenda censuit ut Chalcidensibus opem nos ferremus, locutione tantum pro his commutata; honestæ scilicet orationis causa adscripsit, ut Chalcidenses opem ferrent, si quis in Athenienses invaserit; (93) consessum autem communem et tributa, ex quibus belli robora pendebant, prorsus vendidit, speciosissimis verbis res turpissimas complexus, eoque vos dicendo perducens, ut crederetis oportere civitatem nostram semper Græcis auxilio egentibus in primis opem ferre, societates vero post collata demum beneficia pacisci. Ut autem me vera dicere pernoscatis, cape scriptum illud Calliæ et societatem, et recita decretum.

DECRETUM.

94. Nondum vero hoc grave aut indignum est, si tantæ venum dantur opportunitates et consessus et tributa, sed multo illud, quod dicturus sum, indignius videbitur. Eo enim contumeliæ et avaritiæ processit Callias, eo sordidæ nundinationis Demosthenes, quem laudibus effert Ctesiphon, ut tributa quæ tum ab Oreo tum ab Eretria pendebantur, decem talenta, vobis videntibus, prudentibus, inspectantibus, furtim subduxerint, quique ab his civitatibus mitti solebant consessores a vobis avocaverint, atque iterum Chalcidem et in Euboicum quod appellatur concilium transtulerint. Qua autem ratione et quibus improbis præstigiis, id nunc operæ pretium est audire. (95) Venit enim non jam per legatos, sed ipse ad vos Callias, et progressus in concionem orationem habuit sibi a Demosthene elaboratam. Dixit se nuper ex Peloponneso venisse, ibi stipendii collectam adversus Philippum ad centum talenta depactum esse, rationemque inibat, quantum quosque populos conferre oporteret, Achæos omnes et Megarenses talenta sexaginta, Euboicas civitates universas quadraginta: (96) his pecuniis posse comparari et classem et copias pedestres; esse porro multos Græcorum alios, qui hujus collationis partem subire vellent: ita neque pecuniæ neque militum fore penuriam. Atque hæc quidem aperta esse; alias autem moliri se aiebat res arcanas, quarum testes esse nonnullos civium vestrorum; postremo nominatim Demosthenem advocabat, utque hæc una secum dicendo confirmaret petebat. (97) Hic vero grandi admodum incessu in medium progressus mirifice laudabat Calliam, et arcani se conscium esse simulabat; legationem autem a se obitam, tum in Peloponneso tum in Acarnania, velle se jam vobis renuntiare dicebat. Orationis porro ejus hæc summa erat, Peloponnesios omnes, omnesque item Acarnanas esse a se ordine descriptos ad pecuniam adversus Philippum conferendam: descriptionem autem eam esse factam, quæ ad centum naves celeres implendas, ad decem millia peditum, equites mille alendos suppeteret: (98) his accessuras singularum etiam civitatum copias, ex Peloponneso amplius duo millia gravis armaturæ, ex Acarnania totidem altera: ab his omnibus delatum ultro vobis esse principatum; neque

τούτων τὴν ἡγεμονίαν ὑμῖν· πραχθήσεσθαι δὲ αὐτὰ οὐκ εἰς μακρὰν ἀλλ' εἰς τὴν ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός· εἰρῆσθαι γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ παρηγγέλθαι πάντας ἥκειν συνεδρεύσοντας Ἀθήναζε εἰς τὴν πανσέληνον. (99) Καὶ γὰρ τοῦτο ἄνθρωπος ἴδιον καὶ οὐ κοινὸν ποιεῖ. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἀλαζόνες ὅταν τι ψεύδωνται, ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον· Δημοσθένης δ' ὅταν ἀλαζονεύηται, πρῶτον μὲν μεθ' ὅρκου ψεύδεται, ἐξώλειαν ἐπαρώμενος ἑαυτῷ, δεύτερον δέ, ἃ εὖ οἶδεν οὐδέποτε ἐσόμενα, τολμᾷ λέγειν ἀριθμῶν εἰς ὁπότ' ἔσται, καὶ ὧν τὰ σώματα οὐχ ἑώρακε, τούτων τὰ ὀνόματα λέγει, κλέπτων τὴν ἀκρόασιν καὶ μιμούμενος τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. Διὸ καὶ μάλιστα ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι, ὅτι πονηρὸς ὢν καὶ τὰ τῶν χρηστῶν σημεῖα διαφθείρει. (100) Ταῦτα δ' εἰπὼν δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τῷ γραμματεῖ μακρότερον μὲν τῆς Ἰλιάδος, κενώτερον δὲ τῶν λόγων οὓς εἴωθε λέγειν καὶ τοῦ βίου ὃν βεβίωκε,
68 μεστὸν δ' ἐλπίδων οὐκ ἐσομένων καὶ στρατοπέδων οὐδέποτε συλλεγησομένων. Ἀπαγαγὼν δ' ὑμᾶς ἄποθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος καὶ ἀνακρεμάσας ἀπὸ τῶν ἐλπίδων, ἐνταῦθα δὴ συστρέψας γράφει κελεύων ἑλέσθαι πρέσβεις εἰς Ἐρέτριαν, οἵτινες δεήσονται τῶν Ἐρετριέων (πάνυ γὰρ ἔδει δεηθῆναι) μηκέτι διδόναι τὴν σύνταξιν ὑμῖν τὰ πέντε τάλαντα, ἀλλὰ Καλλίᾳ, καὶ πάλιν ἑτέρους αἱρεῖσθαι εἰς Ὠρεὸν πρὸς τοὺς Ὠρείτας πρέσβεις, οἵτινες δεήσονται αὐτοῖς τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν εἶναι. (101) Ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ ἅπαντ' ὢν ἐν τῷ ψηφίσματι πρὸς τῷ κλέμματι, γράψας τὰ πέντε τάλαντα τοὺς πρέσβεις ἀξιοῦν τοὺς Ὠρείτας μὴ ὑμῖν ἀλλὰ Καλλίᾳ διδόναι. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν κόμπον καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἀνάγνωθι καὶ τοῦ κλέμματος ἅψαι, ὃ ὑφείλετο ὁ μιαρὸς καὶ ἀνόσιος ἄνθρωπος, ὅν φησι Κτησιφῶν καὶ ἐν τῷδε τῷ ψηφίσματι διατελεῖν λέγοντα καὶ πράττοντα τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

102. Οὐκοῦν τὰς μὲν τριήρεις καὶ τὴν πεζὴν στρατιὰν καὶ τὴν πανσέληνον καὶ τοὺς συνέδρους λόγῳ ἠκούσατε, τὰς δὲ συντάξεις τῶν συμμάχων, τὰ δέκα τάλαντα, ἔργῳ ἀπωλέσατε.

103. Ὑπόλοιπον δέ μοί ἐστιν εἰπεῖν ὅτι λαβὼν τρία τάλαντα μισθὸν τὴν γνώμην ταύτην ἔγραψε Δημοσθένης, τάλαντον μὲν ἐκ Χαλκίδος παρὰ Καλλίου, τάλαντον δ' ἐξ Ἐρετρίας παρὰ Κλειτάρχου τοῦ τυράννου, τάλαντον δὲ ἐξ Ὠρεοῦ, δι' ὃ καὶ καταφανὴς ἐγένετο, δημοκρατουμένων τῶν Ὠρειτῶν καὶ πάντα πραττόντων μετὰ ψηφίσματος. Ἐξαναλωμένοι γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ καὶ παντελῶς ἀπόρως διακείμενοι πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον τὸν Χαριγένους υἱὸν τοῦ δυναστεύσαντός ποτε ἐν Ὠρεῷ, δεησόμενον αὐτοῦ τὸ μὲν τάλαντον ἀφιέναι τῇ πόλει, ἐπαγγελλόμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ. (104) Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο

vero longum fore quum hæc perficerentur, sed ad decimum sextum mensis Anthesterionis; singulis enim civitatibus a se prædictum esse ac denuntiatum, ut omnes Athenas in concilium convenirent ad plenilunium. (99) Etenim hanc sibi homo propriam et non jam omnium communem habet facultatem. Ceteri enim vaniloqui jactatores, quum quid mentiuntur, dant operam ut indefinita quædam et obscura proferant, veriti ne coarguantur; at Demosthenes, si quid arrogantius confingit, primum quidem perjurio mendacium cumulat, exitium sibi imprecans, deinde, quæ certo scit nunquam futura, audet affirmare, ratione etiam inita quando sint eventura definit, et quos ne de facie quidem novit, eorum nomina in ore habet, auribus vestris abusus, eosque qui vera loquuntur imitatus. Quocirca odio vel acerbissimo dignus est, quod improbus quum sit, etiam bonorum virorum indicia corrumpit. (100) His igitur dictis, decretum dat scribæ recitandum, Iliade quidem prolixius, verbis autem, quæ loqui solet, et vita, quam egit, inanius, spe denique fallaci et exercitibus nunquam conventuris cumulatum. Quum autem vos a furti suspicione abduxisset, et spe futili suspensos tenuisset, illic vero se totum colligens decretum scribit, quo legatos Eretriam mitti jubet, qui orent Eretrienses (omnino enim orandi erant) ut tributum suum, quinque illa talenta, non vobis posthac, sed Calliæ, pensitarent, rursusque alteros legari censet ad Oritas, qui et ipsi peterent, ut eundem sibi atque Athenienses amicum eundemque inimicum haberent. (101) Deinde apparet eum circa omnia in decreto illo esse furto intentum. Scripsit enim ut legati ab Oritis postulent ne vobis sed Calliæ quinque sua talenta penderent. Ut autem me vera dicere pateat, demptis ex decreto verborum fastu et triremibus et inani jactatione, recita, et furtum illud attinge, quod fecit impurus ac nefarius homo, quem ait Ctesiphon in hoc etiam decreto assidue et dicere et agere quæ maxime sint populo Atheniensi salutaria.

DECRETUM.

102. Itaque triremes quidem et pedestres copias et plenilunium et consessores verbo audiistis, sociorum vero tributa, decem talenta, re amisistis.

103. Reliquum est ut ostendam; Demosthenem trium talentorum mercede accepta decretum hoc tulisse, uno talento ex Chalcide a Callia, altero ex Eretria a Clitarcho tyranno, tertio autem ex Oreo; ex quo etiam furta ejus patefacta sunt, quod Oritarum libera civitas est, et nihil illi agunt nisi per plebiscitum. Ii enim bello quod cum Philippo gesserant exhausti, et summa inopia laborantes, mittunt ad eum Gnosidemum Charigenis filium, ejus qui quondam Orei principatum tenuit, qui ab eo supplex peteret ut talentum civitati remitteret, promitteret autem æneam ei statuam in Oreo ponendam. (104) At iste Gnosidemo re-

τῷ Γνωσιδήμῳ ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰσπράττειν. Ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Καὶ πάντ' ἐπράχθη μετὰ ψηφίσματος τοῦ δήμου. (105) Ὅτι δὲ τἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τῶν Ὠρειτῶν.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ψήφισμα, ὦ Ἀθηναῖοι, αἰσχύνη μὲν τῆς πόλεως, ἔλεγχος δὲ οὐ μικρὸς τῶν Δημοσθένους πολιτευμάτων, φανερὰ δὲ κατηγορία τοῦ Κτησιφῶντος· τὸν γὰρ οὕτως αἰσχρῶς δωροδοκοῦντα οὐκ ἔστιν ἄνδρα γεγονέναι ἀγαθόν, ἃ τετόλμηκεν οὗτος γράψαι ἐν τῷ ψηφίσματι.

106. Ἐνταῦθ' ἤδη τέτακται καὶ ὁ τρίτος τῶν καιρῶν, μᾶλλον δ' ὁ πάντων πικρότατος χρόνος, ἐν ᾧ Δημοσθένης ἀπώλεσε τὰς τῶν Ἑλλήνων καὶ τῆς πόλεως πράξεις, ἀσεβήσας μὲν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς, ἄδικον δὲ καὶ οὐδαμῶς ἴσην τὴν πρὸς Θηβαίους συμμαχίαν γράψας. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς θεοὺς αὐτοῦ πλημμελημάτων λέγειν.

107. Ἔστι γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸ Κιρραῖον ὠνομασμένον πεδίον καὶ λιμὴν ὁ νῦν ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὠνομασμένος. Ταύτην ποτὲ τὴν χώραν κατῴκησαν Κιρραῖοι καὶ Κραγαλίδαι, γένη παρανομώτατα, οἳ εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἀναθήματα ἠσέβουν, ἐξημάρτανον δὲ καὶ εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας. Ἀγανακτήσαντες δ' ἐπὶ τοῖς γενομένοις μάλιστα μέν, ὡς λέγεται, οἱ πρόγονοι οἱ ὑμέτεροι, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀμφικτύονες μαντείαν ἐμαντεύσαντο παρὰ τῷ θεῷ, τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν. (108) Καὶ αὐτοῖς ἀναιρεῖ ἡ Πυθία πολεμεῖν Κιρραίοις καὶ Κραγαλίδαις πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκπορθήσαντας καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισαμένους ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀθηνᾷ Προναίᾳ ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ, καὶ ταύτην τὴν χώραν μήτ' αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μήτ' ἄλλον ἐᾶν. Λαβόντες δὲ τὸν χρησμὸν οἱ Ἀμφικτύονες ἐψηφίσαντο Σόλωνος εἰπόντος Ἀθηναίου τὴν γνώμην, ἀνδρὸς καὶ νομοθετῆσαι δυνατοῦ καὶ περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότος, ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἐναγεῖς κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ· (109) καὶ συναθροίσαντες δύναμιν ἱκανὴν τῶν Ἀμφικτυόνων, ἐξηνδραποδίσαντο τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸν λιμένα ἔχωσαν καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν κατέσκαψαν καὶ τὴν χώραν αὐτῶν καθιέρωσαν κατὰ τὴν μαντείαν· καὶ ἐπὶ τούτοις ὅρκον ὤμοσαν ἰσχυρὸν μήτ' αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι μήτ' ἄλλῳ ἐπιτρέψειν, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ [καὶ φωνῇ] καὶ πάσῃ δυνάμει. (110) Καὶ οὐκ ἀπέχρησεν αὐτοῖς τοῦτον μόνον τὸν ὅρκον ὀμόσαι, ἀλλὰ

spondit, sibi pauxillulo æris nihil esse opus, talentum vero per Calliam se exacturum. Coacti igitur Oritæ, neque unde sumerent habentes, vectigalia publica talenti nomine ei oppignerarunt, et pecuniæ illius turpiter conciliatæ usuram solverunt Demostheni singulis mensibus unam in minam drachmam, donec sortem reddidissent. Atque hæc acta sunt cum populi scito. (105) Quod ut vere a me dici constet, sume hoc Oritarum plebiscitum.

PLEBISCITUM.

Hoc est illud plebiscitum, Athenienses, probrum ac dedecus nostræ civitatis, rerum a Demosthene publice gestarum non leve indicium, perspicua Ctesiphontis criminatio. Nam qui tam turpiter muneribus se corrumpendum dederit, fieri non potest ut vir bonus sit, quod tamen iste in suo ausus est decreto perscribere.

106. Hic vero tertium jam collocatum tempus est, vel potius omnium acerbissima tempestas, qua Demosthenes et Græcorum et civitatis nostræ rempublicam funditus evertit, primum quum in templum Delphicum impie deliquit, deinde quum injustam et omnino imparem cum Thebanis societatem decrevit. Sed a sceleribus, quæ in deos immortales suscepit, initium ducam.

107. Campus est, Athenienses, quem Cirrhæum nominant, portusque qui hodie Sacer et Sceleratus appellatur. Eam regionem tenuerunt olim Cirrhæi et Cragalidæ, gentes a legibus alienissimæ, qui et templum Delphicum et quæ in eo erant donaria violarunt, simulque Amphictyonum concilio injurias intulerunt. Ob hæc igitur facta indignati, quum reliqui Amphictyones, tum vero maxime, ut ferunt, majores vestri, oraculum dei scitabantur, quibus suppliciis in istos homines animadvertere oporteret. (108) Respondit Pythia, uti Cirrhæos et Cragalidas omni tempore dies noctesque bello vexarent, direptisque eorum finibus ipsisque in servitutem abstractis, agros illos Apollini Pythio, Dianæ, Latonæ, Minervæ Pronææ, ut in perpetuum inculti essent, consecrarent, eosque neque ipsi colerent neque ab alio coli paterentur. Hoc oraculo accepto, Amphictyones decreverunt, sententiam dicente Solone Atheniensi, viro et legum scribendarum peritissimo et in poeticæ ac philosophiæ studiis exercitato, ut ex oraculi præscripto exercitus contra sceleratos duceretur. (109) Justis itaque ex Amphictyonibus collectis copiis, homines illos in servitutem redegerunt, portum obstruxerunt, urbem funditus diruerunt, regionem omnem ex oraculo consecrarunt, quin et religiosissimo se sacramento devinxerunt, neque se terram sacram culturos neque ab aliis coli passuros, sed opem deo terræque sacræ, manibus, pedibus, voce, omni virium contentione perlaturos. (110) Neque vero satis habuerunt, jusjurandum hoc sanxisse, sed devotionem insuper et

καὶ προστροπὴν καὶ ἀρὰν ἰσχυρὰν ὑπὲρ τούτων ἐποιήσαντο. Γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ, « εἴ τις τάδε » φησί « παραβαίνοι ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος, ἐναγὴς » φησιν « ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς καὶ Ἀθηνᾶς Προναίας. » (111) Καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα ἀλλὰ τέρατα, μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἥτταν δὲ αὐτοῖς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν, καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων. « Καὶ μήποτε » φησίν « ὁσίως θύσαιεν τῷ Ἀπόλλωνι μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Λητοῖ μηδ' Ἀθηνᾷ Προναίᾳ, μηδὲ δέξαιντο αὐτοῖς τὰ ἱερά. » (112) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀνάγνωθι τὴν τοῦ θεοῦ μαντείαν. Ἀκούσατε τῆς ἀρᾶς· ἀναμνήσθητε τῶν ὅρκων, οὓς ὑμῶν οἱ πρόγονοι μετὰ τῶν Ἀμφικτυόνων συνώμοσαν.

exsecrationem validam adjecerunt. Ita enim in exsecratione scriptum est : *Si quis*, inquit, *hæc violaverit, sive civitas sive quis privatus, sive natio, caput ejus Apollini, Dianæ, Latonæ, Minervæ Pronææ devotum esto :* (111) imprecatur iis porro, ut neque ipsis terra fructum ferat, neque conjuges eorum liberos parentibus similes sed portenta enitantur, neque pecudes fœtus naturales edant; ut e bello, e judiciis, e foro victi discedant, et internecione deleantur et ipsi et ædes et genus ipsorum; neque *unquam*, inquit, *Apollini aut Dianæ aut Latonæ aut Minervæ Pronææ sancte libanto, neque numinibus illis eorum sacra accepta sunto.* (112) Atque ut hæc vera dicere me pateat, recita dei oraculum. Audite exsecrationem; jurisjurandi, quod cum ceteris Amphictyonibus majores vestri juraverunt, memoriam repetite.

ΜΑΝΤΕΙΑ.

[οὐ πρὶν τῆσδε πόληος ἐρείψετε πύργον ἑλόντες,
πρίν γε θεοῦ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
κῦμα ποτικλύζῃ, κελαδοῦν ἱεραῖσιν ἐπ' ἀκταῖς.]

ORACULUM.

[Non prius hanc urbis captam delebitis arcem,
Quam mea templa mihi fervens maris alluat unda,
Litoribusque sacris resonet Neptunia conjunx.]

ΑΡΑ. ΟΡΚΟΙ.

113. Ταύτης τῆς ἀρᾶς καὶ τῶν ὅρκων καὶ τῆς μαντείας γενομένης, ἀναγεγραμμένων ἔτι καὶ νῦν, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, μᾶλλον δὲ οἱ προεστηκότες αὐτῶν, ἄνδρες παρανομώτατοι, ἐπειργάζοντο τὸ πεδίον, καὶ τὸν λιμένα τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐπάρατον πάλιν ἐτείχισαν καὶ συνῴκισαν, καὶ τέλη τοὺς καταπλέοντας ἐξέλεγον, καὶ τῶν ἀφικνουμένων εἰς Δελφοὺς πυλαγόρων ἐνίους χρήμασι διέφθειραν, ὧν εἷς ἦν Δημοσθένης. (114) Χειροτονηθεὶς γὰρ ὑφ' ὑμῶν πυλαγόρας λαμβάνει χιλίας δραχμὰς παρὰ τῶν Ἀμφισσέων ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν μνείαν περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἀμφικτύοσι ποιήσασθαι. Διωμολογήθη δ' αὐτῷ καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἀποσταλήσεσθαι Ἀθήναζε τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου μνᾶς εἴκοσι τῶν ἐξαγίστων καὶ ἐπαράτων χρημάτων, ἐφ' ᾧτε βοηθήσειν τοῖς Ἀμφισσεῦσιν Ἀθήνησι κατὰ πάντα τρόπον· ὅθεν μᾶλλον ἢ πρότερον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν προσάψηται ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ δυνάστου ἢ πόλεως δημοκρατουμένης, τούτων ἑκάστους ἀνιάτοις κακοῖς περιβάλλειν.

115. Σκέψασθε δὴ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὡς περιεγένετο τῆς τῶν Ἀμφισσέων ἀσεβείας. Ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου ἄρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου, πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυράσιον, ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέκκιον, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ. Συνέβη δ' ἡμῖν ἀρτίως μὲν εἰς Δελφοὺς ἀφῖχθαι, παραχρῆμα δὲ τὸν ἱερομνήμονα Διόγνητον πυρέττειν· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο συνεπε-

EXSECRATIO. JUSJURANDUM.

113. Hac exsecratione facta, hoc jurejurando, hoc oraculo dato, quæ omnia in tabulas publicas relata adhuc exstant, Locri Amphissenses, ac potius eorum principes, homines iniquissimi, campum illum excoluerunt, portum sacrum et sceleratum rursus munierunt et habitarunt, ac portoria ab adnavigantibus exegerunt; nonnullos etiam ex Pylagoris qui Delphos proficiscebantur pecunia corruperunt, quo quidem in numero fuit Demosthenes. (114) Nam suffragio creatus a vobis Pylagoras mille drachmas ab Amphissensibus accepit, ne quam eorum apud Amphictyonas mentionem faceret. Pacto etiam promissum erat, ut in posterum viginti minæ ex devota illa et exsecrata pecunia singulis annis Athenas ei mitterentur, ut ibi omni contentione Amphissensibus opitularetur. Unde magis etiam quam unquam alias ei contigit, ut quemcunque vel privatum vel potestate præditum vel liberam civitatem attingeret, eorum singulos insanabilibus ærumnis implicaret.

115. Sed videte, quæso, quantopere vicerit Amphissensium impietatem divinum numen et fortuna. Archonte Theophrasto, hieromnemone Diogneto Anaphlystio, vos Pylagoras legistis Midiam illum Anagyrasium, quem ego multis de causis velim nunc superstitem, et Thrasyclem Leccium, et me una cum his tertium. Accidit autem quum primum Delphos delati sumus, ut Diognetus hieromnemon in febrim inciderit; eodemque morbo correptus est Midias. Ceteri

πτώκει καὶ τῷ Μειδίᾳ. Οἱ δ' ἄλλοι συνεκάθηντο Ἀμφικτύονες. (116) Ἐξηγγέλλετο δ' ἡμῖν παρὰ τῶν βουλομένων εὔνοιαν ἐνδείκνυσθαι τῇ πόλει, ὅτι οἱ Ἀμφισσεῖς ὑποπεπτωκότες τότε καὶ δεινῶς θεραπεύοντες τοὺς Θηβαίους εἰσέφερον δόγμα κατὰ τῆς ὑμετέρας πόλεως, πεντήκοντα ταλάντοις ζημιῶσαι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθηκε πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξαράσασθαι, καὶ ἐπεγράψαμεν τὸ προσῆκον ἐπίγραμμα « Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο. » Μεταπεμψάμενος δέ με ὁ ἱερομνήμων ἠξίου εἰσελθεῖν εἰς τὸ συνέδριον καὶ εἰπεῖν τι πρὸς τοὺς Ἀμφικτύονας ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸν οὕτω προῃρημένον. (117) Ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμότερόν πως εἰσεληλυθότος εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ἄλλων πυλαγόρων μεθεστηκότων, ἀναβοήσας τις τῶν Ἀμφισσέων, ἄνθρωπος ἀσελγέστατος καὶ (ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο) οὐδεμιᾶς παιδείας μετεσχηκώς, ἴσως δὲ καὶ δαιμονίου τινὸς ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν προαγομένου, « ἀρχὴν δέ γε » ἔφη « ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετο τοὔνομα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις, ἀλλ' ὡς ἐναγεῖς ἐξήγετε ἐκ τοῦ ἱεροῦ. » (118) Ἅμα δὲ ἐμέμνητο τῆς τῶν Φωκέων συμμαχίας, ἣν ὁ Κρωβύλος ἐκεῖνος ἔγραψε, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ δυσχερῆ κατὰ τῆς πόλεως διεξῄει λέγων, ἃ ἐγὼ οὔτε τότ' ἐκαρτέρουν ἀκούων οὔτε νῦν ἡδέως μέμνημαι αὐτῶν. Ἀκούσας δὲ οὕτω παρωξύνθην ὡς οὐδεπώποτ' ἐν τῷ ἐμαυτοῦ βίῳ. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους λόγους ὑπερβήσομαι· ἐπῆλθε δέ μοι ἐπὶ τὴν γνώμην μνησθῆναι τῆς τῶν Ἀμφισσέων περὶ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν ἀσεβείας, καὶ αὐτόθεν ἑστηκὼς ἐδείκνυον τοῖς Ἀμφικτύοσιν· ὑπόκειται γὰρ τὸ Κιρραῖον πεδίον τῷ ἱερῷ καὶ ἔστιν εὐσύνοπτον. (119) « Ὁρᾶτ', » ἔφην ἐγώ, « ὦ ἄνδρες Ἀμφικτύονες, ἐξειργασμένον τοῦτο τὸ πεδίον ὑπὸ τῶν Ἀμφισσέων καὶ κεραμεῖα ἐνῳκοδομημένα καὶ αὔλια· ὁρᾶτε τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐπάρατον λιμένα τετειχισμένον· ἴστε τούτους αὐτοί (καὶ οὐδὲν ἑτέρων δεῖσθε μαρτύρων) τέλη πεπραχότας καὶ χρήματα λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱεροῦ λιμένος. » Ἅμα δὲ ἀναγινώσκειν ἐκέλευον αὐτοῖς τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ, τὸν ὅρκον τῶν προγόνων, τὴν ἀρὰν τὴν γενομένην, καὶ διωριζόμην ὅτι (120) « ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τοῦ σώματος καὶ τῶν τέκνων καὶ οἰκίας τῆς ἐμαυτοῦ βοηθῶ κατὰ τὸν ὅρκον καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πᾶσιν οἷς δύναμαι, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιῶ· ὑμεῖς δ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἤδη βουλεύεσθε. Ἐνῆρκται μὲν τὰ κανᾶ, παρέστηκε δὲ τοῖς βωμοῖς τὰ θύματα, μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθὰ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ. (121) Σκοπεῖτε δὲ ποίᾳ φωνῇ, ποίᾳ ψυχῇ, ποίοις ὄμμασι, τίνα τόλμαν κτησάμενοι τὰς ἱκεσίας ποιήσεσθε, τούτους παρέντες ἀτιμωρήτους τοὺς ἐναγεῖς καὶ ταῖς ἀραῖς ἐνόχους. Οὐ γὰρ δι' αἰνιγμάτων ἀλλ' ἐναργῶς γέγραπται ἐν τῇ ἀρᾷ κατά τε τῶν ἀσεβησάντων, ἃ χρὴ παθεῖν αὐτούς, καὶ

Amphictyones in concessum coibant. (116) Interea affertur ad nos ab iis qui suam in civitatem vestram benevolentiam declarare cuperent, Amphissenses, subjectos tunc et mirum in modum subservientes Thebanis, decretum adversus civitatem nostram attulisse, quo populus Atheniensis quinquaginta talentis mulctaretur, propterea quod novo templo priusquam esset dedicatum aureos clypeos suspendissemus, addita inscriptione quam addi par erat, *Athenienses de Medis ac Thebanis, quo tempore adversum Græcos hi pugnarunt.* Hieromnemon autem accersitum me rogabat, ut in concilium ingressus aliquid apud Amphictyonas pro civitate nostra dicerem, quum ipse ultro id in animo haberem. (117) Postquam igitur verba facere cœperam, et quidem paullo cupidius in concilium ingressus eram, quod ceteri Pylagoræ nostri abessent, exclamans quidam ex Amphissensibus, homo procacissimus et, ut mihi videbatur, omnis doctrinæ liberalis expers, fortassis etiam a deo aliquo irato in hanc amentiam impulsus, *Omnino, si saperetis*, inquit, *vos Græci, ne nomen quidem Atheniensium his diebus nominaretis, sed eos tanquam impios et contaminatos templo exturbaretis.* (118) Et simul Phocensium societatem, quam Crobylus ille suaserat, commemorabat, multaque alia acerba et odiosa in civitatem nostram expromebat, ea percensens quæ neque tunc aures meæ sustinere poterant, neque nunc memoria libenter excito. Ceterum his auditis, tanta ego ira exarsi, quanta nunquam alias per totum vitæ meæ cursum. Atque alia quidem quæ tum locutus sum prætermittam : verum in mentem mihi venit Amphissensium in terram sacram impietatis facere mentionem, quam terram eodem e vestigio in quo insistebam Amphictyonibus monstrabam. Nam campus Cirrhæus templo subjacet, indeque facilis est conspectu. (119) *Videtis*, inquam, *Amphictyones, campum hunc ab Amphissensibus excultum, videtis figlinas et diversoria exstructa. Cernitis oculis sacrum et sceleratum portum illum munitum. Scitis ipsi, neque aliis testibus egetis, istos ex sacro portu vectigalia exigere pecuniamque cogere.* Simul iis dei oraculum, majorum jusjurandum, exsecrationem factam recitari jubebam, ac distinctis verbis, (120) *Ego*, dicebam, *pro populo Atheniensi, pro me, pro liberis domoque mea, ex majorum jurisjurandi præscripto, deo terræque sacræ, manibus, pedibus, voce, quibuscumque denique rebus possum, opem feram, et civitatem nostram piaculo liberabo : vos vero vobis ipsi jam consulite. Canistrorum cœpta est circumvectatio, admotæ sunt altaribus hostiæ, bona tum publica tum privata a diis immortalibus estis petituri.* (121) *Vobiscum itaque reputate, qua voce, qua mente, quibus oculis, qua fidentia freti supplicationes facietis, si consceleratos et diris devotos homines inultos dimittetis. Non enim obscure sed apertissime in exsecratione scriptum est, quibus sint afficiendi suppliciis tum sa-*

κατὰ τῶν ἐπιτρεψάντων, καὶ τελευταῖον ἐν τῇ ἀρᾷ γέγραπται, μηδ' ὁσίως θύσαιεν οἱ μὴ τιμωροῦντες, φησί, τῷ Ἀπόλλωνι μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Λητοῖ μηδ' Ἀθηνᾷ Προναίᾳ, μηδὲ δέξαιντο αὐτῶν τὰ ἱερά. »

122. Τοιαῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ διεξελθόντος ἐμοῦ, ἐπειδή ποτε ἀπηλλάγην καὶ μετέστην ἐκ τοῦ συνεδρίου, κραυγὴ πολλὴ καὶ θόρυβος ἦν τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ λόγος ἦν οὐκέτι περὶ τῶν ἀσπίδων ἃς ἡμεῖς ἀνέθεμεν, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τῶν Ἀμφισσέων τιμωρίας. Ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε, Δελφῶν ὅσοι ἐπὶ διέτες ἡβῶσι, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους, ἥκειν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἄμας καὶ δικέλλας πρὸς τὸ Θύστιον ἐκεῖ καλούμενον· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς κῆρυξ ἀνηγόρευε τοὺς ἱερομνήμονας
71 καὶ πυλαγόρους ἥκειν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον βοηθήσοντας τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ· « ἥτις δ' ἂν μὴ παρῇ πόλις, εἴρξεται τοῦ ἱεροῦ καὶ ἐναγὴς ἔσται καὶ τῇ ἀρᾷ ἔνοχος. » (123) Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἥκομεν ἕωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν. Ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἑξήκοντα στάδια ἄποθεν οἰκοῦντες Δελφῶν, ἧκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί· καὶ εἰ μὴ δρόμῳ μόλις ἐξεφύγομεν εἰς Δελφούς, ἐκινδυνεύσαμεν ἂν ἀπολέσθαι. (124) Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Κόττυφος ὁ τὰς γνώμας ἐπιψηφίζων ἐκκλησίαν ἐποίει τῶν Ἀμφικτυόνων· ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Ἐνταῦθ' ἤδη πολλαὶ μὲν ἐγίνοντο τῶν Ἀμφισσέων κατηγορίαι, πολὺς δ' ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· τέλος δὲ παντὸς τοῦ λόγου ψηφίζονται ἥκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, ἔχοντας δόγμα καθ' ὅ τι δίκας δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς ὑπὲρ ὧν εἰς τὸν θεὸν καὶ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν καὶ τοὺς Ἀμφικτύονας ἐξήμαρτον. Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

125. Τοῦ δόγματος τούτου ἀποδοθέντος ὑφ' ἡμῶν ἐν τῇ βουλῇ καὶ πάλιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰς πράξεις ἡμῶν ἀποδεξαμένου τοῦ δήμου καὶ τῆς πόλεως πάσης προαιρουμένης εὐσεβεῖν, καὶ Δημοσθένους ὑπὲρ τοῦ μεσεγγυήματος τοῦ ἐξ Ἀμφίσσης ἀντιλέγοντος καὶ ἐμοῦ φανερῶς ἐναντίον ὑμῶν ἐξελέγχοντος, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ φανεροῦ τὴν πόλιν ἄνθρωπος οὐκ ἠδύνατο σφῆλαι, εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ μεταστησάμενος τοὺς ἰδιώτας ἐκφέρεται προβούλευμα εἰς τὴν ἐκκλησίαν, προσλαβὼν τὴν τοῦ γράψαντος ἀπειρίαν· (126) τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διεπράξατο ἐπιψηφισθῆναι καὶ γενέσθαι δήμου ψήφισμα ἤδη ἐπαναστάσης τῆς ἐκκλησίας, ἀπεληλυθότος ἐμοῦ (οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐπέτρεψα) καὶ τῶν πολλῶν δὲ ἀφειμένων· οὗ τὸ κεφάλαιόν

crilegi, tum ii qui impietatem permiserint, ac postrema exsecrationis clausula est : NE PURE, *inquit,* LIBANTO APOLLINI, DIANÆ, LATONÆ, MINERVÆ PRONÆÆ, QUI NON POENAS EXEGERINT, NEQUE HIS EORUM SACRA ACCEPTA SUNTO.

122. Quum hæc et alia hujusmodi multa dixissem, cessi atque e consessu migravi; clamor illico ingens et fremitus inter Amphictyonas coortus est, neque jam de clypeis, quos dicaveramus, sed de pœnis ab Amphissensibus sumendis agebatur. Die igitur jam provecta, præco procedens nuntiavit, ut quotquot ex Delphis biennio pubertatem superassent, tum servi tum liberi, statim ubi diluxerit, cum falcibus et ligonibus ad Thystium quem appellant locum convenirent. Iterum idem præco edixit, ut hieromnemones et Pylagoræ eodem venirent deo et terræ sacra auxilium laturi : si qua vero civitas non affuerit, templo arceretur, scelerata foret et exsecrationi obnoxia. (123) Postridie mane in prædictum locum convenimus, in campum Cirrhæum descendimus, et effosso portu ædificiisque incensis rediimus. Interea dum hæc agimus, Locri Amphissenses qui sexaginta circiter stadia a Delphis distabant, armati in nos impetum fecerunt universi, et nisi in pedes conjecti vix tandem Delphos pervenissemus, periculum certe fuit ne funditus periremus. (124) Die proximo Cottyphus, qui sententias suffragiis permittebat, concionem indicit Amphictyonum; concionem autem nominant, quando non solum Pylagoras et hieromnemonas convocant, sed eos etiam qui sacra simul faciunt, quique oraculum dei adeunt. Ibi vero multis accusationibus urgentur Amphissenses, nostra civitas contra magnis laudibus ornatur. Totius autem orationis hic exitus fuit : decernitur ut hieromnemones ante proximum Pylæum consessum constituto tempore in Pylas coirent, unaque decretum afferrent, ex quo essent Amphissenses scelerum suorum in deum inque terram sacram et Amphictyones pœnas daturi. Ut autem vera me loqui pernoscatis, decretum ipsum vobis scriba recitabit.

DECRETUM.

125. Hoc igitur decreto a nobis tum in senatu renuntiato, tum in concione ad populum prolato, et actionibus nostris a populo comprobatis, et universa civitate ad studium pietatis excitata, quum Demosthenes propter mercedis sponsionem illam Amphissensem contradiceret, a me vero coram vobis manifeste coargueretur, neque jam posset homo in propatulo civitatem decipere, ingressus in curiam et summotis privatis præconsultum senatus scribendum curat et in concionem defert, ejus qui scripserat imperitia abusus : (126) perfecit porro, ut hoc ipsum senatus consultum in concione suffragiis permitteretur utque a populo scisceretur, quum surrexisset jam concio, egoque discessissem (neque enim unquam passus essem), plurimique alii jam abiissent;

ἐστι, « τὸν ἱερομνήμονα » φησί « τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς ἀεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας καὶ εἰς Δελφοὺς ἐν τοῖς τεταγμένοις χρόνοις ὑπὸ τῶν προγόνων », εὐπρεπῶς γε τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ αἰσχρῶς· κωλύει γὰρ εἰς τὸν σύλλογον τὸν ἐν Πύλαις ἀπαντᾶν, ὃς ἐξ ἀνάγκης πρὸ τοῦ καθήκοντος ἔμελλε χρόνου γίνεσθαι. (127) Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψηφίσματι πολὺ καὶ σαφέστερον καὶ πικρότερον σύγγραμμα γράφει, « τὸν ἱερομνήμονα » φησί « τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς ἀεὶ πυλαγοροῦντας μὴ μετέχειν τοῖς ἐκεῖ συλλεγομένοις μήτε λόγων μήτε ἔργων μήτε δογμάτων μήτε πράξεως μηδεμιᾶς. » Τὸ δὲ μὴ μετέχειν τί ἐστι; πότερα τἀληθὲς εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι; τὸ ἀληθὲς ἐρῶ· τὸ γὰρ ἀεὶ πρὸς ἡδονὴν λεγόμενον οὑτωσὶ τὴν πόλιν διατέθεικεν. Οὐκ ἐᾷ μεμνῆσθαι τῶν ὅρκων, οὓς ἡμῶν οἱ πρόγονοι ὤμοσαν, οὐδὲ τῆς ἀρᾶς οὐδὲ τῆς τοῦ θεοῦ μαντείας.

128. Ἡμεῖς μὲν οὖν Ἀθηναῖοι κατεμείναμεν διὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα, οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς Πύλας πλὴν μιᾶς πόλεως, ἧς ἐγὼ οὔτ' ἂν τοὔνομα εἴποιμι, μήθ' αἱ συμφοραὶ παραπλήσιοι γένοιντο αὐτῆς μηδενὶ τῶν Ἑλλήνων. Καὶ συνελθόντες ἐψηφίσαντο ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσέας, καὶ στρατηγὸν εἵλοντο Κόττυφον τὸν Φαρσάλιον τὸν τότε τὰς γνώμας ἐπιψηφίζοντα, οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἑλλάδι παρόντος, ἀλλ' ἐν Σκύθαις οὕτω μακρὰν ἀπόντος· ὃν αὐτίκα μάλα τολμήσει λέγειν Δημοσθένης ὡς ἐγὼ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπήγαγον. (129) Καὶ παρελθόντες τῇ πρώτῃ στρατείᾳ καὶ μάλα μετρίως ἐχρήσαντο τοῖς Ἀμφισσεῦσιν· ἀντὶ
72 γὰρ τῶν μεγίστων ἀδικημάτων χρήμασιν αὐτοὺς ἐζημίωσαν, καὶ ταῦτ' ἐν ῥητῷ χρόνῳ προεῖπον τῷ θεῷ καταθεῖναι, καὶ τοὺς μὲν ἐναγεῖς καὶ τῶν πεπραγμένων αἰτίους μετεστήσαντο, τοὺς δὲ δι' εὐσέβειαν φυγόντας κατήγαγον. Ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὰ χρήματα ἐξέτινον τῷ θεῷ τούς τ' ἐναγεῖς κατήγαγον καὶ τοὺς εὐσεβεῖς κατελθόντας διὰ τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξέβαλον, οὕτως ἤδη τὴν δευτέραν στρατείαν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐποιήσαντο, πολλῷ χρόνῳ ὕστερον, ἐπανεληλυθότος Φιλίππου ἐκ τῆς ἐπὶ τοὺς Σκύθας στρατείας, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδεδωκότων, τῆς δὲ Δημοσθένους δωροδοκίας ἐμποδὼν γεγενημένης.

130. Ἀλλ' οὐ προὔλεγον, οὐ προεσήμαινον ἡμῖν οἱ θεοὶ φυλάξασθαι, μόνον οὐχ ἀνθρώπων φωνὰς προσκτησάμενοι; Οὐδεμίαν τοι πώποτε ἔγωγε μᾶλλον πόλιν ἑώρακα ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν σωζομένην, ὑπὸ δὲ τῶν ῥητόρων ἐνίων ἀπολλυμένην. Οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον φυλάξασθαι, ἡ τῶν μυστῶν τελευτή; οὐ περὶ τούτων Ἀμεινιάδης μὲν προὔλεγεν εὐλαβεῖσθαι καὶ πέμπειν εἰς Δελφοὺς ἐπερησομένους τὸν θεὸν ὅ τι χρὴ πράττειν, Δημοσθένης δὲ ἀντέλεγε φιλιππίζειν τὴν Πυθίαν φάσκων, ἀπαίδευτος ὢν καὶ ἀπολαύων καὶ ἐμπιπλάμενος τῆς διδομένης ὑφ' ὑμῶν αὐτῷ ἐξουσίας; (131) οὐ τὸ τελευταῖον ἀθύτων καὶ

cujus quidem sciti caput hoc fuit: *Hieromnemon*, inquit, *Atheniensium et Pylagoræ quotquot in posterum futuri sunt ad Pylas et Delphos proficiscantur iis temporibus quæ a majoribus nostris constituta sunt*, verbo quidem honeste, re turpiter et flagitiose: prohibet enim quominus ad consessum illum Pylæum occurrant, qui necessario ante præstitutum tempus erat futurus. (127) Sed aliud ei scito adscriptum est multo et apertius et acerbius. *Atheniensium*, inquit, *Hieromnemon et Pylagoræ, qui posthac futuri sunt, cum iis qui illuc conveniunt neque verborum neque factorum neque scitorum neque ullius rei habeant commercium.* Quorsum autem illud est, Ne habeant commercium? Verumne dicam, an id quod sit auditu jucundissimum? Verum dicam; nam quod ita semper ad voluptatem dictum fuit, id vero civitatem nostram huc redegit. Non sinit vos jurisjurandi meminisse, quod majores vestri juraverunt, non exsecrationis, non oraculi.

128. Nos igitur Athenienses propter hoc plebiscitum hic mansimus, at vero reliqui Amphictyones ad Pylas convenerunt præter unam civitatem, cujus ego neque nomen proferam, et absit precor ut Græcorum cuiquam similis accidat calamitas! Ibique congregati exercitum in Amphissenses ducendum censuerunt, et imperatorem legerunt Cottyphum illum Pharsalium, qui tum sententias suffragiis subjiciebat; quo tempore non erat in Macedonia Philippus, quin ne in Græcia quidem, sed in Scythia versabatur adeo longe abhinc remotus, quem tamen mox audebit dicere Demosthenes impudenter a me esse in Græcos immissum. (129) Ac prima quidem expeditione victores valde se moderatos in Amphissenses præbuerunt. Pro atrocissimis enim injuriis pecuniis tantum eos mulctarunt, quas præstituto tempore deo persolvi decreverunt, et sceleratos commissorumque facinorum auctores abegerunt, eos vero qui pietatis causa profugerant revocarunt. Sed quum illi neque pecuniam deo persolverent, sceleratos autem restituerent, et pios illos homines ab Amphictyonibus revocatos ejicerent, jam tum alteram in Amphissenses aciem instruxerunt, longo post intervallo, quum ab expeditione Scythica reversus erat Philippus, quumque defendendæ religionis principatum dii immortales nobis detulerant, Demosthenis autem avaritia et sordes impedimento erant.

130. At non prædicebant, non præmonstrabant nobis dii ut caveremus, tantum non humanis vocibus eloquentes? Nullam unquam ego civitatem vidi deorum præsidio insignius custodiri, ab oratoribus rursus quibusdam pessumdari. Non satis ad præmonendum valebat portentum illud mysteriorum diebus visum, mystarum interitus? non ob hæc Amyniades prædixerat ut caveremus, ut certos homines Delphos mitteremus, qui quid facto opus esset oraculum sciscitarentur; Demosthenes vero obstitit, quum Pythiam Philippo studere prædicaret, vir illiberalis et hac quam ei datis licentia insolenter perfruens et inflatus? (131) Postremo

ἀκαλλιερήτων τῶν ἱερῶν ὄντων ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τὸν πρόδηλον κίνδυνον; Καίτοι γε πρῴην ἀπετόλμησε λέγειν ὅτι παρὰ τοῦτο Φίλιππος οὐκ ἦλθεν ἡμῶν ἐπὶ τὴν χώραν, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ καλὰ τὰ ἱερά. Τίνος οὖν ζημίας ἄξιος εἶ τυχεῖν, ὦ τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριε; Εἰ γὰρ ὁ μὲν κρατῶν οὐκ ἦλθεν εἰς τὴν τῶν κρατουμένων χώραν, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ καλὰ τὰ ἱερά, σὺ δ' οὐδὲν προειδὼς τῶν μελλόντων ἔσεσθαι πρὶν καλλιερῆσαι τοὺς στρατιώτας ἐξέπεμψας, πότερον στεφανοῦσθαί σε δεῖ ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως ἀτυχίαις ἢ ὑπερωρίσθαι;

132. Τοιγάρτοι τί τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐφ' ἡμῶν οὐ γέγονεν; οὐ γὰρ βίον γε ἡμεῖς ἀνθρώπινον βεβιώκαμεν, ἀλλ' εἰς παραδοξολογίαν τοῖς ἐσομένοις μεθ' ἡμᾶς ἔφυμεν. Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεύς, ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν, ὁ τολμῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφειν ὅτι δεσπότης ἐστὶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυομένου, νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας; Καὶ τοὺς αὐτοὺς ὁρῶμεν τῆς τε δόξης ταύτης καὶ τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἡγεμονίας ἠξιωμένους, οἳ καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν ἠλευθέρωσαν. (133) Θῆβαι δέ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, μεθ' ἡμέραν μίαν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται, εἰ καὶ δικαίως, περὶ τῶν ὅλων οὐκ ὀρθῶς βουλευσάμενοι, ἀλλὰ τήν γε θεοβλάβειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως ἀλλὰ δαιμονίως κτησάμενοι. Λακεδαιμόνιοι δ' οἱ ταλαίπωροι, προσαψάμενοι μόνον τούτων τῶν πραγμάτων ἐξ ἀρχῆς περὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν, οἱ τῶν Ἑλλήνων ποτὲ ἀξιοῦντες ἡγεμόνες εἶναι, νῦν ὁμηρεύσοντες καὶ τῆς συμφορᾶς ἐπίδειξιν ποιησόμενοι μέλλουσιν ὡς Ἀλέξανδρον ἀναπέμπεσθαι, τοῦτο πεισόμενοι καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πατρὶς ὅ τι ἂν ἐκείνῳ δόξῃ, καὶ ἐν τῇ τοῦ κρατοῦντος καὶ προηδικημένου μετριότητι κριθήσονται. (134) Ἡ δ' ἡμετέρα πόλις, ἡ κοινὴ καταφυγὴ τῶν Ἑλλήνων, πρὸς ἣν ἀφικνοῦντο πρότερον ἐκ τῆς Ἑλλάδος αἱ πρεσβεῖαι, κατὰ πόλεις ἕκαστοι παρ' ἡμῶν τὴν σωτηρίαν εὑρησόμενοι, νῦν οὐκέτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. Καὶ ταῦθ' ἡμῖν συμβέβηκεν ἐξ ὅτου Δημοσθένης πρὸς τὴν πολιτείαν προσελήλυθεν. Εὖ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς ἀποφαίνεται. Λέγει γάρ που, παιδεύων τὰ πλήθη καὶ συμβουλεύων ταῖς πόλεσι τοὺς πονηροὺς τῶν δημαγωγῶν μὴ προσδέχεσθαι.
73 (135) Λέξω δὲ κἀγὼ τὰ ἔπη· διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐτοῖς χρώμεθα.

Πολλάκι δὴ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
ὅς κεν ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγα πῆμα δῶκε Κρονίων,
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί·
ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅ γε τεῖχος,
ἢ νέας ἐν πόντῳ ἀποτίννυται εὐρύοπα Ζεύς.

nonne hostiis non litatis, non addicentibus, milites ad manifestum misit vitæ periculum? Atque is nuper ausus est dicere, Philippum idcirco in nostram regionem non invasisse, quod sacra ei haud pulcre cessissent. Quo igitur supplicio dignus es, o Græciæ clades? Si enim ipse victor in eorum qui victi erant fines non invasit, quod sacra ei non pulcre cessissent, tu autem nescius quid esset omnino futurum, priusquam litasses milites emisisti, utrum oportuit te propter clades civitatis corona donari, an ejici atque exterminari?

132. Nam quid insperati, quid inexspectati nostra ætate non evenit? Non enim vitam nos humanam viximus, sed ut incredibilia de nobis loquantur posteri, in lucem editi sumus. Non Persarum rex, qui Athon perfodit Hellespontumque junxit, qui terram et aquam Græcos postulavit, qui se in literis ausus est mortalium omnium ab ortu solis usque ad occasum dominum appellare, jam non de dominatu in alios, sed de sui corporis salute dimicat? At eosdem cernimus hac gloria et belli adversus Persam principatu dignatos, qui etiam templum Delphicum liberarunt. (133) Thebæ vero, Thebæ, urbs vicina, uno die ex media Græcia funditus abrepta est, ac ni fallor jure, quippe quæ nullum rectum consilium de summa rerum agitaverat, veruntamen non humano sed divino quodam impulsu in hanc fatuitatem et amentiam fuerat protrusa. Jam Lacedæmonii miserrimi, qui leviter tantum et initio rebus illis quum templum diriperetur se immiscuerant, qui sibi Græciæ principatum quondam arrogabant, nunc ut Macedonibus dent obsides suæque calamitatis indicium haud obscurum edant ad Alexandrum legationem sunt missuri, pœnas ipsi cum sua patria, quascumque illi visum fuerit, daturi, denique et victoris et injuria lacessiti judicio et moderationi sese tradituri. (134) Civitas vero nostra, commune Græcorum perfugium, ad quam legationes olim ex singulis Græciæ civitatibus ventitabant, salutem omnes a vobis paraturæ, jam non de Græcorum imperio dimicat, sed de patrio ipsius solo. Et hæc omnia nobis acciderunt mala, ex quo Demosthenes ad rempublicam accessit. Præclare sane de hujusmodi viris cecinit poeta Hesiodus. Dicit enim alicubi, populos erudiens et civitatibus consulens, ne improbos oratores admittant. (135) Atqui carmina ipsa vobis recitabo. In hunc enim finem arbitror nos, dum pueri sumus, poetarum sententias perdiscere, ut iis ætate jam adulta utamur.

Sæpe viri gens tota luit scelus unius atrox,
Demens qui peccat, qui res molitur iniquas.
Juppiter hos contra summo demittit Olympo
Omne mali genus exitii, pestemque famemque:
Vel aciem immanem perimit, vel mœnia sternit,
Vel rapidis naves jactatas obruit undis.

(136) Ἐὰν δὲ περιελόντες τοῦ ποιητοῦ τὸ μέτρον τὰς γνώμας ἐξετάζητε, οἶμαι ὑμῖν δόξειν οὐ ποιήματα Ἡσιόδου εἶναι, ἀλλὰ χρησμὸν εἰς τὴν Δημοσθένους πολιτείαν· καὶ γὰρ ναυτικὴ καὶ πεζὴ στρατιὰ καὶ πόλεις ἄρδην εἰσὶν ἀνηρπασμέναι ἐκ τῆς τούτου πολιτείας.

137. Ἀλλ' οἶμαι, οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο, ὅς, ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τἀληθῆ, τολμᾷ λέγειν βλέπων εἰς τὰ πρόσωπα τὰ ὑμέτερα, ὡς ἄρα Θηβαῖοι τὴν συμμαχίαν ἡμῖν ἐποιήσαντο οὐ διὰ τὸν καιρόν, οὐ διὰ τὸν φόβον τὸν περιστάντα αὐτούς, οὐ διὰ τὴν ὑμετέραν δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὰς Δημοσθένους δημηγορίας. (138) Καίτοι πολλὰς μὲν πρότερον πρεσβείας ἐπρέσβευσαν εἰς Θήβας οἱ μάλιστα οἰκείως ἐκείνοις διακείμενοι, πρῶτος μὲν Θρασύβουλος ὁ Κολλυτεύς, ἀνὴρ ἐν Θήβαις πιστευθεὶς ὡς οὐδεὶς ἕτερος, πάλιν Θράσων ὁ Ἐρχιεύς, πρόξενος ὢν Θηβαίοις, Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεύς, οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος ἀλλ' ἔμοιγε καὶ ἡδίων, (139) Ἀρχέδημος ὁ Πήληξ, καὶ δυνατὸς εἰπεῖν καὶ πολλὰ κεκινδυνευκὼς ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ Θηβαίους, Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς, πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν, Πύρρανδρος ὁ Ἀναφλύστιος, ὃς ἔτι καὶ νῦν ζῇ. Ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς πώποτε αὐτοὺς ἐδυνήθη προτρέψασθαι εἰς τὴν ὑμετέραν φιλίαν. Τὸ δ' αἴτιον οἶδα μέν, λέγειν δ' οὐδὲν δέομαι διὰ τὰς ἀτυχίας αὐτῶν. (140) Ἀλλ' οἶμαι ἐπειδὴ Φίλιππος αὐτῶν ἀφελόμενος Νίκαιαν Θετταλοῖς παρέδωκε, καὶ τὸν πόλεμον ὃν πρότερον ἐξήλασεν ἐκ τῆς χώρας τῆς Βοιωτῶν, τοῦτον πάλιν τὸν αὐτὸν πόλεμον ἐπήγαγε διὰ τῆς Φωκίδος ἐπ' αὐτὰς τὰς Θήβας, καὶ τὸ τελευταῖον Ἐλάτειαν καταλαβὼν ἐχαράκωσε καὶ φρουρὰν εἰσήγαγεν, ἐνταῦθ' ἤδη, ἐπεὶ τὸ δεινὸν αὐτῶν ἥπτετο, μετεπέμψαντο Ἀθηναίους, καὶ ὑμεῖς ἐξήλθετε καὶ εἰσῄειτε εἰς τὰς Θήβας ἐν τοῖς ὅπλοις διεσκευασμένοι, καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ οἱ πεζοί, πρὶν περὶ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημοσθένην. (141) Ὁ δ' εἰσάγων ἦν ὑμᾶς εἰς τὰς Θήβας καιρὸς καὶ φόβος καὶ χρεία συμμαχίας, ἀλλ' οὐ Δημοσθένης, ἐπεὶ περί γε ταύτας τὰς πράξεις τρία τὰ πάντων μέγιστα Δημοσθένης εἰς ὑμᾶς ἐξημάρτηκε, πρῶτον μὲν ὅτι Φιλίππου τῷ μὲν ὀνόματι πολεμοῦντος ὑμῖν, τῷ δ' ἔργῳ πολὺ μᾶλλον μισοῦντος Θηβαίους, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα δεδήλωκε, καὶ τί δεῖ τὰ πλείω λέγειν; ταῦτα μὲν τὰ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος ἀπεκρύψατο, (142) προσποιησάμενος δὲ μέλλειν τὴν συμμαχίαν γενήσεσθαι οὐ διὰ τοὺς καιροὺς ἀλλὰ διὰ τὰς αὑτοῦ πρεσβείας, πρῶτον μὲν συνέπεισε τὸν δῆμον μηκέτι βουλεύεσθαι ἐπὶ τίσι δεῖ ποιεῖσθαι τὴν συμμαχίαν, ἀλλ' ἀγαπᾶν μόνον εἰ γίνεται, τοῦτο δὲ προλαβὼν ἔκδοτον μὲν τὴν Βοιωτίαν πᾶσαν ἐποίησε Θηβαίοις, γράψας ἐν τῷ ψηφίσματι, ἐάν τις ἀφιστῆται πόλις ἀπὸ Θηβαίων, βοηθεῖν Ἀθηναίους Βοιωτοῖς τοῖς ἐν Θήβαις, τοῖς ὀνόμασι κλέπτων καὶ μεταφέρων τὰ πράγματα, ὥσπερ

(136) Quodsi detractis poetæ numeris, sententias perpendatis, puto vobis non Hesiodi carmen, sed oraculum de publica Demosthenis administratione visum iri. Istius enim in republica gerenda institutis classes, exercitus, urbes penitus dissipatæ sunt.

137. Sed neque Phrynondam, arbitror, neque Eurybatum neque alium quenquam eorum qui olim improbitate excelluerunt, talem magum aut præstigiatorem exstitisse, qualis hic noster est, qui, o tellus, o dii immortales, dæmones atque homines, quicumque vera audire curatis! audet, os vestrum directo contuens, audet affirmare, Thebanos societatem vobiscum iniisse, non temporum ratione, non metu instanti, non vestra existimatione commotos, sed Demosthenis concionibus adductos. (138) Atqui multas ante istum legationes Thebas obierunt homines, quibus summa cum illis familiaritas intercessit, primo quidem imperator ille Thrasybulus Collytensis, vir apud Thebanos fide et auctoritate valens ut nemo alius: deinde Thrason Erchiensis, hospes publicus Thebanorum: Leodamas porro Acharnensis, dicendi viribus Demostheni non inferior, ac mihi quidem multo suavior visus orator: (139) Archedemus Pelex, ipse quoque facundus et qui multa in rep. gerenda propter Thebanos pericula adiit: Aristophon Azeniensis, qui perdiu Bœotorum partibus studuisse insimulatus est: Pyrrhander denique Anaphlystius orator, qui etiam nunc vivit. Sed tamen nemo unquam ex iis Thebanos potuit ad vestram amicitiam perducere; causam equidem scio, sed propter eorum calamitates non necesse est exponere. (140) At enim, opinor, postquam Philippus ademptam iis Nicæam Thessalis tradiderat, bellumque, quod olim ex Bœotorum finibus depulerat, nunc denuo per Phocidem in ipsas Thebas revexerat, postquam denique Elateam occupatam vallo munierat, in eamque præsidium imposuerat, ibi demum illi, instantium malorum metu incumbente, Athenienses accersiverunt, et vos copias eduxistis et Thebas introiistis armati equites peditesque, priusquam vel unicam syllabam de societate scripsisset Demosthenes. (141) Thebas autem quod intromittebat vos, tempus fuit, metus, societatis necessitas, non Demosthenes, siquidem his in rebus tria vel gravissima Demosthenes in vos peccavit. Primum, quod quum Philippus verbo quidem vobiscum bellum gereret, revera multo acriori odio in Thebanos incenderetur, quomodo res ipsæ declararunt, et quid pluribus opus est? hæc tanta tantique ponderis celavit, (142) et societatem nobis cum Thebanis futuram simulans, quæ non ex temporum necessitate, sed suis legationibus oriretur, primum populo persuasit ne magnopere spectaret quibus conditionibus societatem fieri conveniret, sed satis haberet si fieret modo: hoc primo autem occupato universam Bœotiam Thebanis dedidit, quum in decreto scripserit, ut, si qua civitas a Thebanis descisceret, Athenienses Bœotis qui Thebis essent opitularentur, verbis, ut solet, res suffurans alioque trans-

74 εἴωθεν, ὡς τοὺς Βοιωτοὺς ἔργῳ κακῶς πάσχοντας τὴν τῶν ὀνομάτων σύνθεσιν τῶν Δημοσθένους ἀγαπήσοντας, ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἐφ' οἷς κακῶς πεπόνθεσαν ἀγανακτήσοντας· (143) δεύτερον δὲ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων τὰ μὲν δύο μέρη ὑμῖν ἀνέθηκεν, οἷς ἦσαν ἀπωτέρω οἱ κίνδυνοι, τὸ δὲ τρίτον μέρος Θηβαίοις, δωροδοκῶν ἐφ' ἑκάστοις τούτων, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τὴν μὲν κατὰ θάλατταν ἐποίησε κοινήν, τὸ δ' ἀνάλωμα ἴδιον ὑμέτερον, τὴν δὲ κατὰ γῆν, εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν, ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις, ὥστε παρὰ τὸν γενόμενον πόλεμον μὴ κύριον γενέσθαι Στρατοκλέα τὸν ἡμέτερον στρατηγὸν βουλεύσασθαι περὶ τῆς τῶν στρατιωτῶν σωτηρίας. (144) Καὶ ταῦτ' οὐκ ἐγὼ μὲν κατηγορῶ, ἕτεροι δὲ παραλείπουσιν, ἀλλὰ κἀγὼ λέγω καὶ πάντες ἐπιτιμῶσι καὶ ὑμεῖς σύνιστε καὶ οὐκ ὀργίζεσθε. Ἐκεῖνο γὰρ πεπόνθατε πρὸς Δημοσθένην· συνείθισθ' ἤδη τἀδικήματα τὰ τούτου ἀκούειν, ὥστε οὐ θαυμάζετε. Δεῖ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀγανακτεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι, εἰ χρὴ τὰ λοιπὰ τῇ πόλει καλῶς ἔχειν.

145. Δεύτερον δὲ καὶ πολὺ τούτου μεῖζον ἀδίκημα ἠδίκησεν, ὅτι τὸ βουλευτήριον τὸ τῆς πόλεως καὶ τὴν δημοκρατίαν ἄρδην ἔλαθεν ὑφελόμενος καὶ μετήνεγκεν εἰς Θήβας εἰς τὴν Καδμείαν, τὴν κοινωνίαν τῶν πράξεων τοῖς Βοιωτάρχαις συνθέμενος· καὶ τηλικαύτην αὐτὸς αὑτῷ δυναστείαν κατεσκεύασεν, ὥστ' ἤδη παριὼν ἐπὶ τὸ βῆμα πρεσβεύσειν μὲν ἔφη ὅποι ἂν αὐτῷ δοκῇ, κἂν μὴ ὑμεῖς ἐκπέμπητε, (146) εἰ δέ τις αὐτῷ τῶν στρατηγῶν ἀντείποι, καταδουλούμενος τοὺς ἄρχοντας καὶ συνεθίζων μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν διαδικασίαν ἔφη γράψειν τῷ βήματι πρὸς τὸ στρατήγιον· πλείω γὰρ ὑμᾶς ἀγαθὰ ὑφ' ἑαυτοῦ ἔφη ἀπὸ τοῦ βήματος πεπονθέναι ἢ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐκ τοῦ στρατηγίου. Μισθοφορῶν δ' ἐν τῷ ξενικῷ κεναῖς χώραις, καὶ τὰ στρατιωτικὰ χρήματα κλέπτων, καὶ τοὺς μυρίους ξένους ἐκμισθώσας Ἀμφισσεῦσι πολλὰ διαμαρτυρομένου καὶ σχετλιάζοντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμοῦ, προσέμιξε φέρων ἀναρπασθέντων τῶν ξένων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει. (147) Τί γὰρ ἂν οἴεσθε Φίλιππον ἐν τοῖς τότε καιροῖς εὔξασθαι; οὐ χωρὶς μὲν πρὸς τὴν πολιτικὴν δύναμιν χωρὶς δ' ἐν Ἀμφίσσῃ πρὸς τοὺς ξένους διαγωνίσασθαι, ἀθύμους δὲ τοὺς Ἕλληνας λαβεῖν τηλικαύτης πληγῆς προγεγενημένης; Καὶ τηλικούτων κακῶν αἴτιος γεγενημένος Δημοσθένης οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ δίκην δέδωκεν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθήσεται ἀγανακτεῖ· οὐδ' ἱκανόν ἐστιν αὐτῷ ἐναντίον ὑμῶν κηρύττεσθαι, ἀλλ' εἰ μὴ τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον ἀναρρηθήσεται, τοῦτ' ἀγανακτεῖ. Οὕτως, ὡς ἔοικε, πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς.

148. Τρίτον δὲ καὶ τῶν προειρημένων μέγιστόν ἐστιν ὃ μέλλω λέγειν. Φιλίππου γὰρ οὐ καταφρονοῦντος τῶν Ἑλλήνων, οὐδ' ἀγνοοῦντος (οὐ γὰρ ἦν ἀσύνετος) ὅτι περὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἐν ἡμέρας μικρῷ μέρει διαγωνιεῖται, καὶ διὰ ταῦτα βουλομένου ποιή-

ferens, quasi vero Bœoti, re ipsa injuriam passi, in callido Demosthenis verborum contextu acquiescerent, ac non potius damna illa accepta gravissime essent laturi : (143) deinde bellicorum sumptuum duas partes vobis adscripsit, qui longius a periculo aberatis, tertiam Thebanis, turpem in his singulis quæstum aucupatus; porro imperium maritimum cum illis communicavit, impensam vero proprie vestram esse voluit; terrestre, si nugis indulgere nolumus, totum prorsus ad Thebanos transtulit, adeo ut in eo quod natum est bello Stratocli imperatori vestro facta non sit de militum salute consulendi potestas. (144) Neque vero hæc ego incuso, alii prætermittunt, sed et ego commemoro et omnes reprehendunt, et vos scitis neque irascimini. Sic enim in Demosthenem estis animati : insuevistis jam istius facinora exaudire, ut nihil amplius miremini. At non ita facere vos oportet, sed indignari, sed acerbe punire, siquidem reliqua civitati bene prospereque vultis procedere.

145. Secundam vero et antedicta multo graviorem injuriam fecit, quum senatum populique majestatem penitus furtim submovit et Thebas in Cadmeam traduxit, rebus nostris cum Bœotorum principibus pactione facta communicatis; quin vero tantam sibi dominationem comparavit, ut jam conscenso suggestu gloriaretur se quo velit legatum profecturum, etiamsi vos non mitteretis : (146) quodsi quis imperatorum ei contradiceret, quo prætores in servitutem redigat eosque assuefaciat ne sibi refragarentur, minaretur se suggesti nomine litem intentaturum prætorio; plura enim ad vos commoda sua opera e suggesto, quam per imperatores e prætorio pervenisse. In externo autem exercitu, quum ex ordinibus non completis quæstum faceret, militare stipendium furaretur, et decem illa millia externorum militum Amphissensibus mercede accepta locaret, multum licet obtestante et in concionibus quiritante me, civitati imparatæ, surreptis mercenariis subsidiis, periculum summum injecit. (147) Quid enim putatis Philippum temporibus illis in votis habuisse? non ut seorsum cum urbana acie, seorsum cum conductis copiis ad Amphissam decertaret? Græcos tanta plaga accepta exanimatos opprimeret? Et tamen horum omnium malorum opifex Demosthenes non satis habet, si pœnas effugerit, sed nisi etiam aurea corona donetur, indignum putat : neque ei sufficit præconium coram vobis fieri, sed nisi et coram Græcis prædicetur, ferendum negat. Ita nimirum prava indoles magnam potestatem adepta publicas semper excudit calamitates.

148. Tertia vero et superiorum omnium gravissima est injuria, de qua sum dicturus. Quum enim Philippus Græcos non contemneret, nec ignoraret (neque enim intelligentia caruit) se de bonis fortunisque omnibus in parvo diei spatio esse decertaturum, atque idcirco pacem fa-

σασθαι τὴν εἰρήνην καὶ πρεσβείας ἀποστέλλειν μέλλοντος, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐν Θήβαις φοβουμένων τὸν ἐπιόντα κίνδυνον (εἰκότως· οὐ γὰρ ῥήτωρ ἀστράτευτος καὶ λιπὼν τὴν τάξιν αὐτοὺς ἐνουθέτησεν, ἀλλ' ὁ Φωκικὸς πόλεμος δεκαετὴς γεγονὼς ἀείμνηστον παιδείαν αὐτοὺς ἐπαίδευσε), (149) τούτων δὲ ἐχόντων οὕτως αἰσθόμενος Δημοσθένης, καὶ τοὺς Βοιωτάρχας ὑποπτεύσας μέλλειν εἰρήνην ἰδίᾳ ποιεῖσθαι χρυσίον ἄνευ αὐτοῦ παρὰ Φιλίππου λαβόντας, ἀβίωτον ἡγησάμενος εἶναι εἴ τινος ἀπολειφθήσεται δωροδοχίας, ἀναπηδήσας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδενὸς ἀνθρώπων λέγοντος οὔθ' ὡς δεῖ ποιεῖσθαι πρὸς Φίλιππον εἰρήνην οὔθ' ὡς οὐ δεῖ, ἀλλ' ὡς ᾤετο, τοῦτο κήρυγμά τι τοῖς Βοιωτάρχαις προκηρύττων ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ μέρη τῶν λημμάτων, (150) διώμνυτο τὴν Ἀθηνᾶν (ἥν, ὡς ἔοικε, Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν Δημοσθένει) ἦ μὴν εἴ τις ἐρεῖ ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν, ἀπομιμούμενος τὴν Κλεοφῶντος πολιτείαν, ὃς ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου, ὡς λέγεται, τὴν πόλιν ἀπώλεσεν. Ὡς δ' οὐ προσεῖχον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες οἱ ἐν ταῖς Θήβαις, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς ὑμετέρους πάλιν ἀνέστρεψαν ἐξεληλυθότας, ἵνα βουλεύσησθε περὶ τῆς εἰρήνης, ἐνταῦθα παντάπασιν ἔκφρων ἐγένετο, (151) καὶ παρελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα προδότας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Βοιωτάρχας ἀπεκάλεσε, καὶ γράψειν ἔφη ψήφισμα ὁ τοῖς πολεμίοις οὐδέποτ' ἀντιβλέψας πέμπειν ὑμᾶς πρέσβεις εἰς Θήβας αἰτήσοντας Θηβαίους δίοδον ἐπὶ Φίλιππον. Ὑπεραισχυνθέντες δὲ οἱ ἐν Θήβαις ἄρχοντες μὴ δόξωσιν ὡς ἀληθῶς εἶναι προδόται τῶν Ἑλλήνων, ἀπὸ μὲν τῆς εἰρήνης ἀπετρέποντο, ἐπὶ δὲ τὴν παράταξιν ὥρμησαν.

152. Ἔνθα δὴ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄξιόν ἐστιν ἐπιμνησθῆναι, οὓς οὗτος ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων ὄντων τῶν ἱερῶν ἐκπέμψας ἐπὶ τὸν πρόδηλον κίνδυνον ἐτόλμησε τοῖς δραπέταις ποσὶ καὶ λελοιπόσι τὴν τάξιν ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τάφον τῶν τετελευτηκότων ἐγκωμιάζειν τὴν ἐκείνων ἀρετήν. Ὦ πρὸς μὲν τὰ μεγάλα καὶ σπουδαῖα πάντων ἀνθρώπων ἀχρηστότατε, πρὸς δὲ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τόλμαν θαυμασιώτατε, ἐπιχειρήσεις αὐτίκα μάλα, βλέπων εἰς τὰ τούτων πρόσωπα, λέγειν ὡς δεῖ σε ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς στεφανοῦσθαι; ἐὰν δ' οὗτος λέγῃ, ὑμεῖς ὑπομενεῖτε, καὶ συναποθανεῖται τοῖς τελευτήσασιν, ὡς ἔοικε, καὶ ἡ ὑμετέρα μνήμη; (153) Γένεσθε δή μοι μικρὸν χρόνον τὴν διάνοιαν μὴ ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἀλλ' ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ νομίσαθ' ὁρᾶν προϊόντα τὸν κήρυκα καὶ τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάρρησιν μέλλουσαν γίνεσθαι, καὶ λογίσασθε πότερ' οἴεσθε τοὺς οἰκείους τῶν τελευτησάντων πλείω δάκρυα ἀφήσειν ἐπὶ ταῖς τραγῳδίαις καὶ τοῖς ἡρωικοῖς πάθεσι τοῖς μετὰ ταῦτ' ἐπεισιοῦσιν ἢ ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως ἀγνωμοσύνῃ. (154) Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀλγήσειεν ἄνθρωπος Ἕλλην καὶ παιδευθεὶς ἐλευθέρως, ἀναμνησθεὶς ἐν τῷ θεάτρῳ ἐκεῖνό γε, εἰ μηδὲν ἕτερον, ὅτι ταύτῃ ποτὲ τῇ

cere vellet, legatosque missurus esset; quum Thebarum principes imminens jam periculum reformidarent (neque injuria: non enim eos orator militiæ rudis ordinisque desertor monuerat, sed Phocense illud decennale bellum æternum animis documentum infixerat), (149) quum hæc igitur ita se haberent, quumque animadverteret ea Demosthenes, ac suspicaretur Bœotorum principes pacem privatim coituros, auro sine se a Philippo accepto, non sibi vivendum arbitratus, si qua largitionis societate excluderetur, repente in concione prosiliit, et neque dicente quoquam mortalium, pacem cum Philippo facere oportere, neque negante, sed quia censeret se hoc veluti præconio Bœotorum principibus denuntiaturum esse, ut secum acceptorum munerum partem communicarent: (150) per Minervam jurabat (quam scilicet eo fabricatus est Phidias ut inde quæstum faceret et pejeraret Demosthenes), si quis pacem esse cum Philippo faciendam diceret, se eum capillis arreptum in carcerem abducturum, Cleophontis imitatus in administranda rep. rationem, qui bello Lacedæmonio civitatem dicitur perdidisse. Sed quum Thebanorum principes ei non attenderent, militesque vestros jam egressos remisissent, ut vos de pace consultaretis, ibi vero omnino amens evasit, (151) et conscenso suggestu Bœotorum principes Græciæ proditores appellavit, scitumque se facturum dixit is qui nunquam hostem rectis oculis intuitus est, ut vos legatos Thebas mitteretis, qui a Thebanis transitum postularent contra Philippum. Summo igitur pudore affecti Thebanorum principes, ac veriti ne revera Græcorum proditores esse viderentur, a pace divertebant, atque ad aciem instruendam properabant.

152. Hoc loco optimorum virorum meminisse dignum est, quos iste quum sacris non litatis, non annuentibus, in apertum periculum ablegasset, ausus est, fugacibus et ordinis desertoribus pedibus in tumulum mortuorum ascendere, eorumque fortitudinem collaudare. O ad res magnas seriasque agendas hominum omnium futilissime, ad orationis confidentiam omnium accommodatissime! hoccine mox agere contendes, in ora istorum intuens, debere te propter civitatis calamitates corona honestari? vos, si is dixerit, patiemini, unaque cum iis qui defuncti sunt vestra quoque commorietur memoria? (153) Adeste mihi paulisper animis, Athenienses, non jam in judicio, sed in theatro; ponite vobis ante oculos præconem prodeuntem prædicationemque ex plebiscito facturum, ac vobiscum considerate, utrum putetis mortuorum propinquos plures lacrimas profusuros ob tragœdiarum spectacula et acerbos heroum casus, qui mox in scenam producentur, an ob civitatis iniquitatem et dementiam. (154) Quis enim, vir Græcus et liberaliter institutus, non ingemiscat, si nihil aliud, illud saltem in theatro recordatus, hoc quondam die tragœdis, ut nunc,

ἡμέρᾳ μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι, ὅτ' εὐνομεῖτο μᾶλλον ἡ πόλις καὶ βελτίοσι προστάταις ἐχρῆτο, προελθὼν ὁ κῆρυξ καὶ παραστησάμενος τοὺς ὀρφανοὺς ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, νεανίσκους πανοπλίᾳ κεκοσμημένους, ἐκήρυττε τὸ κάλλιστον κήρυγμα καὶ προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετήν, ὅτι τούσδε τοὺς νεανίσκους, ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, μέχρι μὲν ἥβης ὁ δῆμος ἔτρεφε, νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῇδε τῇ πανοπλίᾳ ἀφίησιν ἀγαθῇ τύχῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ καλεῖ εἰς προεδρίαν. (155) Τότε μὲν ταῦτ' ἐκήρυττεν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ παραστησάμενος τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν αἴτιον τί ποτ' ἀνερεῖ ἢ τί φθέγξεται; Καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὰ διεξίῃ τὰ ἐκ τοῦ ψηφίσματος προστάγματα, ἀλλ' οὐ τό γ' ἐκ τῆς ἀληθείας αἰσχρὸν σιωπηθήσεται, ἀλλὰ τἀναντία δόξει τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ φθέγγεσθαι, ὅτι τόνδε τὸν ἄνδρα, εἰ δὴ καὶ οὗτος ἀνήρ, στεφανοῖ ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων ἀρετῆς ἕνεκα τὸν κάκιστον, καὶ ἀνδραγαθίας ἕνεκα τὸν ἄνανδρον καὶ λελοιπότα τὴν τάξιν. (156) Μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἱκετεύω ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἵστατε ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Διονύσου ὀρχήστρᾳ, μηδ' αἱρεῖτε παρανοίας ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, μηδ' ὑπομιμνήσκετε τῶν ἀνιάτων καὶ ἀνηκέστων κακῶν τοὺς ταλαιπώρους Θηβαίους, οὓς φυγόντας διὰ τοῦτον ὑποδέδεχθε τῇ πόλει, ὧν ἱερὰ καὶ τέκνα καὶ τάφους ἀπώλεσεν ἡ Δημοσθένους δωροδοκία καὶ τὸ βασιλικὸν χρυσίον· (157) ἀλλ'
76 ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε, ἀλλὰ ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφοράς, καὶ νομίσαθ' ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκαφάς, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ὀργιζομένους οὐ τοῖς τιμωρουμένοις ἀλλὰ τοῖς τούτων αἰτίοις, ἐπισκήπτοντας μηδενὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριον στεφανοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην τὴν συμπαρακολουθοῦσαν τῷ ἀνθρώπῳ φυλάξασθαι. (158) Οὔτε πόλις γὰρ οὔτ' ἰδιώτης ἀνὴρ οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος. Ὑμεῖς δ', ὦ Ἀθηναῖοι, οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσθε, ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι, ἵνα μηδεὶς αὐτοσχεδιάζῃ εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων σώματα, τὸν δὲ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατετροφότα, τοῦτον ἐάσετε πάλιν ἐπευθύνειν τὰ κοινά;

159. Ἵνα δ' εἴπω καὶ περὶ τοῦ τετάρτου καιροῦ καὶ τῶν νυνὶ καθεστηκότων πραγμάτων, ἐκεῖνο ὑμᾶς ὑπομνῆσαι βούλομαι, ὅτι Δημοσθένης οὐ τὴν ἀπὸ στρατοπέδου μόνον τάξιν ἔλιπεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς πόλεως, τριήρη προσλαβὼν ὑμῶν, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἠργυρολόγησε. Καταγαγούσης δ' αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν τῆς

tragœdis, ut nunc, in scenam prodituris, quo tempore melius erat morata civitas et melioribus gubernatoribus utebatur, progressum præconem, productisque pupillis, quorum patres in prœlio ceciderant, adolescentulis integra armatura instructis, pulcherrimum et ad virtutem commendandam aptissimum præconium facere consuevisse, *hos adolescentes quorum patres in bello fortiter pugnantes occubuerunt, ad pubertatem usque populum aluisse, nunc autem integra hac armatura tectos, faustis ominibus, ut ad res suas revertantur, dimittere, et ad principem in theatro locum vocare.* (155) Hæc quidem olim prædicabat, nunc vero non item : producto enim eo qui liberis orbitatis causa fuit, quid prædicabit, quid clamabit? Nam etsi ipsa decreti præscripta recitarit, nunquam tamen obmutescet vera rei turpitudo, sed præconis verbis contraria prorsus eloqui videbitur, *populum Atheniensem hunc virum, si quidem iste vir est, corona donare, virtutis ergo nequissimum, fortitudinis ergo timidissimum locique desertorem.* (156) Ne quæso vos, Athenienses, per Jovem reliquosque deos immortales, ne tropæum de vobis ipsis in Liberi patris orchestra statuatis! ne populum Atheniensem in conspectu Græcorum amentiæ condemnetis! ne miseris Thebanis insanabilium et desperatorum malorum memoriam refricetis, quos hujus culpa profugos in urbem vestram excepistis, quorum fana, sepulcra, liberos Demosthenis nundinatio atque aurum regium perdiderunt! (157) Sed quoniam corporibus non affuistis, animis saltem eorum calamitates intuemini, ponite vobis ante oculos civitatem captam, diruta mœnia, ædes incendio vastatas, conjuges liberosque in servitutem abductos, viros ac mulieres graves annis sero libertatem dediscentes, plorantes, supplicantes vobis, irascentes non iis qui a se pœnas expetiverunt, sed iis qui harum calamitatum auctores exstitere, enixe flagitantes ne vos ullo modo perniciem Græciæ corona donetis, sed ut genium etiam et fortunam quæ hominem istum comitatur caveatis : (158) neque enim aut civitas aut privatus quisquam pulcre unquam discessit, Demosthenis usus consilio. Non pudet vos, Athenienses, in portitores qui Salamina transvehunt hanc legem tulisse, ut si quis eorum navigium in trajectu etiam invitus everterit, ne ei postea liceat esse portitori, ne quis in hominum Græcorum capitibus temere negligenterque versetur; huic vero, qui et Græciam civitatemque nostram funditus everterit, iterum rempublicam permittere gubernandam?

159. Jam vero ut de quarto etiam tempore et præsenti rerum statu dicam, illud vos admonitos velim, Demosthenem non solum in acie locum deseruisse verum etiam civitatis vestræ,.... accepta triremi pecunias a Græcis exegisse. Quum autem inopinata salus eum in urbem reduxisset, primis quidem temporibus tremebundus homo fuit, et se-

ἀπροσδοκήτου σωτηρίας, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ὑπότρομος ἦν ἄνθρωπος, καὶ παριὼν ἡμιθνὴς ἐπὶ τὸ βῆμα εἰρηνοφύλακα ὑμᾶς αὐτὸν ἐκέλευε χειροτονεῖν· ὑμεῖς δὲ κατὰ μὲν τοὺς πρώτους χρόνους οὐδ' ἐπὶ τὰ ψηφίσματα εἴατε τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνομα, ἀλλὰ Ναυσικλεῖ τοῦτο προσετάττετε· νυνὶ δ' ἤδη καὶ στεφανοῦσθαι ἀξιοῖ. (160) Ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε Φίλιππος, Ἀλέξανδρος δ' εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστη, πάλιν αὖ τερατευόμενος ἱερὰ μὲν ἱδρύσατο Παυσανίου, εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησεν, ἐπωνυμίαν δ' Ἀλεξάνδρῳ Μαργίτην ἐτίθετο, ἀπετόλμα δὲ λέγειν ὡς οὐ κινηθήσεται ἐκ Μακεδονίας· ἀγαπᾶν γὰρ αὐτὸν ἔφη ἐν Πέλλῃ περιπατοῦντα καὶ τὰ σπλάγχνα φυλάττοντα. Καὶ ταῦτα λέγειν ἔφη οὐκ εἰκάζων, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία, αὐτὸς οὐκ ἔχων αἷμα καὶ θεωρῶν τὸν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου φύσεως ἀλλ' ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀνανδρίας. (161) Ἤδη δ' ἐψηφισμένων Θετταλῶν ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν, καὶ τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως, ἐπειδὴ περὶ Θήβας ἦν τὸ στρατόπεδον, πρεσβευτὴς ὑφ' ὑμῶν χειροτονηθείς, ἀποδρὰς ἐκ μέσου τοῦ Κιθαιρῶνος ἧκεν ὑποστρέψας, οὔτ' ἐν εἰρήνῃ οὔτ' ἐν πολέμῳ χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχων. Καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὑμεῖς μὲν τοῦτον οὐ προὔδοτε, οὐδ' εἰάσατε κριθῆναι ἐν τῷ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίῳ, οὗτος δ' ὑμᾶς νῦν προδέδωκεν, εἴπερ ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγεται. (162) Ὡς γάρ φασιν οἱ Πάραλοι καὶ οἱ πρεσβεύσαντες πρὸς Ἀλέξανδρον (καὶ τὸ πρᾶγμα εἰκότως πιστεύεται), ἔστι τις Ἀριστίων Πλαταϊκός, ὁ τοῦ Ἀριστοβούλου τοῦ φαρμακοπώλου υἱός, εἴ τις ἄρα καὶ ὑμῶν γινώσκει. Οὗτός ποτε ὁ νεανίσκος ἑτέρων τὴν ὄψιν διαφέρων γενόμενος ᾤκησε πολὺν χρόνον ἐν τῇ Δημοσθένους οἰκίᾳ· ὅ τι δὲ πράττων ἢ πάσχων, ἀμφίβολος ἡ αἰτία καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδαμῶς εὐσχημον ἐμοὶ λέγειν. Οὗτος, ὡς ἐγὼ ἀκούω, ἠγνοημένος ὅστις ποτ' ἐστὶ καὶ πῶς βεβιωκώς, τὸν Ἀλέξανδρον ὑποτρέχει καὶ πλησιάζει ἐκείνῳ. Διὰ τούτου γράμματα πέμψας ὡς Ἀλέξανδρον ἄδειάν τινα εὕρηται καὶ διαλλαγὰς καὶ πολλὴν κολακείαν πεποίηται. (163) Ἐκεῖθεν δὲ θεωρήσατε ὡς ὅμοιόν ἐστι τὸ πρᾶγμα τῇ αἰτίᾳ. Εἰ γάρ τι τούτων ἐφρόνει Δημοσθένης καὶ πολεμικῶς εἶχεν,
77 ὥσπερ καὶ φησί, πρὸς Ἀλέξανδρον, τρεῖς αὐτῷ καιροὶ κάλλιστοι παραγεγόνασιν, ὧν οὐδενὶ φαίνεται κεχρημένος. Εἷς μὲν ὁ πρῶτος, ὅτ' εἰς τὴν ἀρχὴν οὐ πάλαι καθεστηκὼς Ἀλέξανδρος ἀπαρασκεύων αὐτῷ τῶν ἰδίων ὄντων εἰς τὴν Ἀσίαν διέβη, ἤκμαζε δ' ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ πεζῇ στρατιᾷ, ἄσμενος δ' ἂν ὑμᾶς εἰς τὴν συμμαχίαν προσεδέξατο διὰ τοὺς ἐπιφερομένους αὐτῷ κινδύνους. Εἶπάς τινα ἐνταῦθα λόγον, Δημόσθενες, ἢ ἔγραψάς τι ψήφισμα; βούλει σε θῶ φοβηθῆναι καὶ χρήσασθαι τῷ αὐτοῦ τρόπῳ; καίτοι ῥητορικὴν δειλίαν δημόσιος καιρὸς οὐκ ἀναμένει. (164) Ἀλλ' ἐπειδὴ πάσῃ τῇ δυνάμει Δαρεῖος κατεβεβήκει, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἦν ἀπειλημμένος ἐν Κι-

mimortuus in concionem progressus postulavit ut se pacis custodem crearetis. Vos autem initio ne nomen quidem Demosthenis decretis adscribi permisistis, sed hoc negotium Nausicli mandastis : jam vero iste etiam coronam sibi deberi contendit. (160) Mortuo deinde Philippo, et Alexandro ad regni successionem vocato, rursum iste præstigias et portenta moliens, sacella exstruxit Pausaniæ, et senatum in sacrificii ob lætum nuncium facti crimen conjecit, Alexandro autem Margitæ cognomen indidit, ausus que est affirmare, nunquam eum e Macedonia pedem elaturum, satis vero habiturum, si Pellæ deambularet et exta inspiceret. Atque hæc se dicere prædicabat, non conjectura ductum, sed quod certo sciret, virtutem non nisi sanguine comparari, ipse penitus sanguine destitutus, et Alexandrum non ex Alexandri ingenio, sed suapte ignavia dimensus. (161) Quum vero censuissent jam Thessali civitati nostræ bellum inferendum, et juvenis principio, neque injuria, irritatus esset, quumque castra jam ad Thebas admoverentur, legatus a vobis delectus Demosthenes arrepta fuga e medio Cithærone reversus est, neque in pace neque in bello utilem se civem reipublicæ præbens. Et quod est omnium acerbissimum, vos eum non prodidistis, neque in judicium coram concilio Græcorum adduci permisistis : ille autem vos jam plane prodidit, si quidem vera sunt quæ dicuntur. (162) Ut enim aiunt Paralii iique qui legati ad Alexandrum profecti sunt (et rei merito sane adhibetur fides), est Aristion quidam Plataicus, Aristobuli pharmacopolæ, si quis forte vestrûm cognorit, filius. Is aliquando adolescens, quum suis æqualibus forma præstaret, diu in Demosthenis domo diversabatur : quid vero aut fecerit aut passus sit, quum dubium atque incertum sit, tum res mihi nequaquam dictu est honesta. Hic igitur, ut ego audio, quum et quis esset et quomodo antea vixerit nemini esset compertum, in Alexandri gratiam subrepit, et cum eo familiariter versatur. Per hunc Demosthenes missis ad Alexandrum literis, aliquid tandem securitatis nactus est et gratiæ reconciliationem, multisque eum blanditiis demulcivit. (163) Inde autem spectate, quam valde res sit criminationi consentanea. Nam si quid horum revera sentiret Demosthenes, si hostili in Alexandrum, uti jactat, esset animo, tria ei pulcherrima tempora oblata sunt, quorum nullo unquam usus esse apparet. Primum quum in regno non ita pridem constitutus Alexander, suis rebus nondum satis compositis, in Asiam transiret; Persarum autem rex classe, pecunia, peditatu floreret, libenterque vos in societatem recepisset propter ea quæ sibi ipsi ingruebant pericula. Num tu orationem tunc unam habuisti, Demosthenes, ullumve decretum conscripsisti? Vis ponam metuisse te tuoque ingenio obsecundasse? Atqui timiditatem oratoriam reip. tempora non exspectant. (164) Sed postquam Darius cum universo exercitu descenderat, Alexander au-

λικίᾳ πάντων ἐνδεής, ὡς ἔφησθα σύ, αὐτίκα μάλα δ' ἤμελλεν, ὡς ἦν ὁ παρὰ σοῦ λόγος, συμπατηθήσεσθαι ὑπὸ τῆς Περσικῆς ἵππου, τὴν δὲ σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐκ ἐχώρει καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἃς ἐξηρτημένος ἐκ τῶν δακτύλων περιῄεις, ἐπιδεικνύων τισὶ τὸ ἐμὸν πρόσωπον ὡς ἐκπεπληγμένου καὶ ἀθυμοῦντος, καὶ χρυσόκερων ἀποκαλῶν καὶ κατεστέφθαι φάσκων εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ, οὐδ' ἐνταῦθα ἔπραξας οὐδέν, ἀλλ' εἴς τινα καιρὸν ἀνεβάλλου καλλίω. (165) Ὑπερβὰς τοίνυν ἅπαντα ταῦτα, ὑπὲρ τῶν νυνὶ καθεστηκότων λέξω. Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ τὸ ξενικὸν ἐπέτυχον μάχῃ καὶ διέφθειραν τοὺς περὶ Κόρραγον στρατιώτας, Ἠλεῖοι δ' αὐτοῖς συμμετεβάλοντο καὶ Ἀχαιοὶ πάντες πλὴν Πελληναίων καὶ Ἀρκαδία πᾶσα πλὴν Μεγάλης πόλεως, αὕτη δὲ ἐπολιορκεῖτο καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπίδοξος ἦν ἁλῶναι, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἄρκτου καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθειστήκει, ὁ δὲ Ἀντίπατρος πολὺν χρόνον συνῆγε στρατόπεδον, τὸ δ' ἐσόμενον ἄδηλον ἦν. Ἐνταῦθ' ἡμῖν ἀπόδειξιν ποίησαι, Δημόσθενες, τί ποτ' ἦν ἃ ἔπραξας ἢ τί ποτ' ἦν ἃ ἔλεγες· καὶ εἰ βούλει, παραχωρῶ σοι τοῦ βήματος, ἕως ἂν εἴπῃς. (166) Ἐπειδὴ δὲ σιγᾷς, ὅτι μὲν ἀπορεῖς, συγγνώμην ἔχω σοι, ἃ δὲ τότ' ἔλεγες, ἐγὼ νῦν λέξω. Οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς, ὦ σιδήρεοι, ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι; ὅτ' ἔφη παρελθὼν « ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμορραφούμεθα, ἐπὶ τὰ στενά τινες ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι. » (167) Ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ κίναδος; ῥήματα ἢ θαύματα; Καὶ πάλιν ὅτε κύκλῳ περιδινῶν σεαυτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος ἔλεγες ὡς ἀντιπράττων Ἀλεξάνδρῳ « ὁμολογῶ τὰ Λακωνικὰ συστῆσαι, ὁμολογῶ Θετταλοὺς καὶ Περραιβοὺς ἀφιστάναι. » Σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν ὅπου κίνδυνος πρόσεστιν; ἀλλ' εἰ μέν που χρήματα ἀναλίσκεται, προσκαθιζήσει, πρᾶξιν δὲ ἀνδρὸς οὐ πράξεις· ἐὰν δ' αὐτόματόν τι συμβῇ, προσποιήσῃ καὶ σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις· ἂν δ' ἔλθῃ φόβος τις, ἀποδράσῃ, ἐὰν δὲ θαρρήσωμεν, δωρεὰς αἰτήσεις καὶ χρυσοῖς στεφάνοις στεφανοῦσθαι.

168. Ναί, ἀλλὰ δημοτικός ἐστιν. Ἐὰν μὲν τοίνυν πρὸς τὴν εὐφημίαν τῶν λόγων αὐτοῦ ἀποβλέπητε, ἐξαπατηθήσεσθε ὥσπερ καὶ πρότερον· ἐὰν δ' εἰς τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἐξαπατηθήσεσθε. Ἐκείνως δὲ ἀπολάβετε παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον. Ἐγὼ μὲν μεθ' ὑμῶν λογιοῦμαι ἃ δεῖ ὑπάρξαι ἐν τῇ φύσει τῷ δημοτικῷ ἀνδρὶ καὶ σώφρονι, καὶ πάλιν ἀντιθήσω ποῖόν τινα εἰκός ἐστιν εἶναι τὸν ὀλιγαρχικὸν ἄνθρωπον καὶ φαῦλον· ὑμεῖς δ' ἀντιθέντες ἑκάτερα τούτων θεωρήσατ' αὐτόν, μὴ ὁποτέρου τοῦ λόγου ἀλλ' ὁποτέρου τοῦ βίου ἐστίν. (169) Οἶμαι τοίνυν ἅπαντας ἂν ὁμολογήσειν ὑμᾶς τάδε δεῖν ὑπάρξαι τῷ δημοτικῷ, πρῶτον μὲν ἐλεύθερον αὐτὸν εἶναι καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρός, ἵνα μὴ

tem in Cilicia intercludebatur, rerum omnium inopia, ut ipse tum dixisti, laborans, quum illum continuo, ut tua pariter ferebat oratio, Persicus equitatus conculcaturus erat, jamque importunitatem tuam civitas capere non poterat et epistolas tuas, quas digitis suspensas circumferebas nonnullis os meum tanquam hominis perculsi et exanimati ostendens, quum me auratis cornibus hostiam nuncupabas, et, si quid laberetur Alexander, jam coronatum esse dicebas: ne tum quidem egisti quicquam, sed rem in aliud tempus nescio quod magis commodum distulisti. (165) His igitur omnibus prætermissis, de iis dicam rebus quæ nunc sunt. Lacedæmonii et exercitus externus secundo Marte pugnarant, militesque Corrhagi deleverant: Elei una cum iis a Macedonibus defecerant, Achæi præterea omnes præter Pellenæos, Arcadia omnis præter Megalopolim; ipsa autem obsidione pressa erat, et de die in diem capi sperabatur: Alexander extra septentriones et orbem pæne terrarum habitabilem excesserat: Antipater multum jam temporis in comparando exercitu consumpserat: quid futurum esset, incertum erat. Hic tu nobis ostende, Demosthenes, quæ gesseris, quæve dixeris; quod si velis, cedam tibi suggestu, quoad dicendi finem feceris. (166) Sed quoniam taces, sane tibi quod hæsites ignosco: quæ vero tum dixisti, ego nunc exponam. Excideruntne vobis e memoria verba illa odiosa, immania, quæ vos olim, o ferrei, quo pacto audire sustinuistis? Quum pro concione hæc effutiret, *civitatem nonnulli tanquam vitem amputant, populi palmites quidam resecuerunt, rerum nervi succiduntur, storearum instar consuimur, in angustum quidam quasi acus inserunt.* (167) Hæccine vero, o bellua, verba sunt an portenta? Quid quum in suggestu te in orbem circumagens clamitabas tanquam Alexandro adversatus, *Fateor me Laconicam conjurationem excitasse, fateor me Thessalos et Perrhæbos ad defectionem impulisse.* Tu vero vel villam ad defectionem impellas? tu non dico, ad urbem, sed ad domum ullam, ubi quid sit discriminis, accedas? Verum sicubi pecuniæ impendantur, adsidebis, nihil vero dignum geres: sin boni quid fortuito eveniat, id tibi vindicabis, te ipsum rei jam peractæ auctorem inscribes: si quis metus ingruerit, profugies; si in spem bonam erecti simus, præmia posces et aureas coronas flagitabis.

168. Esto: at popularis est. Si vos ad honestam verborum ejus speciem respiciatis, nunc etiam, uti et olim, eritis decepti: sin naturam ejus reique veritatem exquiratis, nequaquam fallemini. Hoc igitur modo rationem ab eo reposcite. Ego jam vobiscum expendam, quæ insita esse debeant in ingenio viri popularis ac moderati, eque contra ponam, qualem esse verisimile sit hominem paucorum potentiæ studiosum atque improbum: vos, his duobus inter se comparatis, spectate jam mihi, non qualis lingua sit, sed qualem vitam egerit. (169) Vos igitur omnes arbitror mihi assensuros, hæc in homine populari inesse oportere: primum ut a paterna maternaque stirpe liber sit, ne ob generis infortunium infensus sit legibus, quæ potestatem

78 διὰ τὴν περὶ τὸ γένος ἀτυχίαν δυσμενὴς ᾖ τοῖς νόμοις οἳ σώζουσι τὴν δημοκρατίαν· δεύτερον δ' ἀπὸ τῶν προγόνων εὐεργεσίαν τινὰ αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον ὑπάρχειν, ἤ τό γ' ἀναγκαιότατον μηδεμίαν ἔχθραν, ἵνα μὴ βοηθῶν τοῖς τῶν προγόνων ἀτυχήμασι κακῶς ἐπιχειρῇ ποιεῖν τὴν πόλιν· (170) τρίτον σώφρονα καὶ μέτριον χρὴ πεφυκέναι αὐτὸν πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν, ὅπως μὴ διὰ τὴν ἀσέλγειαν τῆς δαπάνης δωροδοκῇ κατὰ τοῦ δήμου, τέταρτον εὐγνώμονα καὶ δυνατὸν εἰπεῖν· καλὸν γὰρ τὴν μὲν διάνοιαν προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα, τὴν δὲ παιδείαν τὴν τοῦ ῥήτορος καὶ τὸν λόγον πείθειν τοὺς ἀκούοντας· εἰ δὲ μή, τήν γ' εὐγνωμοσύνην ἀεὶ προτακτέον τοῦ λόγου. Πέμπτον ἀνδρεῖον εἶναι τὴν ψυχήν, ἵνα μὴ παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς πολέμους ἐγκαταλείπῃ τὸν δῆμον. Τὸν δ' ὀλιγαρχικὸν πάντα δεῖ τἀναντία τούτων ἔχειν· τί γὰρ δεῖ πάλιν διεξιέναι; Σκέψασθε δὴ τί τούτων ὑπάρχει Δημοσθένει· ὁ δὲ λογισμὸς ἔστω ἐπὶ πᾶσι δικαίοις.

171. Τούτῳ πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, ἀνὴρ ἐλεύθερος· οὐ γὰρ δεῖ ψεύδεσθαι· τὰ δ' ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς πῶς ἔχει αὐτῷ; ἐγὼ φράσω. Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. Οὗτος προδοὺς τοῖς πολεμίοις Νύμφαιον τὸ ἐν τῷ Πόντῳ, τότε τῆς πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, φυγὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐγένετο θανάτου καταγνωσθέντος αὐτοῦ, τὴν κρίσιν οὐχ ὑπομείνας, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Βόσπορον, κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὠνομασμένους Κήπους, (172) καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν νὴ Δία καὶ χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ, Σκύθιν δὲ τὸ γένος, ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ θυγατέρες δύο, ἃς ἐκεῖνος δεῦρο μετὰ πολλῶν χρημάτων στείλας συνῴκισε τὴν μὲν ἑτέραν ὀτῳδήποτε, ἵνα μὴ πολλοῖς ἀπεχθάνωμαι· τὴν δ' ἑτέραν ἔγημε παριδὼν τοὺς τῆς πόλεως νόμους Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, ἐξ ἧς ὑμῖν ὁ περίεργος καὶ συκοφάντης Δημοσθένης γεγένηται. Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς πολέμιος ἂν εἴη τῷ δήμῳ (θάνατον γὰρ αὐτοῦ τῶν προγόνων κατέγνωτε), τὰ δ' ἀπὸ τῆς μητρὸς Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ· ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριός ἐστι. (173) Περὶ δὲ τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν τίς ἐστιν; ἐκ τριηράρχου λογογράφος ἀνεφάνη, τὰ πατρῷα καταγελάστως προέμενος· ἄπιστος δὲ καὶ περὶ ταῦτα δόξας εἶναι καὶ τοὺς λόγους ἐκφέρων τοῖς ἀντιδίκοις ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὸ βῆμα· πλεῖστον δ' ἐκ τῆς πόλεως εἰληφὼς ἀργύριον ἐλάχιστα περιεποιήσατο. Νῦν μέντοι τὸ βασιλικὸν χρυσίον ἐπικέκλυκε τὴν δαπάνην αὐτοῦ, ἔσται δ' οὐδὲ τοῦθ' ἱκανόν· οὐδεὶς γὰρ πώποτε πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιεγένετο. Καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν βίον οὐκ ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων πορίζεται, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑμετέρων κινδύνων. (174) Περὶ δ' εὐγνωμοσύνην καὶ λόγου δύναμιν πῶς πέφυκε; δεινῶς λέγειν, κακῶς βιῶναι. Οὕτω γὰρ κέχρηται καὶ τῷ ἑαυτοῦ σώματι καὶ παιδοποιίᾳ, ὥστ' ἐμὲ μὴ βούλεσθαι λέγειν ἃ τούτῳ πέπρακται· ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας τοὺς τὰ τῶν

populi tuentur. Deinde ut a majoribus suis alicujus erga populum beneficentiæ hæreditatem acceperit, vel, quod est summe necessarium, nullius inimicitiæ, ne calamitatum in quas majores inciderunt se vindicem præbens, malum moliatur civitati. (170) Tertio ut in quotidiani victus ratione natura frugi sit ac temperans, ne ob perditam in sumptibus nequitiam largitiones contra rempublicam accipiat. Quarto ut et vir bonus sit et dicendi peritus : præclarum est enim mente et consilio res optimas eligere easdemque eruditione oratoria et dicendi facultate instructum auditoribus probare posse; sin minus ita contingat, utique bona mens anteponenda eloquentiæ est. Quinto forti animo esse oportet, ne in temporum angustiis et in bellis populum deserat. At homini paucorum potentiæ faventi his omnibus adversa esse studia convenit : quid enim ea vobis iterare opus est? Jam vero dispicite, quodnam ex his insit in Demosthene : ratio autem summa cum æquitate subducatur.

171. Huic pater erat Demosthenes Pæaniensis, vir ingenuus quidem—neque enim mentiendum est— : sed a materno avique materni genere quomodo se habet? Ego jam exponam. Gylo quidam erat Ceramensis. Hic Nymphæo quod in Ponto est, quo tempore oppidum illud civitas in ditione sua tenebat, hostibus prodito, delatus urbe exulavit, quum capitis damnatus judicii pœnam non exspectasset. Hinc Bosporum concessit, ubi Hortorum qui vocantur a tyrannis largitionem nactus, (172) uxorem ducit opulentam sane magnamque vim auri secum afferentem, sed genere Scythidem, ex qua quum filias duas suscepisset, easque cum grandi pecunia huc misisset, collocavit alteram nescio cui, ne multorum in me odia concitem; alteram spretis civitatis nostræ legibus duxit Demosthenes Pæaniensis, ex qua natus est nobis percuriosus hic ardelio et calumniator Demosthenes. Quamobrem ab avo quidem materno hostis erit populi; ejus enim majores capitis damnavistis : a materno genere Scytha barbarus, lingua duntaxat Græcus Unde fit, ut improbitate etiam indigenam non referat. (173) In quotidiani autem victus ratione qualis est? Ex trierarcho scriptor oratiuncularum evasit, bonis paternis ridicule dissipatis. Deinde quum in hoc etiam negotio perfidus haberetur, quod orationes adversariis impertiret, repente in suggestum prosiliit. Quum ingentem a civitate pecuniam accepisset, perpusillam sibi reliquam fecit. Nunc vero aurum regale sumptus ejus exhaustos inundans replevit, sed neque hoc quidem satis erit : nullæ enim unquam divitiæ pravæ indolis libidinem exsuperarunt. Ad summam, vitam non ex suis vectigalibus, sed vestris ex periculis sustentat. (174) Quod ad bonitatem autem mentis dicendique facultatem attinet, qualem eum natura finxit? Oratione disertum, vita turpem. Ita enim corpore suo liberorum procreatione est abusus, ut flagitia, quæ admisit, nollem exponere : vidi enim jam ante, odium esse consecutos eos

πλησίον αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. Ἔπειτα τί συμβαίνει τῇ πόλει; οἱ μὲν λόγοι καλοί, τὰ δ' ἔργα φαῦλα. (175) Πρὸς δὲ ἀνδρίαν βραχύς μοι λείπεται λόγος. Εἰ μὲν γὰρ ἠρνεῖτο μὴ δειλὸς εἶναι ἢ ὑμεῖς μὴ συνῄδειτε, διατριβὴν ὁ λόγος ἄν μοι παρέσχεν· ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ὑμεῖς σύνιστε, λοιπὸν ὑπομνῆσαι τοὺς περὶ τούτων κειμένους νόμους. Ὁ γὰρ Σόλων ὁ παλαιὸς νομοθέτης ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστράτευτον καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως· εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί. Καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί. Εἰσίν. Τίνος ἕνεκα; Ἵν' ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον ἢ τοὺς πολε-
79 μίους ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ. (176) Ὁ μὲν τοίνυν νομοθέτης τὸν ἀστράτευτον καὶ τὸν δειλὸν καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἔξω τῶν περιρραντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι οὐδ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ· σὺ δὲ τὸν ἀστεφάνωτον ἐκ τῶν νόμων κελεύεις ἡμᾶς στεφανοῦν, καὶ τῷ σαυτοῦ ψηφίσματι τὸν οὐ προσήκοντα εἰσκαλεῖς τοῖς τραγῳδοῖς εἰς τὴν ὀρχήστραν, εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου τὸν τὰ ἱερὰ διὰ δειλίαν προδεδωκότα.

Ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἐκεῖνο μέμνησθε ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι. Θεωρεῖτ' αὐτοῦ μὴ τὸν λόγον ἀλλὰ τὸν βίον, καὶ σκοπεῖτε μὴ τίς φησιν εἶναι ἀλλὰ τίς ἐστιν.

177. Ἐπεὶ δὲ στεφάνων ἀνεμνήσθην καὶ δωρεῶν, ἕως ἔτι μέμνημαι, προλέγω ὑμῖν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ καταλύσετε τὰς ἀφθόνους ταύτας δωρεὰς καὶ τοὺς εἰκῇ διδομένους στεφάνους, οὔθ' οἱ τιμώμενοι χάριν ὑμῖν εἴσονται οὔτε τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐπανορθωθήσεται· τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μή ποτε βελτίους ποιήσετε, τοὺς δὲ χρηστοὺς εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐμβαλεῖτε. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, μεγάλα τούτων οἶμαι σημεῖα δείξειν ὑμῖν. (178) Εἰ γάρ τις ὑμᾶς ἐρωτήσειε πότερον ὑμῖν ἐνδοξοτέρα δοκεῖ ἡ πόλις εἶναι ἐπὶ τῶν νυνὶ καιρῶν ἢ ἐπὶ τῶν προγόνων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσαιτε, ἐπὶ τῶν προγόνων. Ἄνδρες δὲ πότερον τότε ἀμείνους ἦσαν ἢ νυνί; τότε μὲν διαφέροντες, νυνὶ δὲ πολλῷ καταδεέστεροι. Δωρεαὶ δὲ καὶ στέφανοι καὶ κηρύγματα καὶ σιτήσεις ἐν πρυτανείῳ πότερον τότε ἦσαν πλείους ἢ νυνί; τότε μὲν ἦν σπάνια τὰ καλὰ παρ' ἡμῖν καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα τίμιον· νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ στεφανοῦν ἐξ ἔθους ἀλλ' οὐκ ἐκ προνοίας ποιεῖσθε. (179) Οὐκ οὖν ἄτοπον οὑτωσὶ διαλογιζομένοις τὰς μὲν δωρεὰς νῦν πλείους εἶναι, τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἰσχύειν, καὶ τοὺς ἄνδρας νῦν μὲν χείρους εἶναι, τότε δ' ἀμείνους; ἐγὼ δὲ τοῦθ' ὑμᾶς ἐπιχειρήσω διδάσκειν. Οἴεσθ' ἄν ποτε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον ἢ καὶ ἄλλο τινῶν βαρυτέρων ἄθλων, εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ; οὐδεὶς ἄν ποτ' ἠθέλησεν ἐπασκεῖν. (180) Νῦν

qui vicinorum dedecora nimis aperte declararunt. Sed quid tandem inde civitati quæritur? Præclara verba, facta humilia atque abjecta. (175) Jam de fortitudine per mihi brevis restat oratio. Nam si vel se ipse ignavum esse negaret vel vos nesciretis, diutius esset mihi in hoc loco commorandum; nunc autem quando et ipse fatetur in concionibus vosque omnes intelligitis, reliquum est ut leges, quæ his de rebus latæ sunt, vobis in memoriam redigam. Solon enim antiquus ille legislator iisdem pœnis obstringi debere censuit et eum qui militiam detrectaret et eum qui de statione decederet et eum simul qui timidus miles sit: dantur enim et timiditatis actiones. Atqui mirabitur fortasse quispiam, etiam propter naturæ defectum actiones esse constitutas. Sunt. Quid ita? Ut unusquisque nostrûm pœnas legibus irrogatas magis quam hostem extimescens, tanto fortius pro patria propugnet. (176) Legislator itaque eum qui militiam subterfugiat et timidum et desertorem lustralibus vasis fori prohibet, et corona donari vetat et sacrificiis arcet publico nomine institutis; tu vero eum nos coronare jubes, cui coronam leges interdicunt, tuoque decreto hominem indignissimum ludis tragicis in orchestram arcessis, in templum Liberi patris eum deducis, qui timiditate sua templa prodidit.

Sed ne vos a proposito divertam, facite vobis in mentem veniat, quum se dicit esse popularem, non orationem ejus sed vitam spectare, neque quem se esse prædicet, sed quis sit, attendite.

177. Verum quoniam in coronarum et præmiorum mentionem incidi, antequam mihi e memoria excidat, prædico vobis, Athenienses, nisi hæc præmia infinita et temere concessas coronas reprimetis, neque eos quos honore afficitis gratiam vobis habituros, neque res civitatis meliores fore. Improbos enim nunquam in melius mutabitis, bonos ad summam desperationem adigetis. Vere hæc a me dici, magnis me vobis argumentis monstraturum puto. (178) Si quis vos roget, utrum his temporibus nostra civitas gloria magis florere videatur an majorum nostrorum, omnes credo assensuros ætate majorum insignius eam floruisse. Utrum tunc temporis an nunc viri meliores? Tunc quidem excellentes; nunc longe deteriores. At præmia et coronæ et præconia et quotidianus victus in Prytaneo utrum tunc erant an nunc crebriora? Tunc rari apud nos honores, tunc virtutis nomen in pretio erat, nunc vero res ipsa obsolescit, et coronas vos non consilio sed ex consuetudine donatis. (179) Nonne hæc igitur expendentibus vobis absurdum merito videtur præmia nunc increbuisse, civitatis opes tum majores quam nunc fuisse; viros nunc esse nequiores, tunc multo præstantiores? Ego autem, quamobrem hoc ita fiat, ostendere vobis conabor. Putatisne, Athenienses, futurum unquam fuisse, qui se vel ad Olympia vel ad aliud aliquod certamen in quo coronæ donentur, exercere vellet pancratio aut alio quopiam gravioris luctæ genere, si corona traderetur non præstantissimo, sed ei qui malis artibus ipsam consecutus esset? Nemo hercle se exerceret. (180) Nunc autem, opinor, propter

δ' οἶμαι διὰ τὸ σπάνιον καὶ τὸ περιμάχητον καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον ἐκ τῆς νίκης ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν. Ὑπολάβετε τοίνυν ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι ἀγωνοθέτας πολιτικῆς ἀρετῆς, κἀκεῖνο ἐκλογίσασθε, ὅτι ἐὰν μὲν τὰς δωρεὰς ὀλίγοις καὶ ἀξίοις καὶ κατὰ τοὺς νόμους διδῶτε, πολλοὺς ἀγωνιστὰς ἕξετε τῆς ἀρετῆς, ἐὰν δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ τοῖς διαπραξαμένοις χαρίζησθε, καὶ τὰς ἐπιεικεῖς φύσεις διαφθερεῖτε. (181) Ὅτι δὲ ὀρθῶς λέγω, ἔτι μικρῷ σαφέστερον ὑμᾶς βούλομαι διδάξαι. Πότερον ὑμῖν ἀμείνων ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ Θεμιστοκλῆς ὁ στρατηγήσας ὅτε τῇ Σαλαμῖνι ναυμαχίᾳ τὸν Πέρσην ἐνικᾶτε, ἢ Δημοσθένης ὁ τὴν τάξιν λιπών; Μιλτιάδης δὲ ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην τοὺς βαρβάρους νικήσας, ἢ οὗτος; ἔτι δ' οἱ ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγόντες; Ἀριστείδης δ' ὁ δίκαιος, ὁ τὴν ἀνόμοιον ἔχων ἐπωνυμίαν Δημοσθένει; (182) Ἀλλ' ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους οὐδ' ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν. Ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης ἐν τῷ αὑτοῦ λόγῳ εἴ που γέγραπταί τινα τῶν ἀνδρῶν τούτων στεφανῶσαι. Ἀχάριστος ἄρ' ἦν ὁ δῆμος; οὔκ, ἀλλὰ μεγαλόφρων, κἀκεῖνοί γε οἱ μὴ τετιμημένοι τῆς πόλεως ἄξιοι· οὐ γὰρ ᾤοντο δεῖν ἐν τοῖς γράμμασι τιμᾶσθαι ἀλλ' ἐν τῇ μνήμῃ τῶν εὖ πεπονθότων, ἣ ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας ἀθάνατος οὖσα διαμένει. Δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον; ὧν ἄξιόν ἐστι μνησθῆναι.

183. Ἦσάν τινες κατὰ τοὺς τότε καιροὺς οἳ πολὺν πόνον ὑπομείναντες καὶ μεγάλους κινδύνους ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἐνίκων μαχόμενοι Μήδους· οὗτοι δεῦρο ἀφικόμενοι τὸν δῆμον ᾔτησαν δωρεάν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν, ἐφ' ᾧτε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῶν στρατηγῶν ἀλλὰ τοῦ δήμου δοκῇ εἶναι τὸ ἐπίγραμμα. (184) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν τῶν ποιημάτων εἴσεσθε. Ἐπιγέγραπται γὰρ ἐπὶ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
παισὶν ἐπ' Ἠιόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς,
λιμόν τ' αἴθωνα κρατερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα
πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

Ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ

Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν
ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς.
Μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει
ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι μόχθον ἔχειν.

(185) Ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ ἐπιγέγραπται Ἑρμῇ

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
ἡγεῖτο ζάθεον Τρωικὸν ἂμ πεδίον,
ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα χαλκοχιτώνων

raritatem, propter contentionem, decus, gloriam denique sempiternam quæ victoriam sequitur, reperiuntur nonnulli qui, corporibus suis fortunæ permissis gravissimisque laboribus exantlatis, periculum adire cupiunt. Quocirca fingite vos esse certaminis de virtute civili arbitros constitutos, atque illud simul cogitate, si paucis et dignis et secundum leges præmia tribuatis, complures vos virtutis certatores habituros; sin cuivis et eis qui ambierint gratificemini, etiam bona ingenia corrupturos. (181) Hæc autem recte a me dicta esse, luculentius paulo vobis libet exponere. Uter vobis vir melior fuisse videtur, Themistocles, quo duce navali apud Salamina prœlio Persam vicistis, an qui locum in acie deseruit Demosthenes? Miltiades, qui Marathonia pugna barbaros superavit, an iste? ii denique, qui populum exulantem a Phyle reduxerunt? et Aristides ille, qui cognomine, multum illi quod Demosthenes habet dissimili, Justus appellatus est? (182) Verum ego, per deos immortales, ne iisdem quidem diebus fas esse existimo de hac bellua et de viris illis meminisse. Ostendat igitur in oratione sua Demosthenes, sicubi decretum sit, ut quisquam illorum virorum corona donaretur. Ingratus ergo erat populus? Minime, imo et excelsi animi populus fuit, et illi qui hunc honorem non adepti sunt civitate hac dignissimi. Non enim se in tabulis decretoriis honorem suum ponere debere censebant, sed in eorum quibus bene fecissent memoria, quæ quidem ex illo tempore ad hunc usque diem manet immortalis. Quibus vero præmiis ornati sunt? Iis quæ operæ pretium est commemorare.

183. Fuerunt quidam iis temporibus, qui multis gravibusque periculis defuncti Medos apud Strymonem fluvium prœlio fuderunt. Ii igitur huc reversi præmium a populo petiverunt, deditque eis populus magna, ut tum videbantur, præmia, ut tres Hermæ lapidei in Hermarum porticu iis ponerentur, ea lege tamen ne sua nomina inscriberent, ut non imperatorum sed populi inscriptio videretur. (184) Esse autem vera quæ a me dicuntur, ex ipsis versibus cognoscetis. Inscriptum est enim in primo Herma :

Hi quoque præstanti valuerunt pectore, Medis
Strymonias ad aquas, Eionisque locum
perdomitis, diraque fame ferroque cruento
hostiles primi qui minuere manus.

Secundi hæc inscriptio est :

Præmia Cecropidæ hæc ducibus memoranda dederunt,
pro virtute virûm pro meritisque piis :
ut, quum progenies lustrent hæc sera nepotum,
læti pro patria ferre pericla velint.

(185) Tertio autem Hermæ inscriptum est :

Ex hac urbe olim Mnestheus comitatus Atridas
examen duxit Pergama ad alta virûm,
gnarum præ reliquis quem cantat Homerus Achivis

κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ἄνδρα μολεῖν.
Οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
κοσμητὰς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

Ἔστι που τὸ τῶν στρατηγῶν ὄνομα; οὐδαμοῦ, ἀλλὰ τὸ τοῦ δήμου.

186. Προσέλθετε δὴ τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην· ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. Τί οὖν ἔστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὃ ἐγὼ λέγω; ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. Τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; οὑτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε ἂν ὅτι Μιλτιάδης· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. Πῶς; οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ᾔτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι, παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας. (187) Ἐν τοίνυν τῷ Μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἣν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἔστιν ἰδεῖν. Ἦν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας καὶ νικήσας Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης, εἷς τῶν καταγαγόντων τὸν δῆμον, ἔγραψε δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς εἰς θυσίαν καὶ ἀναθήματα δοῦναι χιλίας δραχμάς (καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἔλαττον ἢ δέκα δραχμαὶ κατ' ἄνδρα ἕκαστον), ἔπειτα κελεύει στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ αὐτῶν ἕκαστον, ἀλλ' οὐ χρυσῷ· τότε μὲν γὰρ ἦν ὁ τοῦ θαλλοῦ στέφανος τίμιος, νυνὶ δὲ καὶ ὁ χρυσοῦς καταπεφρόνηται. Καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰκῇ πρᾶξαι κελεύει, ἀλλ' ἀκριβῶς τὴν βουλὴν σκεψαμένην ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῇ ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν, οὐχ ὅσοι τὴν τάξιν ἔλιπον ἐν Χαιρωνείᾳ τῶν πολεμίων ἐπιόντων. (188) Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΠΕΡΙ ΔΩΡΕΑΣ ΤΟΙΣ ΑΠΟ ΦΥΛΗΣ.

Παρανάγνωθι καὶ ὃ γέγραφε Κτησιφῶν Δημοσθένει τῷ τῶν μεγίστων κακῶν αἰτίῳ.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

81 Τούτῳ τῷ ψηφίσματι ἐξαλείφεται ἡ τῶν καταγαγόντων τὸν δῆμον δωρεά. Εἰ τοῦτ' ἔχει καλῶς, ἐκεῖνο αἰσχρῶς· εἰ ἐκεῖνοι κατ' ἀξίαν ἐτιμήθησαν, οὗτος ἀνάξιος ὢν στεφανοῦται.

189. Καίτοι πυνθάνομαί γ' αὐτὸν μέλλειν λέγειν ὡς οὐ δίκαια ποιῶ παραβάλλων αὐτῷ τὰ τῶν προγόνων ἔργα· οὐδὲ γὰρ Φιλάμμωνά φησι τὸν πύκτην Ὀλυμπίασι στεφανωθῆναι νικήσαντα Γλαῦκον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον πύκτην, ἀλλὰ τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀγωνιστάς, ὥσπερ ὑμᾶς ἀγνοοῦντας ὅτι τοῖς μὲν πύκταις ἐστὶν ὁ ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δ' ἀξιοῦσι στεφανοῦσθαι πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρετὴν ἧς καὶ ἕνεκα στεφανοῦνται. Δεῖ γὰρ τὸν κήρυκα ἀψευδεῖν, ὅταν τὴν ἀνάρρησιν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῆται πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Μὴ οὖν ἡμῖν ὡς Παταικίωνος ἄμεινον πεπολίτευσαι διέξιθι, ἀλλ' ἐφικόμενος τῆς ἀνδραγαθίας, οὕτω τὰς χάριτας τὸν δῆμον ἀπαίτει.

compositis acies dirigere ordinibus.
Sic non immerito primi dicentur ubique
virtute insigni Marteque Cecropidæ.

Usquamne hic reperitur ducum nomen? Nusquam, sed populi tantum.

186. Adeste igitur mihi animis et ad porticum picturatam: omnium enim facinorum egregiorum exstant vobis in foro monumenta. Quid igitur illud est quod dico, Athenienses? Hic pugna Marathonia depicta est. Sed quis erat imperator? Omnes, opinor, hoc ita rogati responderetis, Miltiades, at illic nomen ejus non inscribitur. Quid ita? non petivit hoc præmii? Petivit quidem, sed populus non dedit, verum ei pro nominis inscriptione concessit, ut primo loco pingeretur milites cohortans. (187) Ergo et in æde Matris deûm juxta Curiam, quodnam iis præmium qui populum exulantem a Phyla reduxerunt dederitis, intueri licet. Qui enim populi scitum scripsit et obtinuit Archinus erat Cœleus, unus ex iis qui populum reduxerunt: scripsit autem primum ut iis mille drachmæ darentur in sacrificia et dona templis appendenda—estque hoc minus quam decem drachmæ in singulos viros—, deinde jubet unumquemque oleagina corona ornari, non aurea; erat enim tum oleagina corona pretiosa, nunc etiam aurea in fastidio est. Verum ne hoc quidem temere fieri decernit, sed tum demum quum senatus accurate perquisiverit, quot eorum in Phyla obsessi fuissent, quum Lacedæmonii et triginta tyranni in eos invaserunt qui Phylam occuparant, non quot ad Chæroneam quum instarent hostes a statione recessissent. (188) Ut autem vera me dicere cognoscatis, recitabitur vobis decretum.

DECRETUM DE REDUCIBUS A PHYLA.

Recitetur jam ex adverso decretum id quod Ctesiphon scripsit Demostheni gravissimarum calamitatum auctori.

DECRETUM.

Hoc decreto obliteratur eorum præmium, qui populum reduxerunt. Hoc si honestum est, illud turpe fuit: si illi merito honore affecti sunt, hic immerito corona ornatur.

189. At enim audio dicturum esse Demosthenem, me parum juste facere qui majorum res gestas cum suis contendam. Neque enim (aiet) Philammon coronam adeptus est, quod veterem illum pugilem Glaucum, sed quod suæ ætatis certatores superarit. Quasi vero nesciatis, pugilibus inter sese propositum esse certamen, iis autem qui coronam poscunt cum ipsa virtute, cujus etiam causa coronantur. Oportet enim mendacio vacare præconem, quum quid in theatro coram Græcis prædicat. Quare noli nobis pluribus verbis demonstrare, te in republica administranda Patæcione fuisse meliorem, sed ubi virtutis compos fueris, ita demum gratias a populo deposce.

190. Ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ἐπίγραμμα ὃ ἐπιγέγραπται τοῖς ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν
ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

191. Ὅτι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἄρξαντας κατέλυσαν, διὰ τοῦτ' αὐτούς φησιν ὁ ποιητὴς τιμηθῆναι. Ἔναυλον γὰρ ἦν ἔτι τότε πᾶσιν ὅτι τηνικαῦτα ὁ δῆμος κατελύθη, ἐπειδή τινες τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων ἀνεῖλον. Καὶ γάρ τοι, ὡς ἐγὼ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ ἐπυνθανόμην, ὃς ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα καὶ πέντε ἐτελεύτησεν, ἁπάντων μετασχὼν τῶν πόνων τῇ πόλει, ὃς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διεξῄει ἐπὶ σχολῆς· ἔφη γάρ, ὅτε ἀρτίως κατεληλύθει ὁ δῆμος, εἴ τις εἰσίοι γραφὴν παρανόμων εἰς δικαστήριον, εἶναι ὅμοιον τὸ ὄνομα καὶ τὸ ἔργον. Τί γάρ ἐστιν ἀνοσιώτερον ἀνδρὸς παράνομα λέγοντος καὶ πράττοντος; (192) Καὶ τὴν ἀκρόασιν, ὡς ἐκεῖνος ἀπήγγελλεν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐποιοῦντο ὥσπερ νῦν γίνεται, ἀλλ' ἦσαν πολὺ χαλεπώτεροι οἱ δικασταὶ τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν αὐτοῦ τοῦ κατηγόρου, καὶ πολλάκις ἀνεπόδιζον τὸν γραμματέα καὶ ἐκέλευον πάλιν ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους καὶ τὸ ψήφισμα, καὶ ἡλίσκοντο οἱ παράνομα γράφοντες οὐχ εἰ πάντας παραπηδήσαιεν τοὺς νόμους, ἀλλ' εἰ μίαν μόνον συλλαβὴν παραλλάξαιεν. Τὸ δὲ νυνὶ γινόμενον πρᾶγμα ὑπερκαταγέλαστόν ἐστιν· ὁ μὲν γὰρ γραμματεὺς ἀναγινώσκει τὸ παράνομον, οἱ δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπῳδὴν ἢ ἀλλότριόν τι πρᾶγμα ἀκροώμενοι πρὸς ἑτέρῳ τινὶ τὴν γνώμην ἔχουσιν. (193) Ἤδη δ' ἐκ τῶν τεχνῶν τῶν Δημοσθένους αἰσχρὸν ἔθος ἐν τοῖς δικαστηρίοις παραδέχεσθε. Μετενήνεκται γὰρ τὰ τῆς πόλεως δίκαια· ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἀπολογεῖται, ὁ δὲ φεύγων τὴν γραφὴν κατηγορεῖ, οἱ δὲ δικασταὶ ἐνίοτε ὧν μέν εἰσι κριταὶ ἐπιλανθάνονται, ὧν δ' οὐκ εἰσὶ δικασταί, περὶ τούτων ἀναγκάζονται τὴν ψῆφον φέρειν. Λέγει δὲ ὁ φεύγων, ἂν ἄρα ποθ' ἅψηται τοῦ πράγματος, οὐχ ὡς ἔννομα γέγραφεν, ἀλλ' ὡς ἤδη ποτὲ καὶ πρότερον ἕτερος τοιαῦτα γράψας ἀπέφυγεν· ἐφ' ᾧ καὶ νυνὶ μέγα φρονεῖν ἀκούω Κτησιφῶντα. (194) Ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτε σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς λέγων ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος, ὁ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐφιλοτιμεῖτο, λέγων ὅτι πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων, καλῶς (οἶμαι) σεμνυνόμενος. Ἐγράφοντο γὰρ ἀλλήλους παρανόμων οὐ μόνον οἱ διαπολιτευόμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι τοὺς φίλους, εἴ
82 τι ἐξαμαρτάνοιεν εἰς τὴν πόλιν. (195) Ἐκεῖθεν δὲ

190. Verum ne vos a proposito abducam, scriba vobis epigramma recitabit, quod in eos scriptum est qui populum a Phyla reduxerunt.

EPIGRAMMA.

Hosce coronarum gens antiqua Attica pulcræ
virtutis causa jussit honore coli,
qui quondam injustos arcebant urbe tyrannos,
objicere haud veriti corpora pro patria.

191. Propterea quod eos qui contra leges dominati sunt everterint, honore affectos esse dicit poeta. Adhuc enim omnium aures vox ea personabat, populum illo maxime tempore eversum fuisse, postquam judicia de decretis contra leges factis nonnulli sustulissent. Equidem ut ego de patre meo audiebam, qui anno ætatis suæ quinto et nonagesimo diem obiit, quum omnium reip. ærumnarum particeps fuisset, quas sæpe mecum per otium conferebat — : is, inquam, dicebat, primis illis temporibus quibus populus reductus fuerat, si qua de decretis contra leges scriptis actio in judicium venerit, similia plane fuisse et nomen et factum. Quid enim est sceleratius homine qui res legibus adversas dicit aut facit? (192) Neque vero, judices, ut ille referebat, eadem ratione, qua nunc, de causa cognorunt; erant enim in eos qui decreta legibus adversa tulerant, multo infestiores quam ipse etiam accusator, et sæpenumero scribam revocabant, jubebantque leges et decretum iterum recitare, damnabantur denique ii qui contra leges scripserant, non si universas leges transgressi fuissent, sed si unam duntaxat syllabam immutassent. At perridiculum est quod nunc fieri solet. Scriba decretum recitat contra leges factum; judices, quasi cantilenam aut rem a judicio alienam audirent, ad aliud aliquod animum advertunt. (193) Jam vero ex Demosthenis artibus turpem consuetudinem in judicia irrepere sinitis. Inversa enim nobis sunt jura civitatis: accusator quidem defendit, reus accusat; judices, quarum rerum disceptatores sedeant, interdum obliviscuntur; de iis vero rebus, quarum judices non sunt, sententiam ferre coguntur. Reus, si quando rem ipsam attigerit, non se dicit legitima scripsisse, sed alium etiam antea quum talia scripsisset absolutum esse: quo quidem argumento magnopere jam nunc elatum esse audio Ctesiphontem. (194) Ausus est aliquando apud vos gloriari Aristophon ille Azeniensis, se septuaginta quinque actionibus de decretis contra leges factis postulatum fuisse. At non ita priscus ille Cephalus, qui omnium maxime popularis est habitus, non ita, inquam: sed plane contrariis gloriabatur factis, quod nempe, quum plura quam quis alius plebiscita scripsisset, nunquam tamen de decretis contra leges scriptis reus factus esset, præclara mea quidem sententia gloriatio. Nam de decretis adversum leges factis alii alios postulabant, non ii tantum qui in reip. partibus dissiderent, verum etiam amici amicos, si quid in rempublicam commisissent. (195) Id autem inde

τοῦτο γνώσεσθε. Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους, ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς, καὶ εἷλε νεωστὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ ὑπελογίσαντο οἱ δικασταί· ἡγοῦντο γάρ, ὥσπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν, οὕτω νῦν μένοντας ἐξελαύνειν παρὰ τοὺς νόμους γράφοντά τι. (196) Ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον γίνεται· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ στρατηγοὶ καὶ τῶν τὰς σιτήσεις τινὲς εὑρημένων ἐν τῷ πρυτανείῳ ἐξαιτοῦνται τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων, οὓς ὑμεῖς ἀχαρίστους εἶναι δικαίως ἂν ὑπολαμβάνοιτε· εἰ γάρ τις ἐν δημοκρατίᾳ τετιμημένος, ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ ἣν οἱ θεοὶ καὶ οἱ νόμοι σώζουσι, τολμᾷ βοηθεῖν τοῖς παράνομα γράφουσι, καταλύει τὴν πολιτείαν ὑφ' ἧς τετίμηται. (197) Τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος ἀνδρὶ συνηγόρῳ δικαίῳ καὶ σώφρονι; ἐγὼ λέξω. Εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα, ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον. Ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ καὶ τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν· ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. (198) Ὅστις μὲν οὖν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται· ὅστις δ' ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν ψῆφον αἰτεῖ, ὅρκον αἰτεῖ, νόμον αἰτεῖ, δημοκρατίαν αἰτεῖ, ὧν οὔτε αἰτῆσαι οὐδὲν ὅσιον οὐδενὶ οὔτ' αἰτηθέντα ἑτέρῳ δοῦναι. Κελεύσατε οὖν αὐτούς, ἐάσαντας ὑμᾶς τὴν πρώτην ψῆφον κατὰ τοὺς νόμους διενεγκεῖν, ἀπαντᾶν εἰς τὴν τίμησιν. (199) Ὅλως δ' ἔγωγε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὀλίγου δέω εἰπεῖν ὡς καὶ νόμον δεῖ τεθῆναι ἐπὶ ταῖς γραφαῖς μόνον τῶν παρανόμων, μὴ ἐξεῖναι μήτε τῷ κατηγόρῳ συνηγόρους παρασχέσθαι μήτε τῷ τὴν γραφὴν τῶν παρανόμων φεύγοντι. Οὐ γὰρ ἀόριστόν ἐστι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡρισμένον τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μή, τὸν κανόνα προσφέρομεν ᾧ διαγινώσκεται, (200) οὕτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τοῦ δικαίου τουτὶ τὸ σανίδιον, καὶ τὸ ψήφισμα καὶ οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι. Ταῦτα συμφωνοῦντα ἀλλήλοις ἐπιδείξας κατάβαινε· καὶ τί δεῖ σε Δημοσθένην παρακαλεῖν; ὅταν δ' ὑπερπηδήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν παρακαλῇς κακοῦργον ἄνθρωπον καὶ τεχνίτην λόγων, κλέπτεις τὴν ἀκρόασιν, βλάπτεις τὴν πόλιν, καταλύεις τὴν δημοκρατίαν.

201. Τίς οὖν ἐστιν ἀποτροπὴ τῶν τοιούτων λόγων; ἐγὼ ἐρῶ. Ἐπειδὰν προσελθὼν ἐνταυθοῖ Κτησιφῶν διεξέλθῃ πρὸς ὑμᾶς τοῦτο δὴ τὸ συντεταγμένον αὐτῷ προοίμιον, ἔπειτ' ἐνδιατρίβῃ καὶ μὴ ἀπολογῆται, ὑπομνήσατ' αὐτὸν ἄνευ θορύβου τὸ σανίδιον λαβεῖν καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι παραναγνῶναι. Ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμῶν ἀκούειν, μηδὲ ὑμεῖς ἐκείνου ἐθέ-

cognoscetis. Archinus Cœleus violatarum legum postulabat Thrasybulum Stiriensem, quod contra leges decretum fecerat, unum scilicet ex iis qui secum a Phyla revertissent, et reum peregit, recentibus etiam tunc ejus erga populum beneficiis, quorum tamen rationem nequaquam judices habuerunt: existimabant enim, quemadmodum tum ipsos exulantes Thrasybulus revocasset, ita etiam nunc eundem se in urbe constitutos exturbare, quum aliquid contra leges decerneret. (196) Nunc autem non ita fit, quin plane aliter. Vestri enim eximii imperatores, eorumque nonnulli qui victum quotidianum in Prytaneo meruerunt, actiones de decretis contra leges factis deprecationibus suis evertunt, quos jure vos ingratos existimare debeatis. Si quis enim in libera republica honorem consecutus, in ea præsertim civitate, quam dii legesque conservant, iis qui decreta legibus adversa scribunt opitulari audet, is eam ipsam rempublicam evertit, a qua est honestatus. (197) Quænam igitur defensionis ratio patrono justo ac modesto præscripta est? Dicam. In tres partes distribuitur dies, quo actio de decretis contra leges factis in judicium venit. Infunditur enim prima aqua accusatori, legibus, libertati denique populari, secunda reo iisque qui in rem ipsam loqui volunt; quum vero prima sententia non solutum fuerit violatarum legum crimen, tertia jam aqua litis æstimationi infunditur vestræque iræ magnitudini. (198) Quicunque igitur in æstimanda lite vos suffragium vestrum rogat, is iram vestram deprecatur: at qui in prima contentionis parte suffragium petit, jusjurandum petit, legem petit, populi libertatem petit, quorum neque quicquam rogare fas est, neque rogatum alteri concedere. Jubete igitur, ut, vos primam sententiam secundum leges ferre passi, exinde ad litis æstimationem vires convertant. (199) Ad summam autem parum mihi abest, Athenienses, quin dicam legem in actionibus duntaxat de decretis contra leges factis ferri debere, ne liceat aut accusatori, aut ei qui hujus criminis postulatur, advocatos sibi adsciscere: non enim hic interminatum jus est, sed legibus vestris definitum. Ut enim in arte fabrili, quum quid rectum sit quid non, scire volumus, regulam adhibemus, qua dijudicetur, (200) ita in accusationibus de decretis contra leges factis juris regula proponitur, tabella scilicet hæcce et decretum (Ctesiphontis) et leges descriptæ ac juxta positæ. Hæc si inter se consentire ostenderis, descende, et quid opus te Demosthenem advocare? Quum vero justa illa defensionis ratione neglecta hominem maleficum accersis et verborum artificem, insidias struis auditoribus, civitatem labefactas, populi dominationem evertis.

201. Quænam igitur ratio est hujusmodi orationum propulsandarum? Ego jam exponam. Simulatque huc progressus Ctesiphon illud compositum sibi *a Demosthene* exordium pronuntiabit, deinde tempus absumet nihilque ad defensionem afferet, commonete eum, ut citra tumultum tabellam hanc in manus sumat legesque cum decreto suo recitatas conferat. Quodsi vos audire se dissimulaverit,

λετε ἀκούειν· οὐ γὰρ τῶν φευγόντων τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας εἰσεληλύθατε ἀκροασόμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐθελόντων δικαίως ἀπολογεῖσθαι. (202) Ἐὰν δ' ὑπερπηδήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν Δημοσθένην παρακαλῇ, μάλιστα μὲν μὴ προσδέχεσθε κακοῦργον ἄνθρωπον, οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν, μηδ' ἐν ἀρετῇ τοῦθ' ὑμῶν μηδεὶς καταλογιζέσθω, ὃς ἂν ἐπανερομένου Κτησιφῶντος « ἦ καλέσω Δημοσθένην; » πρῶτος ἀναβοήσῃ « κάλει, κάλει. » Ἐπὶ σαυτὸν καλεῖς, ἐπὶ τοὺς νόμους καλεῖς, ἐπὶ τὴν δημοκρατίαν καλεῖς. Ἂν δ' ἄρα ὑμῖν δόξῃ ἀκούειν, ἀξιώσατε τὸν Δημοσθένην τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπολογεῖσθαι ὅνπερ κἀγὼ κατηγόρηκα. (203) Ἐγὼ δὲ πῶς κατηγόρηκα; ἵνα καὶ ὑπομνήσω ὑμᾶς.

83 Οὔτε τὸν ἴδιον βίον τὸν Δημοσθένους πρότερον διεξῆλθον οὔτε τῶν δημοσίων ἀδικημάτων οὐδενὸς πρότερον ἐμνήσθην, ἄφθονα δήπου καὶ πολλὰ ἔχων λέγειν· ἢ πάντων γ' ἂν εἴην ἀπορώτατος· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὺς νόμους ἐπέδειξα ἀπαγορεύοντας μὴ στεφανοῦν τοὺς ὑπευθύνους, ἔπειτα τὸν ῥήτορα ἐξήλεγξα γράψαντα Δημοσθένην ὑπεύθυνον ὄντα στεφανοῦν οὐδὲν προβαλλόμενον, οὐδὲ προσεγγράψαντα « ἐπειδὰν δῷ τὰς εὐθύνας », ἀλλὰ παντελῶς καὶ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καταπεφρονηκότα· καὶ τὰς ἐσομένας πρὸς ταῦτα προφάσεις εἶπον, ἃς ἀξιῶ καὶ ὑμᾶς διαμνημονεύειν. (204) Δεύτερον δ' ὑμῖν διεξῆλθον τοὺς περὶ τῶν κηρυγμάτων νόμους, ἐν οἷς διαρρήδην ἀπείρηται τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας· ὁ δὲ ῥήτωρ ὁ φεύγων τὴν γραφὴν οὐ τοὺς νόμους μόνον παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως καὶ τὸν τόπον, κελεύων οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀλλ' ἐν τῷ θεάτρῳ τὴν ἀνάρρησιν γίνεσθαι, οὐδ' ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ μελλόντων τραγῳδῶν εἰσιέναι. Ταῦτα δ' εἰπὼν μικρὰ μὲν περὶ τῶν ἰδίων εἶπον, τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων. (205) Οὕτω δὴ καὶ τὸν Δημοσθένην ἀξιώσατε ἀπολογεῖσθαι πρὸς τὸν τῶν ὑπευθύνων νόμον πρῶτον καὶ τὸν περὶ τῶν κηρυγμάτων δεύτερον, τρίτον δὲ τὸ μέγιστον λέγω, ὡς οὐδὲ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς. Ἐὰν δ' ὑμῶν δέηται συγχωρῆσαι αὐτῷ περὶ τῆς τάξεως τοῦ λόγου, κατεπαγγελλόμενος ὡς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ἀπολογίας λύσει τὸ παράνομον, μὴ συγχωρεῖτε μηδ' ἀγνοεῖθ' ὅτι πάλαισμα τοῦτ' ἐστὶ δικαστηρίου· οὐ γὰρ εἰσαῦθίς ποτε βούλεται πρὸς τὸ παράνομον ἀπολογεῖσθαι, ἀλλ' οὐδὲν ἔχων δίκαιον εἰπεῖν ἑτέρων παρεμβολῇ πραγμάτων εἰς λήθην ὑμᾶς βούλεται τῆς κατηγορίας ἐμβαλεῖν. (206) Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ὁρᾶτε τοὺς πύκτας περὶ τῆς στάσεως ἀλλήλοις διαγωνιζομένους, οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὲρ τῆς πόλεως περὶ τῆς τάξεως αὐτῷ τοῦ λόγου μάχεσθε, καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν ἔξω τοῦ παρανόμου περιίστασθαι, ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάσει εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ πράγματος λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε. (207) Ἀλλ' ἃ δὴ συμβήσεται ὑμῖν, ἐὰν τοῦτον τὸν τρόπον τὴν ἀκρόασιν ποιῆσθε, ταῦθ'

ne vos quidem eum audiatis : non enim huc convenistis, ut reos qui legitimam defensionem respuunt audiatis, sed illos qui se recte atque ordine defendere parati sunt. (202) Sin autem justa defensione prætermissa Demosthenem accersat, potissimum nolite ferre hominem veteratorem, spectantem se verborum aucupiis leges sublaturum, neque hoc quispiam vestrûm sibi in laudis loco deputet, si interrogante Ctesiphonte, liceatne per vos Demosthenem advocare, primus exclamavit *voca, voca* : — contra te ipsum vocas, contra leges vocas, contra populi libertatem vocas — : quodsi vobis audire placeat Demosthenem, postulate ab eo, ut ad eam normam defensionem instituat, quam ego in accusatione sum secutus, (203) sic quodammodo, ut id vobis in memoriam revocem. Nec privatam Demosthenis vitam prius explicavi, nec ullius publici criminis mentionem feci, quum eorum ingens mihi adesset copia — aut omnium certe hominum essem infantissimus —, sed primo loco ostendi leges diserte vetare, ne corona donentur ii qui rationibus referendis sunt obnoxii; deinde oratorem redargui, quod Demosthenem, qui rationibus reddendis obnoxius est, corona donari jusserit, nullo prætextu interposito, non excusatione ea adscripta « *posteaquam rationes retulerit*, » sed vobis atque legibus penitus despectis : porro cavillationes quas contra hæc allaturi sunt exposui, quarum etiam ut vos memores sitis exoro. (204) Secundo loco leges vobis de præconiis percurri, quibus diserte interdictum est, ne quis a populo corona donatus extra concionem prædicetur : orator vero qui est reus non leges tantum transgressus est, sed et tempus et locum prædicationis commutavit, siquidem non in concione sed in theatro, non Atheniensibus in concionem congregatis sed tragœdis in scenam jam prodituris, præconium fieri decrevit. His expositis, pauca de privatis dixi, magnam autem partem in publicis ipsius criminibus oratio mea versata est. (205) Sic igitur et a Demosthene postuletis ut defensionem instituat, primo ad legem de iis qui rationibus reddendis sunt obnoxii, deinde ad legem de præconiis respondeat, tertio loco ad illud quod maximum dico, non esse dignum eum corona. Quodsi vos oret, ut de ordine dicendi suo se arbitrio uti concedatis, pollicitus se sub finem defensionis crimen de decreto contra leges facto soluturum, nequaquam concedite, neque vos fugiat callidam hanc esse technam ad eluctandum judicium : nunquam enim postea ad crimen decreti contra leges facti respondebit, sed, quum nihil habeat quod juste possit dicere, aliarum rerum injectione in oblivionem accusationis vos adducere cogitat. (206) Quemadmodum igitur in certaminibus gymnicis videtis pugiles inter se de statu decertare, sic et vos cum eo totum diem pro republica de dicendi ordine depugnate, neque eum sinite extra crimen violatæ legis per ambages evadere, sed audiendo illi immorantes atque insidentes intra causæ ipsius limites hominem coercete, verborumque ejus diverticula et anfractus observate. (207) Quæ autem vobis eventura sint, si hoc modo Demosthenem audiatis, æquum est ut prædicem. Intro-

ὑμῖν ἤδη δίκαιός εἰμι προειπεῖν. Ἐπεισάξει γὰρ τὸν γόητα καὶ βαλαντιοτόμον καὶ διατετμηκότα τὴν πολιτείαν. Οὗτος κλαίει μὲν ῥᾷον ἢ ἄλλοι γελῶσιν, ἐπιορκεῖ δὲ πάντων προχειρότατα· οὐκ ἂν θαυμάσαιμι δὲ εἰ μεταβαλλόμενος τοῖς ἔξω περιεστηκόσι λοιδορήσεται, φάσκων τοὺς μὲν ὀλιγαρχικοὺς ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας διηριθμημένους ἥκειν πρὸς τὸ τοῦ κατηγόρου βῆμα, τοὺς δὲ δημοτικοὺς πρὸς τὸ τοῦ φεύγοντος. (208) Ὅταν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς μὲν τοὺς στασιαστικοὺς λόγους ἐκεῖνο αὐτῷ ὑποβάλλετε « ὦ Δημόσθενες, εἰ σοὶ ἦσαν ὅμοιοι οἱ ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγόντες, οὐκ ἄν ποθ' ἡ δημοκρατία κατέστη. Νῦν δὲ ἐκεῖνοι μὲν μεγάλων κακῶν συμβάντων ἔσωσαν τὴν πόλιν τὸ κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα φθεγξάμενοι, μὴ μνησικακεῖν· σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημερὸν λόγων ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως. » Ὅταν δ' ἐπίορκος ὢν εἰς τὴν διὰ τῶν ὅρκων πίστιν καταφυγγάνῃ, ἐκεῖνο ἀπομνημονεύσατε αὐτῷ, ὅτι τῷ πολλάκις μὲν ἐπιορκοῦντι ἀεὶ δὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς μεθ' ὅρκων ἀξιοῦντι πιστεύεσθαι δυοῖν θάτερον ὑπάρξαι δεῖ, ὧν οὐδέτερόν ἐστι Δημοσθένει ὑπάρχον, ἢ τοὺς θεοὺς καινοὺς ἢ τοὺς ἀκροατὰς μὴ τοὺς αὐτούς. (209) Περὶ δὲ τῶν δακρύων καὶ τοῦ τόνου τῆς φωνῆς, ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ « ποῖ φύγω, ἄνδρες Ἀθηναῖοι; περιγράψατέ με ἐκ τῆς πολιτείας· οὐκ ἔστιν ὅποι ἀναπτήσομαι, » ἀνθυ-
84 ποβάλλετε αὐτῷ « ὁ δὲ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ποῖ καταφύγῃ, Δημόσθενες; πρὸς ποίαν συμμάχων παρασκευήν; πρὸς ποῖα χρήματα; τί προβαλλόμενος ὑπὲρ τοῦ δήμου πεπολίτευσαι; ἃ μὲν γὰρ ὑπὲρ σεαυτοῦ βεβούλευσαι, ἅπαντες ὁρῶμεν. Ἐκλιπὼν μὲν τὸ ἄστυ οὐκ οἰκεῖς, ὡς δοκεῖς, ἐν Πειραιεῖ, ἀλλ' ἐξορμεῖς ἐκ τῆς πόλεως, ἐφόδια δὲ πεπόρισαι τῇ σαυτοῦ ἀνανδρίᾳ τὸ βασιλικὸν χρυσίον καὶ τὰ δημόσια δωροδοκήματα. » (210) Ὅλως δὲ τί τὰ δάκρυα; τίς ἡ κραυγή; τίς ὁ τόνος τῆς φωνῆς; οὐχ ὁ μὲν τὴν γραφὴν φεύγων ἐστὶ Κτησιφῶν, ὁ δ' ἀγὼν οὐκ ἀτίμητος, σὺ δ' οὔτε περὶ τῆς οὐσίας οὔτε περὶ τοῦ σώματος οὔτε περὶ τῆς ἐπιτιμίας ἀγωνίζῃ; ἀλλὰ περὶ τίνος ἐστὶν αὐτῷ ἡ σπουδή; περὶ χρυσῶν στεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἐν τῷ θεάτρῳ παρὰ τοὺς νόμους· (211) ὃν ἐχρῆν, εἰ καὶ μανεὶς ὁ δῆμος ἢ τῶν καθεστηκότων ἐπιλελησμένος ἐπὶ τοιαύτης ἀκαιρίας ἐβούλετο στεφανοῦν αὐτόν, παρελθόντα εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰπεῖν « ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μὲν στέφανον δέχομαι, τὸν δὲ καιρὸν ἀποδοκιμάζω ἐν ᾧ τὸ κήρυγμα γίνεται· οὐ γὰρ δεῖ ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο, ἐπὶ τούτοις ἐμὲ στεφανοῦσθαι. » Ἀλλ' οἶμαι, ταῦτα μὲν ἂν εἴποι ἀνὴρ ὄντως βεβιωκὼς μετ' ἀρετῆς· ἃ δὲ σὺ λέξεις, εἴποι ἂν κάθαρμα ζηλοτυποῦν ἀρετήν. (212) Οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα τοῦτό γε ὑμῶν οὐδεὶς φοβήσεται, μὴ ὁ Δημοσθένης, ἀνὴρ μεγαλόψυχος καὶ τὰ πολεμικὰ διαφέρων, ἀποτυχὼν τῶν ἀριστείων οἴκαδε ἐπανελθὼν ἑαυτὸν διαχρήσηται· ὃς τοσοῦτον καταγελᾷ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥστε τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος

ducet enim *Ctesiphon* præstigiatorem illum et crumenarum sectorem et reipublicæ carnificem. Hic et facilius plorat quam alii rident, et mortalium omnium est ad pejerandum promptissimus: neque vero mirabor, si subita mutatione facta in eos qui foris circumsistunt maledicta congeret, dicetque homines paucorum potentiæ studiosos, ab ipsa etiam veritate discretos et dinumeratos, ad accusatoris suggestum, populares autem ad rei subsellia, convenisse. (208) Hæc igitur quum dicet, id ei contra seditiosas has orationes opponite: *Si tui similes fuissent, Demosthenes, qui populum exulantem a Phyla reduxerunt, nunquam hic popularis status fuisset constitutus. Nunc illi post gravissimas clades rempublicam conservarunt, pulcherrimo illo et ab humanitate disciplinaque profecto verbo usurpato,* NE QUIS INJURIARUM REMINISCERETUR: *at tu vulnera nobis refricas, majorque tibi quotidianarum orationum cura est quam publicæ salutis.* Quum autem homo in perjuriis versatus ad fidem jurejurando faciendam confugerit, illud eum commonete, viro, qui et sæpe pejerat semperque apud eosdem sibi fidem esse jurato postulat, duorum alterum suppetere oportere, quorum neutrum consecutus est Demosthenes, aut deos novos aut non eosdem auditores. (209) Jam quod ad lacrimas attinet et contentionem vocis, quum vos rogabit: *Quo confugiam, Athenienses? circumscribatis me ex republica; non est quo me recipiam,* hæc ei contra referte: *At populus Atheniensis quo confugiet, Demosthenes? ad quem sociorum apparatum vel ad quam pecuniam? quæ dum tu rempublicam gereres populo munimenta comparasti? nam quibus rebus tibi ipsi consulueris, omnes videmus. Urbe enim relicta non, ut te videri velis, in Piræeo habitas, sed fugam ex civitate spectas, jamque ignaviæ tuæ viatica providisti aurum regium et peculatu quæsitas opes.* (210) Denique quorsum lacrimæ? quorsum ejulatio? quorsum tanta illa vocis contentio? Nonne is qui causam dicit Ctesiphon est, causaque ipsa nequaquam ex iis quæ certationem de mulcta (ab actore constituta) non admittat, tu vero neque de fortunis neque de vita neque existimatione tua decertas? Qua tandem igitur de re laborat? De aureis coronis et præconiis in theatro legibus interdictis. (211) Quem, si populus aut furore præceps aut præsentis rerum status immemor tam alieno tempore eum corona donare vellet, in concionem progressum dixisse oportebat, *Athenienses, coronam quidem accipio, tempus autem, in quo fit præconium, non probo: nec enim decet propter quæ respublica luctu obruta est et comam totondit, propter ea me corona donari.* Hac opinor oratione uteretur vir bonus, qui vitam cum vera virtute conjunctam vixisset: quæ tu dices vero, scelerati sunt nebulonis inanem virtutis umbram consectantis. (212) Neque enim mehercule hoc quisquam vestrûm pertimescat, ne Demosthenes, magni vir animi et virtute bellica præcellens, præmiis fortitudinis frustratus se domum reversus interficiat; qui usque adeo laudis et gloriæ apud vos studium deridet, ut nefandum illud caput et rationibus referendis obnoxium,

παρὰ τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε καὶ τούτων μισθοὺς εἴληφε τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκονδύλισται, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται.

213. Περὶ δὲ Κτησιφῶντος τοῦ γράψαντος τὴν γνώμην βραχέα βούλομαι εἰπεῖν, τὰ δὲ πολλὰ ὑπερβήσομαι, ἵνα καὶ πεῖραν λάβω, εἰ δύνασθε τοὺς σφόδρα πονηρούς, κἂν μή τις προείπῃ, διαγινώσκειν· ὃ δ' ἐστὶ κοινὸν καὶ δίκαιον κατ' ἀμφοτέρων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι πρὸς ὑμᾶς, τοῦτ' ἐρῶ. Περιέρχονται γὰρ τὴν ἀγορὰν ἀληθεῖς κατ' ἀλλήλων ἔχοντες δόξας καὶ λόγους οὐ ψευδεῖς λέγοντες. (214) Ὁ μὲν γὰρ Κτησιφῶν οὐ τὸ καθ' ἑαυτόν φησι φοβεῖσθαι (ἐλπίζειν γὰρ δόξειν ἰδιώτης εἶναι), ἀλλὰ τὴν τοῦ Δημοσθένους ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίαν φησὶ φοβεῖσθαι καὶ τὴν ἐμπληξίαν καὶ δειλίαν· ὁ δὲ Δημοσθένης εἰς αὑτὸν μὲν ἀποβλέπων θαρρεῖν φησιν, τὴν δὲ τοῦ Κτησιφῶντος πονηρίαν καὶ πορνοβοσκίαν ἰσχυρῶς δεδιέναι. Τοὺς δὲ δὴ κατεγνωκότας ἀλλήλων ἀδικεῖν μηδαμῶς ὑμεῖς οἱ κοινοὶ κριταὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύσητε.

215. Περὶ δὲ τῶν εἰς ἐμαυτὸν λοιδοριῶν βραχέα βούλομαι προειπεῖν. Πυνθάνομαι γὰρ λέξειν Δημοσθένην ὡς ἡ πόλις ὑπ' αὐτοῦ μὲν ὠφέληται πολλά, ὑπ' ἐμοῦ δὲ καταβέβλαπται, καὶ τὸν Φίλιππον καὶ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὰς ἀπὸ τούτων αἰτίας ἀνοίσειν ἐπ' ἐμέ. Οὕτω γάρ ἐστιν, ὡς ἔοικε, δεινὸς δημιουργὸς λόγων, ὥστε οὐκ ἀπόχρη αὐτῷ, εἴ τι πεπολίτευμαι παρ' ὑμῖν ἐγὼ ἢ εἴ τινας δημηγορίας εἴρηκα, τούτων κατηγορεῖν, (216) ἀλλὰ καὶ τὴν ἡσυχίαν μου τοῦ βίου διαβάλλει καὶ τῆς σιωπῆς μου κατηγορεῖ, ἵνα μηδεὶς αὐτῷ τόπος ἀσυκοφάντητος παραλείπηται, καὶ τὰς ἐν τοῖς γυμνασίοις μετὰ τῶν νεωτέρων μου διατριβὰς καταμέμφεται, καὶ κατὰ τῆσδε τῆς κρίσεως εὐθὺς ἀρχόμενος τοῦ λόγου φέρει τινὰ αἰτίαν, λέγων ὡς ἐγὼ τὴν γραφὴν οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐγραψάμην, ἀλλ' ἐνδεικνύμενος Ἀλεξάνδρῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν. (217) Καὶ νὴ Δί', ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλει με ἀνερωτᾶν διὰ τί τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς πολιτείας αὐτοῦ ψέγω, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον οὐκ ἐκώλυον οὐδ' ἐγραφόμην, ἀλλὰ διαλιπὼν καὶ πρὸς τὴν πολιτείαν οὐ πυκνὰ προσιὼν ἀπήνεγκα τὴν γραφήν. Ἐγὼ δὲ οὔτε τὰς Δημοσθένους διατριβὰς ἐζήλωκα, οὔτ' ἐπὶ ταῖς ἐμαυτοῦ αἰσχύνομαι, οὔτε τοὺς εἰρημένους ἐν ὑμῖν λόγους ἐμαυτῷ ἀρρήτους εἶναι βουλοίμην, οὔτε τὰ αὐτὰ τούτῳ δημηγορήσας ἐδεξάμην ἂν ζῆν. (218) Τὴν δ' ἐμὴν σιωπήν, ὦ Δημόσθενες, ἡ τοῦ βίου μετριότης παρεσκεύασεν· ἀρκεῖ γάρ μοι μικρὰ καὶ μειζόνων αἰσχρῶς οὐκ ἐπιθυμῶ, ὥστε καὶ σιγῶ καὶ λέγω βουλευσάμενος ἀλλ' οὐκ ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει δαπάνης. Σὺ δ' οἶμαι λαβὼν μὲν σεσίγηκας, ἀναλώσας δὲ κέκραγας. Λέγεις δὲ οὐχ ὁπόταν σοι δοκῇ οὐδ' ἃ βούλει, ἀλλ' ὁπόταν οἱ μισθοδόται σοι προστάττωσιν· οὐκ αἰσχύνῃ δὲ ἀλαζονευόμενος ἃ παραχρῆμα ἐξελέγχῃ ψευ-

quod iste contra leges omnes coronandum decrevit, decies millies dissecuerit, ejusque rei mercedem tulerit, accusationibus de vulnere consulto illate institutis, pugnisque ita est a Midia concisus, ut eorum credam vestigia adhuc in corpore ejus eminere. Homo enim non tam caput gestat, quam reditum.

213. Jam porro de Ctesiphonte, qui scitum hoc scripsit, pauca mihi dicenda sunt; plurima autem præteribo, ut vestri faciam periculum, utrum homines improbitate præcellentes ipsi per vos, etiamsi nemo præmonuerit, internoscere possitis. Id tantum, quod istorum utriusque commune est quodque de iis apud vos merito dici potest, exponam. In foro igitur circumcursant veram alter de altero opinionem habentes, vocesque minime falsas jactantes. (214) Negat se Ctesiphon sibi quicquam timere; sperat enim se stolidum quendam et imperitum visum iri : sed Demosthenis in administranda republica quæstus flagitiosos et consternationem et ignaviam, ea vero se pertimescere confirmat. Demosthenes contra, quum in se ipse intuetur, securo se animo esse prædicat; at Ctesiphontis improbitatem et lenocinia vehementer perhorrescere. Quos igitur sua mutua sententia flagitiorum arguit, vos communes utriusque judices criminibus ne absolvite.

215. De iis vero quæ in me congeret maledictis pauca nunc præfabor. Audio enim Demosthenem dicturum, rempublicam a se quidem multa commoda, a me autem multa damna suscepisse, et simul Philippum et Alexandrum atque inde nata crimina in me rejecturum. Est enim, ut videtur, adeo callidus verborum artifex, ut jam non satis habeat, si quid ego in republica gessi vel si quas orationes apud vos habui, incusare, (216) sed ipsum vitæ meæ otium criminatur meumque silentium insimulat, ne quis ei locus scilicet calumniæ vacuus relinquatur; cœtus porro et colloquia, quæ in gymnasiis cum adolescentulis habeo, reprehendit; quin et contra hanc ipsam actionem statim orationis suæ initio crimen quoddam afferet, me litem ei intendisse non studio reipublicæ adductum, sed ut me Alexandro ostentarem propter inimicitias quæ illi cum isto intercedunt. (217) Enimvero, ut accepi, ex me etiam quæsiturus est, cur ego rerum a se gestarum summam reprehendam, singulas vero neque interpellarim neque in judicium adduxerim, sed longo demum intervallo, et quum in republica administranda non assidue versatus essem, ad accusandum accesserim. Ego vero neque Demosthenis consuetudinem et colloquia mihi unquam invidenda duxi, neque meorum me pudet, neque quæ coram vobis a me dicta sunt indicta esse velim, neque, si quales iste habuit conciones habuissem, mihi diutius vivendum putarem. (218) Meum vero silentium, Demosthenes, vitæ meæ continentia peperit : parvo enim sum contentus, nec majora turpiter concupisco, itaque et silentio utor et ad dicendum venio consilio adductus, non insita ingenio luxuria coactus. At tu opinor accepto munere siluisti, consumpto vociferatus es; dicis autem, non quum tibi videatur neque ea quæ velis, sed quum ii qui operam tuam mercantur imperarint : neque ea te pudet arroganter decantare, quæ paulo post a te conficta esse ar-

δόμενος. (219) Ἀπηνέχθη γὰρ ἡ κατὰ τοῦδε τοῦ ψηφίσματος γραφή, ἣν οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐνδείξεώς με φῂς ἀπενεγκεῖν, ἔτι Φιλίππου ζῶντος, πρὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι, οὔπω σοῦ τὸ περὶ Παυσανίαν ἐνύπνιον ἑωρακότος οὐδὲ πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν καὶ τὴν Ἥραν νύκτωρ διειλεγμένου. Πῶς ἂν οὖν ἐγὼ προενεδεικνύμην Ἀλεξάνδρῳ, εἴ γε μὴ ταὐτὸ ἐνύπνιον ἐγὼ καὶ Δημοσθένης εἴδομεν; (220) Ἐπιτιμᾷς δέ μοι εἰ μὴ συνεχῶς ἀλλὰ διαλείπων πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν ταύτην οἴει λανθάνειν μεταφέρων οὐκ ἐκ δημοκρατίας ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις οὐχ ὁ βουλόμενος ἀλλ' ὁ δυναστεύων κατηγορεῖ, ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ὁ βουλόμενος καὶ ὅταν αὐτῷ δοκῇ. Καὶ τὸ μὲν διὰ χρόνου λέγειν σημεῖόν ἐστιν ἐπὶ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ἀνδρὸς πολιτευομένου, τὸ δὲ μηδεμίαν παραλείπειν ἡμέραν ἐργαζομένου καὶ μισθαρνοῦντος. (221) Ὑπὲρ δὲ τοῦ μηδέπω κεκρίσθαι ὑπ' ἐμοῦ μηδὲ τῶν ἀδικημάτων τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ὅταν καταφεύγῃς ἐπὶ τοὺς τοιούτους λόγους, ἢ τοὺς ἀκούοντας ἐπιλήσμονας ὑπολαμβάνεις ἢ σαυτὸν παραλογίζῃ. Τὰ μὲν γὰρ περὶ τοὺς Ἀμφισσέας ἠσεβημένα σοι καὶ τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν δωροδοκηθέντα, χρόνων ἐγγεγενημένων ἐν οἷς ὑπ' ἐμοῦ φανερῶς ἐξηλέγχου, ἴσως ἐλπίζεις τὸν δῆμον ἀμνημονεῖν· (222) τὰ δὲ περὶ τὰς τριήρεις καὶ τοὺς τριηράρχους ἁρπάγματα τίς ἂν ἀποκρύψαι χρόνος δύναιτ' ἄν, ὅτε νομοθετήσας περὶ τῶν τριακοσίων, καὶ σαυτὸν πείσας Ἀθηναίους ἐπιστάτην τάξαι τοῦ ναυτικοῦ, ἐξηλέγχθης ὑπ' ἐμοῦ ἑξήκοντα καὶ πέντε νεῶν ταχυναυτουσῶν τριηράρχους ὑφῃρημένος, πλέον τῆς πόλεως ἀφανίζων ναυτικὸν ἢ ὅτε Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Νάξῳ ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους καὶ Πόλλιν ἐνίκησαν; (223) Οὕτω δὲ ταῖς αἰτίαις ἐνέφραξας τὰς κατὰ σαυτοῦ τιμωρίας, ὥστε τὸν κίνδυνον εἶναι μὴ σοὶ τῷ ἀδικήσαντι, ἀλλὰ τοῖς ἐπεξιοῦσι, πολὺν μὲν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Φίλιππον ἐν ταῖς διαβολαῖς φέρων, αἰτιώμενος δέ τινας ἐμποδίζειν τοὺς τῆς πόλεως καιρούς, ἀεὶ τὸ παρὸν λυμαινόμενος, τὸ δὲ μέλλον κατεπαγγελλόμενος. Οὐ τὸ τελευταῖον εἰσαγγέλλεσθαι μέλλων ὑπ' ἐμοῦ, τὴν Ἀναξίνου σύλληψιν τοῦ Ὠρείτου κατασκευάσας, τοῦ τὰ ἀγοράσματα Ὀλυμπιάδι ἀγοράζοντος, (224) καὶ τὸν αὐτὸν ἄνδρα δὶς στρεβλώσας τῇ σαυτοῦ χειρὶ ἔγραψας αὐτὸν θανάτῳ ζημιῶσαι; καὶ παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν Ὠρεῷ κατήγου, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τραπέζης ἔφαγες καὶ ἔπιες καὶ ἔσπεισας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλες ἄνδρα φίλον καὶ ξένον ποιούμενος. Καὶ τοῦτον ἀπέκτεινας, καὶ περὶ τούτων ἐν ἅπασιν Ἀθηναίοις ἐξελεγχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ καὶ κληθεὶς ξενοκτόνος οὐ τὸ ἀσέβημα ἠρνήσω, ἀλλ' ἀπεκρίνου ἐφ' ᾧ ἀνεβόησεν ὁ δῆμος καὶ ὅσοι ξένοι περιέστασαν τὴν ἐκκλησίαν· ἔφησθα γὰρ τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς
86 τραπέζης. (225) Ἐπιστολὰς δὲ σιγῶ ψευδεῖς καὶ κατασκόπων συλλήψεις καὶ βασάνους ἐπ' αἰτίαις ἀγενήτοις, ὡς ἐμοῦ μετά τινων ἐν τῇ πόλει νεωτερίζειν βουλομέ-

guentur. (219) Namque in judicium deducta est hæc de scito Ctesiphontis actio, quam tu me intendisse dictitas, non quo reipublicæ studerem, sed quo me Alexandro venditarem, Philippo etiam tum vivente, priusquam Alexander regnum obtineret, quum tu nondum illud de Pausania somnium videras, nondum cum Minerva et Junone noctu collocutus esses. Quomodo igitur me Alexandro ante tempus venditarem, nisi vero idem somnium ego et Demosthenes viderimus? (220) At in eo me criminaris, quod non continenter sed interjecto tempore ad populum accedam, idque nos latere arbitraris, istam te sententiam non ex populari imperio, sed alia quadam reipublicæ forma traduxisse. Namque ubi obtinet paucorum dominatus, non is qui vult, sed qui dominatur, accusat; in civitatibus vero liberis, qui vult et quandocunque ei videtur. Et vero cum aliqua temporis intermissione dicere virum indicat, qui quum tempora postulant et utilitas communis, ad rempublicam accedit; nec unum vero diem interponere, operarii est et quæstum aucupantis. (221) Quod autem nondum a me in judicium fueris adductus, nondum tuorum facinorum pœnas dederis, ad has rationes quum confugeris, vel auditores obliviosos esse existimas vel ipse tibi illudis. Quæ enim in Amphissensi negotio impie commisisti, quæ in rebus Euboicis quæstus causa fecisti, quoniam tempora jam effluxerunt quibus a me manifesto convictus es, eorum nunc fortasse populum oblitum esse speras : (222) rapinas vero tuas in triremium et trierarchorum negotio, quod unquam tempus obscurare queat, quum tu lege de trecentis navibus lata, perpulsoque populo ut te rei nauticæ curatorem præficeret, a me coram convictus es sexaginta quinque naves actuarias trierarchis ademisse, quo facto majorem civitati nostræ classem subripuisti, quam *quæ suppeteret* quum Athenienses navali apud Naxum prœlio Lacedæmonios Pollimque devicerunt? (223) Ita vero criminationibus pœnas tibi debitas obsepsisti, ut periculum sit non tibi qui injusta feceris, sed iis qui te judicio persequuntur, dum tu Alexandrum et Philippum inter calumniandum assidue in ore habes, dum certos homines reipublicæ opportunitates impedire insimulas, dum res quidem præsentes semper labefactas, deque futuris mirifice polliceris. Non denique, quum diem ego jam tibi dicturus essem, subdole effecisti ut Anaxinus Orita comprehenderetur, qui Olympiadi merces coemebat, (224) atque ipsum illum virum bis cruciatum decreto tuapte manu conscripto capitis damnasti? apud quem in Oreo diversabare, quocum ex eadem mensa ederas, biberas, libaveras, cujus dextræ dextram junxeras, cum quo amicitiam hospitiumque iniveras. Hunc, *inquam*, occidisti, et, quum a me coram universo populo sceleris hujus convictus esses atque hospitis occisor nominatus, impium facinus non negasti, sed illud respondisti, ad quod et populus, et quicunque advenæ concionem circumsistebant, clamorem sustulerunt : dixisti quippe, te reipublicæ salem hospitali mensæ prætulisse. (225) Jam falsas epistolas prætermitto, speculatorum comprehensiones, tormenta adhibita ob crimina nunquam admissa, quasi ego cum quibusdam hominibus

νου. Ἔπειτα ἐπερωτᾷν με, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλει, τίς ἂν εἴη τοιοῦτος ἰατρὸς ὅστις τῷ νοσοῦντι μεταξὺ μὲν ἀσθενοῦντι μηδὲν συμβουλεύοι, τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἐλθὼν εἰς τὰ ἔνατα διεξίοι πρὸς τοὺς οἰκείους ἃ ἐπιτηδεύσας ὑγιὴς ἂν ἐγένετο. (226) Σαυτὸν δ' οὐκ ἀντερωτᾷς, τίς ἂν εἴη δημαγωγὸς τοιοῦτος ὅστις τὸν μὲν δῆμον θωπεῦσαι δύναιτο, τοὺς δὲ καιροὺς ἐν οἷς ἦν σώζεσθαι τὴν πόλιν ἀποδοῖτο, τοὺς δ' εὖ φρονοῦντας κωλύοι διαβάλλων συμβουλεύειν, ἀποδρὰς δ' ἐκ τῶν κινδύνων καὶ τὴν πόλιν ἀνηκέστοις κακοῖς περιβαλὼν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι ἐπ' ἀρετῇ, ἀγαθὸν μὲν πεποιηκὼς μηδέν, πάντων δὲ τῶν κακῶν αἴτιος γεγονώς, ἐπερωτῴη δὲ τοὺς συκοφαντηθέντας ἐκ τῆς πολιτείας ἐπ' ἐκείνων τῶν καιρῶν ὅτ' ἐνῆν σώζεσθαι, διὰ τί αὐτὸν οὐκ ἐκώλυσαν ἐξαμαρτάνειν· (227) ἀποκρύπτοιτο δὲ τὸ πάντων τελευταῖον, ὅτι τῆς μάχης ἐπιγενομένης οὐκ ἐσχολάζομεν περὶ τὴν σὴν εἶναι τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἐπρεσβεύομεν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπέχρη σοι δίκην μὴ δεδωκέναι, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς αἰτεῖς καταγέλαστον ἐν τοῖς Ἕλλησι τὴν πόλιν ποιῶν, ἐνταῦθ' ἐνέστην καὶ τὴν γραφὴν ἀπήνεγκα.

228. Καὶ νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους, ὧν ἐγὼ πυνθάνομαι Δημοσθένην λέξειν, ἐφ' ᾧ νυνὶ μέλλω λέγειν ἀγανακτῶ μάλιστα. Ἀφομοιοῖ γάρ μου τὴν φύσιν ταῖς Σειρῆσιν, ὡς ἔοικε· καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνων οὐ κηλεῖσθαί φησι τοὺς ἀκροωμένους ἀλλ' ἀπόλλυσθαι, διόπερ οὐδ' εὐδοκιμεῖν τὴν τῶν Σειρήνων μουσικήν· καὶ δὴ καὶ τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν καὶ τὴν φύσιν μου γεγενῆσθαι ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἀκουόντων. Καίτοι τὸν λόγον τοῦτον ὅλως μὲν ἔγωγε οὐδενὶ πρέπειν ἡγοῦμαι περὶ ἐμοῦ λέγειν· τῆς γὰρ αἰτίας αἰσχρὸν τὸν αἰτιώμενόν ἐστι τὸ ἔργον μὴ ἔχειν ἐπιδεῖξαι· (229) εἰ δ' ἦν ἀναγκαῖον ῥηθῆναι, οὐ Δημοσθένους ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' ἀνδρὸς στρατηγοῦ μεγάλα μὲν τῇ πόλει κατειργασμένου, λέγειν δὲ ἀδυνάτου καὶ τὴν τῶν ἀντιδίκων διὰ τοῦτο ἐζηλωκότος φύσιν, ὅτι σύνοιδεν ἑαυτῷ μὲν οὐδὲν ὧν διαπέπρακται δυναμένῳ φράσαι, τὸν δὲ κατήγορον ὁρᾷ δυνάμενον καὶ τὰ μὴ πεπραγμένα ὑφ' αὐτοῦ παριστάναι τοῖς ἀκούουσιν ὡς διῴκηκεν. Ὅταν δ' ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος ἄνθρωπος, καὶ τούτων πικρῶν καὶ περιέργων, ἔπειτα ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὰ ἔργα καταφεύγῃ, τίς ἂν ἀνάσχοιτο; οὗ τὴν γλῶτταν ὥσπερ τῶν αὐλῶν ἐάν τις ἀφέλῃ, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστιν.

230. Θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ζητῶ πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν. Πότερον ὡς τὸ ψήφισμά ἐστιν ἔννομον; ἀλλ' οὐδεμία πώποτε γνώμη παρανομωτέρα γεγένηται. Ἀλλ' ὡς ὁ τὸ ψήφισμα γράψας οὐκ ἐπιτήδειός ἐστι δίκην δοῦναι; οὐκ ἄρ' εἰσὶ παρ' ὑμῖν εὐθῦναι βίου, εἰ τοῦτον ἀφήσετε. Ἐκεῖνο δ' οὐ λυπηρόν, εἰ πρότερον μὲν ἐνεπίμπλατο ἡ ὀρχήστρα χρυσῶν στεφάνων οἷς ὁ δῆμος ἐστεφανοῦτο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ ξενικοῖς στεφάνοις ταύτην ἀποδεδόσθαι τὴν ἡμέραν, ἐκ δὲ τῶν Δημοσθένους πολιτευμάτων ὑμεῖς μὲν ἀστεφάνωτοι καὶ ἀκήρυκτοι γί-

in civitate rebus novis studerem. At enim, ut audio, ex me porro quæsiturus est, qualis ille medicus habendus sit, qui ægro interea dum ægrotet nihil det consilii, postquam vero obierit, ad inferias accedens mortui necessariis ea commemoret, quæ si æger observasset convaluisset. (226) Te ipsum vero non contra rogas, qualis ille reipublicæ administrator sit, qui populum blanditiis delinire sciat; tempora, quibus civitas conservari poterat, vendiderit; cives rite sentientes calumniando ne consilia communicent deterreat; qui, quum periculis timide se subtraxerit remque publicam insanabilibus ærumnis implicarit, se virtutis ergo corona donandum esse contendat, quum nihil unquam boni fecerit, omnium vero calamitatum auctor unus exstiterit; qui nunc eos interroget qui illis temporibus, quibus civitas servari poterat, a republica administranda calumniis depulsi sunt, cur sibi quominus delinqueret non obstiterint? (227) qui denique celare studeat, quum prœlium supervenisset, otium nobis non fuisse de tuo supplicio cogitandi, sed de salute civitatis legatis huc illuc missis egisse: verum enimvero quando tibi non satis erat pœnas non dedisse, nisi etiam et præmia posceres civitatemque nostram Græcis omnibus deridendam objiceres, tum denique tibi obviam ivi litemque intendi.

228. Ceterum, per deos immortales, eorum omnium quæ dicturum esse Demosthenem audio, hoc quod jam vobis dicam indignissime fero. Ingenium meum cum Sirenibus comparat, si diis placet. Ab illis enim non tam permulcentur, inquit, auditores, quam ad perniciem adiguntur; quocirca male audit Sirenum harmonia. Ita meam in dicendo peritiam, meum ingenium, iis qui audiunt semper esse exitiosum. Atqui quum hanc de me orationem neminem omnino decere putem; turpe enim accusatori est, si criminationes suas re nequeat comprobare: (229) tum si cui illud dicendum fuisset, non ea Demosthenis oratio erat, sed imperatoris alicujus qui res quidem præclaras pro republica gesserit, dicendi autem facultate deseratur, quique ideo adversario ingenium suum miratus invideret, quum intelligat se nihil eorum quæ patraverit oratione explicare posse, accusatorem contra videat etiam ea quæ nunquam gesserit perinde auditoribus in conspectu ponere, quasi a se revera essent perfecta. Nunc vero quum homo totus ex vocabulis conflatus, iisque amaris et inaniter exquisitis, tandem ad orationis simplicitatem et facta confugit, quis æquo animo ferat? cui si quis linguam, ut tibiis, dempserit, reliquum nihil erit.

230. Ego equidem vos demiror, Athenienses, et scire velim, quibus demum rebus permoti actionem hanc sententiis vestris improbaretis. An quod scitum legitimum est? At nulla unquam sententia legibus magis adversa fuit. An quod is qui scitum fecit non dignus est supplicio? Ergo nullæ sunt apud vos rationum vitæ referendarum leges, si hunc absolveritis. Illud vero nonne ingemiscendum, si quidem olim aureis coronis, quibus populus a Græcis donabatur, referta erat orchestra, eo quod dies hic hospitalibus coronis constitutus erat: nunc ex Demosthenis in rep. administranda institutis vos neque coronis neque præconiis donati

νεσθε, οὗτος δὲ κηρυχθήσεται; (231) Καὶ εἰ μέν τις τῶν τραγικῶν ποιητῶν τῶν μετὰ ταῦτα ἐπεισαγόντων ποιήσειεν ἐν τραγῳδίᾳ τὸν Θερσίτην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων στεφανούμενον, οὐδεὶς ἂν ὑμῶν ὑπομείνειεν, ὅτι φησὶν Ὅμηρος ἄνανδρον αὐτὸν εἶναι καὶ συκοφάντην· αὐτοὶ δ' ὅταν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον στεφανῶτε, οὐκ οἴεσθε ἐν ταῖς τῶν Ἑλλήνων δόξαις συρίττεσθαι; οἱ μὲν γὰρ πατέρες ὑμῶν τὰ ἔνδοξα καὶ λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἀνετίθεσαν τῷ δήμῳ, τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ καταδεέστερα εἰς τοὺς ῥήτορας τοὺς φαύλους ἔτρεπον· Κτησιφῶν δ' ὑμᾶς οἴεται δεῖν ἀφελόντας τὴν ἀδοξίαν ἀπὸ Δημοσθένους περιθεῖναι τῷ δήμῳ. (232) Καὶ φατὲ μὲν εὐ-
87 τυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστέ, καλῶς ποιοῦντες, ψηφιεῖσθε δ' ὑπὸ μὲν τῆς τύχης ἐγκαταλελεῖφθαι, ὑπὸ Δημοσθένους δὲ εὖ πεπονθέναι; καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις τοὺς μὲν τὰς τῶν δώρων γραφὰς ἁλισκομένους ἀτιμοῦτε, ὃν δ' αὐτοὶ μισθοῦ πολιτευόμενον σύνιστε, στεφανώσετε; καὶ τοὺς μὲν κριτὰς τοὺς ἐκ τῶν Διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς κυκλίους χοροὺς κρίνωσι, ζημιοῦτε· αὐτοὶ δὲ οὐ κυκλίων χορῶν καθεστηκότες ἀλλὰ νόμων καὶ πολιτικῆς ἀρετῆς, τὰς δωρεὰς οὐ κατὰ τοὺς νόμους οὐδ' ὀλίγοις καὶ τοῖς ἀξίοις ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ δώσετε; (233) Ἔπειτ' ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου ὁ τοιοῦτος κριτὴς ἑαυτὸν μὲν ἀσθενῆ πεποιηκώς, ἰσχυρὸν δὲ τὸν ῥήτορα. Ἀνὴρ γὰρ ἰδιώτης ἐν πόλει δημοκρατουμένῃ νόμῳ καὶ ψήφῳ βασιλεύει· ὅταν δ' ἑτέρῳ ταῦτα παραδῷ, καταλέλυκεν αὐτὸς τὴν αὑτοῦ δυναστείαν. Ἔπειθ' ὁ μὲν ὅρκος, ὃν ὀμωμοκὼς δικάζει, συμπαρακολουθῶν αὐτὸν λυπεῖ· δι' αὐτὸν γὰρ οἶμαι γέγονε τὸ ἁμάρτημα· ἡ δὲ χάρις πρὸς ὃν ἐχαρίζετο ἄδηλος γεγένηται· ἡ γὰρ ψῆφος ἀφανὴς φέρεται.

234. Δοκοῦμεν δ' ἔμοιγε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀμφότερα καὶ κατορθοῦν καὶ παρακινδυνεύειν εἰς τὴν πολιτείαν οὐ σωφρονοῦντες. Ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν νῦν καιρῶν οἱ πολλοὶ τοῖς ὀλίγοις προΐεσθε τὰ τῆς δημοκρατίας ἰσχυρά, οὐκ ἐπαινῶ· ὅτι δ' οὐ γεγένηται φορὰ καθ' ἡμᾶς ῥητόρων πονηρῶν ἅμα καὶ τολμηρῶν, εὐτυχοῦμεν. Πρότερον μὲν γὰρ τοιαύτας φύσεις ἤνεγκε τὸ δημόσιον, αἳ ῥᾳδίως οὕτω κατέλυσαν τὸν δῆμον· ἔχαιρε γὰρ κολακευόμενος, ἔπειτ' αὐτὸν οὐχ οὓς ἐφοβεῖτο, ἀλλ' οἷς ἑαυτὸν ἐνεχείριζε, κατέλυσαν· (235) ἔνιοι δὲ καὶ αὐτοὶ τῶν τριάκοντα ἐγένοντο, οἳ πλείους ἢ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν πρὶν καὶ τὰς αἰτίας ἀκοῦσαι ἐφ' αἷς ἔμελλον ἀποθνήσκειν, καὶ οὐδ' ἐπὶ τὰς ταφὰς καὶ ἐκφορὰς τῶν τελευτησάντων εἴων τοὺς προσήκοντας παραγενέσθαι. Οὐχ ὑφ' ὑμῖν αὐτοῖς ἕξετε τοὺς πολιτευομένους; οὐ ταπεινώσαντες ἀποπέμψετε τοὺς νῦν ἐπηρμένους; οὐ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐπέθετο πρότερον τῇ τοῦ δήμου καταλύσει, πρὶν ἂν μεῖζον τῶν δικαστηρίων ἰσχύσῃ;

236. Ἡδέως δ' ἂν ἔγωγε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐναντίον ὑμῶν ὁμολογησαίμην πρὸς τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα, διὰ ποίας εὐεργεσίας ἀξιοῖ Δημοσθένην στεφανῶσαι. Εἰ μὲν γὰρ λέγεις, ὅθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ ψηφίσματος ἐποιή-

sitis, iste autem prædicatione sit ornandus? (231) Atqui si quis ex poetis tragicis, qui paulo post fabulas in scenam producturi sunt, faceret in tragœdia Thersitem a Græcis coronari, nemo vestrûm ferret, quoniam dicit eum Homerus ignavum et sycophantam fuisse : vos autem quum istiusmodi homini coronam imponetis, non putatis vos Græcorum omnium judiciis exsibilatum iri? Majores enim vestri, si quid rebus suis splendidum ac præclarum messet, id populo adscribebant; si quid abjectum atque infimum, in malos oratores conferebant : at Ctesiphon arbitratur, quam Demostheni detraxeritis ignominiam, populo vos circumjicere oportere. (232) Enimvero dicitis vos fortunatos esse, quemadmodum estis, et merito quidem, decreto autem confirmabitis vos a fortuna derelictos, a Demosthene beneficiis esse affectos, et quod est omnium absurdissimum, in iisdem judiciis eos qui repetundarum sunt damnati, infamia notatis, huic, quem ipsi scitis mercede remp. administrasse, coronam imponetis : ludorum etiam Dionysiacorum judices, si iniquam de choris cyclicis sententiam tulerint, mulctatis, iidem autem vos, non chororum cyclicorum judices constituti, sed legum virtutisque civilis, præmia non secundum leges neque paucis ac dignis, sed ei qui hæc ambiendo assecutus sit, largiemini. (233) Ergo ex judicio discedit talis judex, suis quidem opibus diminutis, oratoris autem auctis et confirmatis. Vir enim privatus in civitate libera lege et calculo suo rex est : quum vero hæc alteri concesserit, suum ipse principatum dissipavit. Deinde jurisjurandi quidem religio, qua obstrictus judicat, assidue ipsum comitans affiictat; ex illius scilicet violatione crimen natum est : gratia vero ei, cui beneficium facere studebat, non innotescit; nam calculus secreto redditur.

234. Videmur autem, Athenienses, simul et fortunati esse et de republica periclitari pari imprudentia. Nam quod his temporibus liberæ civitatis firmamenta multi paucis projicitis, non laudo : quod autem inde non increbuit in nos seges oratorum improborum simul et petulantium, eo nomine fortunati sumus. Talia enim ingenia tulit quondam respublica, quæ populum adeo facile perdiderunt. Gaudebat quippe assentationibus; ita illum non ii quos metuebat, sed ii quorum fidei se commiserat, everterunt. (235) Quorum quidem nonnulli etiam ipsi in triginta tyrannorum numero fuerunt, qui plus quam mille et quingentos cives indicta causa necaverunt, ne criminibus quidem auditis ob quæ erant morituri, neque ad mortuorum tumulos, ad cadaver efferendum, cognatis conveniendi copiam fecerunt. Ergo eos qui remp. administrant in potestate vestra non continebitis? non eos qui nunc elati insolentia sunt submissos ablegabitis? non meministis, nunquam quemquam prius se ad libertatem populi diluendam accinxisse, quam judiciorum auctoritate major evaserit?

236. Libenter equidem, Athenienses, rationem coram vobis inire velim cum isto qui decretum scripsit, quænam propter beneficia Demosthenem censeat corona esse donandum. Nam si dicis unde auspicatus es decretum, pro-

σω, ὅτι τὰς τάφρους τὰς περὶ τὰ τείχη καλῶς ἐτάφρευσε, θαυμάζω σου. Τοῦ γὰρ ταῦτ' ἐξεργασθῆναι καλῶς τὸ γεγενῆσθαι τούτων αἴτιον μείζω κατηγορίαν ἔχει· οὐ γὰρ περιχαρακώσαντα χρὴ τὰ τείχη οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα τὸν ὀρθῶς πεπολιτευμένον δωρεὰς αἰτεῖν, ἀλλ' ἀγαθοῦ τινος αἴτιον γεγενημένον τῇ πόλει. (237) Εἰ δὲ ἥξεις ἐπὶ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ψηφίσματος, ἐν ᾧ τετόλμηκας γράφειν ὡς ἔστιν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ἀφελὼν τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὸν κόμπον τοῦ ψηφίσματος ἅψαι τῶν ἔργων, ἐπίδειξον ἡμῖν ὅ τι λέγεις. Τὰς μὲν γὰρ περὶ τοὺς Ἀμφισσέας καὶ τοὺς Εὐβοέας δωροδοκίας παραλείπω· ὅταν δὲ τῆς πρὸς Θηβαίους συμμαχίας τὰς αἰτίας ἀνατιθῇς Δημοσθένει, τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας ἐξαπατᾷς, τοὺς δ' εἰδότας καὶ αἰσθανομένους ὑβρίζεις. Ἀφελὼν γὰρ τὸν καιρὸν καὶ τὴν δόξαν τὴν τούτων, δι' ἣν ἐγένετο ἡ συμμαχία, οἴει λανθάνειν ἡμᾶς τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα Δημοσθένει περιτιθείς. (238) Ἡλίκον δ' ἐστὶ τὸ ἀλαζόνευμα τοῦτο, ἐγὼ πειράσομαι μεγάλῳ σημείῳ διδάξαι. Ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολήν, ἐν ᾗ τά τε δὴ ἄλλα καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, « ἐγὼ » φησίν « ὑμῖν χρυσίον οὐ δώσω· μή με αἰτεῖτε· οὐ γὰρ λήψεσθε· » (239) Οὗτος μέντοι ὁ αὐτὸς ἐγκαταληφθεὶς ὑπὸ τῶν νυνὶ παρόντων αὐτῷ κινδύνων, οὐκ αἰτούντων Ἀθηναίων, αὐτὸς ἑκὼν κατέπεμψε τριακόσια τάλαντα τῷ δήμῳ· ἃ σωφρονῶν οὐκ ἐδέξατο. Ὁ δὲ κομίζων ἦν τὸ χρυσίον καιρὸς καὶ φόβος καὶ χρεία συμμάχων. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὴν Θηβαίων συμμαχίαν ἐξειργάζετο. Σὺ δὲ τὸ μὲν τῶν Θηβαίων ὄνομα καὶ τὸ τῆς δυστυχεστάτης συμμαχίας ἐνοχλεῖς ἀεὶ λέγων, τὰ δ' ἑβδομήκοντα τάλαντα ὑποσιωπᾷς ἃ προλαβὼν τοῦ βασιλικοῦ χρυσίου ἀπεστέρησας. (240) Οὐ δι' ἔνδειαν μὲν χρημάτων ἕνεκα πέντε ταλάντων οἱ ξένοι τοῖς Θηβαίοις τὴν ἄκραν οὐ παρέδοσαν; διὰ ἐννέα δὲ τάλαντα ἀργυρίου πάντων Ἀρκάδων ἐξεληλυθότων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἑτοίμων ὄντων βοηθεῖν ἡ πρᾶξις οὐ γεγένηται; σὺ δὲ πλουτεῖς καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς. Καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ τούτῳ, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ' ὑμῖν.

241. Ἄξιον δ' ἐστὶ καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν αὐτῶν θεωρῆσαι. Εἰ γὰρ τολμήσει Κτησιφῶν μὲν Δημοσθένην παρακαλεῖν λέξοντα εἰς ὑμᾶς, οὗτος δ' ἀναβὰς ἑαυτὸν ἐγκωμιάσει, βαρύτερον τῶν ἔργων ὧν πεπόνθατε τὸ ἀκρόαμα γίνεται. Ὅπου γὰρ δὴ τοὺς μὲν ὄντως ἄνδρας ἀγαθούς, οἷς πολλὰ καὶ καλὰ σύνισμεν ἔργα, ἐὰν τοὺς καθ' ἑαυτῶν ἐπαίνους λέγωσιν, οὐ φέρομεν· ὅταν δὲ ἄνθρωπος αἰσχύνη τῆς πόλεως γεγονὼς ἑαυτὸν ἐγκωμιάζῃ, τίς ἂν τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων;

242. Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀναισχύντου πραγματείας, ἐὰν σωφρονῇς, ἀποστήσῃ, ποίησαι δέ, ὦ Κτησιφῶν, διὰ

pterea quod fossas mœnibus obductas pulchre descripserit, demiror te. Nam in causa fuisse cur istæ *necessariæ* sint, culpam habet graviorem, quam quæ pulchra earundem descriptione *eluatur* : non enim, quod muros obvallarit, quod publica sepulcra diruerit, fidum oportet reipublicæ administratorem præmia postulare, sed quod bonum aliquod civitati compararit. (237) Quodsi venies ad secundam decreti partem, in qua scribere ausus es, virum bonum esse eum atque ea constanter et dicere et facere quæ maxime sint e re populi Atheniensis, demptis ex decreto arrogantia ac jactatione verborum ad facta redi, ostende nobis quid sit quod dicis. Quæstus enim sordidos, quos in rebus Amphissensium atque Euboicis fecit, prætermitto : quum vero societatis cum Thebanis factæ causas Demostheni adscribis, rei quidem ignaros decipis, eos vero qui sciunt atque sentiunt contumelia afficis. Nam dissimulato tempore sublataque horum amplitudine, propter quæ hæc societas facta est, illud nos latere arbitraris, te reipublicæ dignitatem Demostheni affinxisse. (238) Quanta autem hæc sit arrogantia, magno vos argumento conabor edocere. Persarum enim rex, non multo ante quam Alexander in Asiam trajecisset, misit ad populum contumeliosam admodum et barbaram epistolam, in qua quum multa alia dixerit a liberali disciplina alienissima, tum illud etiam sub fine scripsit : *Ego*, inquit, *vobis aurum non dabo; nolite a me petere, non enim accipietis*. (239) Idem tamen ille periculis in quibus etiam nunc versatur circumventus, populo Atheniensi non petenti trecenta talenta ipse ultro misit, quæ is prudens non accepit. Quod autem aurum illud vobis pertulit, tempus fuit, metus, sociorum indigentia. Eadem porro ipsa et Thebanorum societatem effecerunt. Tu vero Thebanorum nomen et infelicissimam illam societatem semper in ore habens nos obtundis, septuaginta autem talenta retices, quæ ex auro regio præcepta avertisti. (240) Nonne ob inopiam pecuniarum, quum quinque duntaxat talentis opus fuit, externi milites arcem Thebanis non tradiderunt? nonne propter novem talenta argenti, quum Arcades omnes in expeditionem egrederentur ducesque eorum ad opem ferendam essent parati, res confecta non est? At tu dives es habesque unde voluptatibus tuis sumptum suggeras, et ut in summa dicam, aurum regium apud istum, pericula penes vos sunt.

241. Operæ vero pretium est et vecordiam eorum spectare. Nam si Ctesiphon Demosthenem advocare ausus fuerit apud vos verba facturum, is autem conscenso suggestu se ipsum laudarit, gravior erit ipsis cladibus, quas perpessi estis, audita ista oratio. Nam quum eos qui revera sunt viri excellentes, quorum multas et præclaras esse res gestas probe scimus, si laudes ipsi suas prædicent, non sustinemus : ubi is homo, qui reipublicæ opprobrium fuit, se ipsum laudibus efferre cœperit, quis ea patienter audire poterit?

242. Ab impudenti igitur instituto, si sapis, desistes; causamque tuam, Ctesiphon, ipse defendes. Neque enim

σαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν. Οὐ γὰρ δή που τοῦτό γε σκήψῃ, ὡς οὐ δυνατὸς εἶ λέγειν. Καὶ γὰρ ἄτοπόν σοι συμβαίνει, εἰ πρῴην μέν ποθ' ὑπέμεινας πρεσβευτὴν ὡς Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου θυγατέρα χειροτονεῖσθαι συναχθεσθησόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μολοττῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, νυνὶ δὲ οὐ φήσεις δύνασθαι λέγειν. Ἔπειτα γυναῖκα μὲν ἀλλοτρίαν πενθοῦσαν δύνασαι παραμυθεῖσθαι, γράψας δὲ μισθοῦ ψήφισμα οὐκ ἀπολογήσῃ; (243) ἢ τοιοῦτός ἐστιν ὃν γέγραφας στεφανοῦσθαι, οἷος μὴ γινώσκεσθαι ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων, ἂν μή τίς σοι συνείπῃ; ἐπερώτησον δὴ τοὺς δικαστὰς εἰ ἐγίνωσκον Χαβρίαν καὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ' αὐτῶν διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν. Ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δὲ ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε, Τιμοθέῳ δὲ διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν, καὶ ἄλλοις, ὧν ἑκάστῳ πολλὰ καὶ καλὰ κατὰ πόλεμον ἔργα πέπρακται. (244) Δημοσθένει δ' ἐάν τις ἐρωτᾷ διὰ τί; ὅτι δωροδόκος, ὅτι δειλός, ὅτι τὴν τάξιν ἔλιπε. Καὶ πότερον τοῦτον τιμήσετε, ἢ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀτιμώσετε καὶ τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας; οὓς νομίζεθ' ὁρᾶν σχετλιάζοντας εἰ οὗτος στεφανωθήσεται. Καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινόν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα καὶ τοὺς λίθους καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τῳ ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν, καὶ ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν, (245) Δημοσθένην δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸν γράψαντα μὲν τὴν πανυστάτην ἔξοδον, προδόντα δὲ τοὺς στρατιώτας, τοῦτον ὑμεῖς τιμήσετε. Οὐκοῦν ὑβρίζονται μὲν οἱ τελευτήσαντες, ἀθυμότεροι δὲ οἱ ζῶντες γίνονται ὁρῶντες τῆς ἀρετῆς ἆθλον τὸν θάνατον κείμενον, τὴν δὲ μνήμην ἐπιλείπουσαν. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι πρὸς ποῖον χρὴ παράδειγμα αὑτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι, τί κρινεῖτε; (246) Εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐχ αἱ παλαῖστραι οὐδὲ τὰ διδα-
89 σκαλεῖα, οὐδ' ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα. Κηρύττεταί τις ἐν τῷ θεάτρῳ ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας καὶ εὐνοίας ἄνθρωπος ἀσχημονῶν τῷ βίῳ καὶ βδελυρός· ὁ δέ γε νεώτερος ταῦτ' ἰδὼν διεφθάρη. Δίκην τις δέδωκε πονηρὸς καὶ πορνοβοσκὸς ὥσπερ Κτησιφῶν· οἱ δέ γε ἄλλοι πεπαίδευνται. Τἀναντία τις ψηφισάμενος τῶν καλῶν καὶ δικαίων ἐπανελθὼν οἴκαδε παιδεύει τὸν υἱόν· ὁ δέ γε εἰκότως οὐ πείθεται, ἀλλὰ τὸ νουθετεῖν ἐνταῦθα ἐνοχλεῖν ἤδη καὶ δικαίως ὀνομάζεται. (247) Ὡς οὖν μὴ μόνον κρίνοντες ἀλλὰ καὶ θεωρούμενοι, οὕτω τὴν ψῆφον φέρετε, εἰς ἀπολογισμὸν τοῖς νῦν μὲν οὐ παροῦσι τῶν πολιτῶν, ἐπερησομένοις δὲ ὑμᾶς τί ἐδικάζετε. Εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τοιαύτη δόξει ἡ πόλις εἶναι, ὁποῖός τις ἂν ᾖ ὁ κηρυττόμενος· ἔστι δὲ ὄνειδος μὴ τοῖς προγόνοις ἀλλὰ τῇ Δημοσθένους ἀνανδρίᾳ προσεικασθῆναι. (248) Πῶς οὖν ἄν τις τὴν τοιαύτην αἰσχύνην ἐκφύγοι; ἐὰν τοὺς προκαταλαμβάνοντας

hoc scilicet prætextu inniteris, te non esse dicendi peritum. Namque absurdum tibi acciderit, si nuper quidem te legatum ad Cleopatram Philippi filiam populi suffragiis creari passus es, ut cum ea de Alexandri Molossorum regis interitu condoleres, nunc autem te dicendi facultate instructum esse negabis. Mulierem igitur peregrinam lugentem consolari potes, scripto autem abs te mercedis ergo plebiscito te ipse non defendes? (243) An vero talis est is quem corona donandum decrevisti, ut ab iis in quos beneficia contulit ignoretur, nisi quis se tibi in dicendo adjutorem præbeat? Percontare judices, norintne Chabriam, Iphicratem, Timotheum, et quære ab iis, qua de causa præmia illis tribuerint imaginesque collocarint. Omnes tibi uno ore respondebunt, Chabriæ honorem concessum ob navalem illam ad Naxum pugnam, Iphicrati quod moram Lacedæmoniorum occiderit, Timotheo propter navigationem illam ad Corcyram liberandam, ceteris itidem, quorum multas quisque res ac præclaras bello confecerat. (244) At Demostheni præmium quamobrem tribuetis, si quis roget? Quod muneribus corruptus, quod timidus sit, quod locum in acie deseruerit. Utrum igitur huic honorem habebitis, an potius et vos ipsos et eos qui pro vobis in prœlio occubuerunt ignominia afficietis? quos fingite vos videre indigne ferentes et quiritantes, si iste coronabitur. Acerbum utique illud esset, Athenienses, siquidem ligna, lapides, ferrum, res mutas sensuque carentes, si quem delapsa exanimarint, exterminemus; ejusque, qui sibi necem consciverit, manum quæ hoc commisit separatim sepeliamus: (245) Demosthenem, eum, Athenienses, qui ultimam hanc expeditionem decrevit, qui milites prodidit, honore vos ornabitis. Ergo contumelia afficiuntur mortui, vivi ad desperationem adiguntur, quum videant virtuti quidem mortem esse præmium propositum, memoriam autem suam interire. Jam quod est omnium maximum, si a vobis quærant adolescentes, quodnam ad exemplum vitam suam conformare debeant, quid sitis pronuntiaturi? (246) Probe enim nostis, non palæstra, non literarum ludis, non musica tantum juvenes erudiri, sed multo etiam magis publicis præconiis. Prædicatur aliquis in theatro, quod corona donatur virtutis ergo ac fortitudinis et benevolentiæ, homo vita immodestus atque contaminatus? Adolescens hisce visis corrumpitur. Pœnas dedit improbus aliquis et in lenocinio versatus, ut Ctesiphon? Ceteri erudiuntur. Scitumne aliquis honesto atque æquo adversum tulit, inde domum reversus filium instituere aggreditur? At is jure non auscultat; monere enim et præcipere, merito hic obtundere nominatur. (247) Quocirca non solum quasi judicantes, sed quasi omnium oculis observati, ita sententiam ferte, ut iis civibus rationem reddere possitis qui nunc quidem non adsunt, sed vos quid judicaveritis interrogabunt. Probe enim nostis, Athenienses, talem visum iri civitatem, qualis est ille de quo fit præconium: atqui turpissimum sit, vos non cum majoribus vestris sed cum Demosthenis ignavia comparari. (248) Quonam igitur modo hujusmodi dedecus evitari possit? Si eos scilicet qui nomina popularia et humanitatis

τὰ κοινὰ καὶ φιλάνθρωπα τῶν ὀνομάτων, ἀπίστους ὄντας τοῖς ἤθεσι, φυλάξησθε. Ἡ γὰρ εὔνοια καὶ τὸ τῆς δημοκρατίας ὄνομα κεῖται μὲν ἐν μέσῳ, φθάνουσι δ' ἐπ' αὐτὰ καταφεύγοντες τῷ λόγῳ ὡς ἐπὶ πολὺ οἱ τοῖς ἔργοις πλεῖστον ἀπέχοντες. (249) Ὅταν οὖν λάβητε ῥήτορα ξενικῶν στεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπιθυμοῦντα, ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε τῶν λόγων, ὥσπερ καὶ τὰς βεβαιώσεις τῶν κτημάτων ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι, εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα. Ὅτῳ δὲ ταῦτα μὴ μαρτυρεῖται, μὴ βεβαιοῦτε αὐτῷ τοὺς ἐπαίνους, καὶ τῆς δημοκρατίας ἐπιμελήθητε ἤδη διαφευγούσης ὑμᾶς. (250) Ἢ οὐ δεινὸν δοκεῖ ὑμῖν εἶναι εἰ τὸ μὲν βουλευτήριον καὶ ὁ δῆμος παρορᾶται, αἱ δ' ἐπιστολαὶ καὶ πρεσβεῖαι ἀφικνοῦνται εἰς ἰδιωτικὰς οἰκίας, οὐ παρὰ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων ἀλλὰ παρὰ τῶν πρωτευόντων ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Εὐρώπῃ; καὶ ἐφ' οἷς ἐστιν ἐκ τῶν νόμων ζημία θάνατος, ταῦτά τινες οὐκ ἐξαρνοῦνται πράττειν, ἀλλ' ὁμολογοῦσιν ἐν τῷ δήμῳ, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀλλήλοις παραναγινώσκουσιν, καὶ παρακελεύονται ὑμῖν οἱ μὲν βλέπειν εἰς τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα ὡς φύλακες τῆς δημοκρατίας, ἕτεροι δ' αἰτοῦσι δωρεὰς ὡς σωτῆρες τῆς πόλεως ὄντες. (251) Ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῆς ἀθυμίας τῶν συμβεβηκότων ὥσπερ παραγεγηρακὼς ἢ παρανοίας ἑαλωκὼς αὐτὸ μόνον τοὔνομα τῆς δημοκρατίας περιποιεῖται, τῶν δ' ἔργων ἑτέροις παρακεχώρηκεν. Ἔπειτ' ἀπέρχεσθε ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν οὐ βουλευσάμενοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῶν ἐράνων, τὰ περιόντα νειμάμενοι. Ὅτι δ' οὐ ληρῶ, ἐκεῖθεν τὸν λόγον θεωρήσατε. (252) Ἐγένετό τις (ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημένος τὰς ἀτυχίας τῆς πόλεως) ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης, ὃς ἐκπλεῖν εἰς Σάμον ἐπιχειρήσας ὡς προδότης τῆς πατρίδος αὐθημερὸν ὑπὸ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς θανάτῳ ἐζημιώθη. Ἕτερος δ' ἐκπλεύσας ἰδιώτης εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρῴην ποτὲ εἰσηγγέλθη καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν. (253) Ἀντιθῶμεν δὴ τὸ νῦν γινόμενον. Ἀνὴρ ῥήτωρ, ὁ πάντων τῶν κακῶν αἴτιος, ἔλιπε μὲν τὴν ἀπὸ στρατοπέδου τάξιν, ἀπέδρα δ' ἐκ τῆς πόλεως· οὗτος στεφανοῦσθαι ἀξιοῖ καὶ κηρύττεσθαι οἴεται δεῖν. Οὐκ ἀποπέμψετε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφοράν; ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων, ἐπ' ὀνομάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα, τιμωρήσεσθε; (254) Καὶ τὸν καιρὸν μέμνησθε ἐν ᾧ τὴν ψῆφον φέρετε. Ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι καὶ τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἑλλήνων συλλέγεσθαι· διαβέβληται δ' ἡ πόλις ἐκ τῶν Δημοσθένους πολιτευμάτων περὶ τοὺς νῦν καιρούς· δόξετε δ', ἐὰν μὲν τοῦτον στεφανώσητε, ὁμογνώμονες εἶναι τοῖς παραβαίνουσι τὴν κοινὴν εἰρήνην, ἐὰν δὲ τοὐναντίον τούτου πράξητε, ἀπολύσετε τὸν δῆμον τῶν αἰτιῶν.

255. Μὴ οὖν ὡς ὑπὲρ ἀλλοτρίας ἀλλ' ὡς ὑπὲρ οἰκείας τῆς πόλεως βουλεύεσθε, καὶ τὰς φιλοτιμίας μὴ νέμετε ἀλλὰ κρίνετε, καὶ τὰς δωρεὰς εἰς βελτίω σώματα καὶ ἀξιολογωτέρους ἄνδρας ἀπόθεσθε. Καὶ μὴ μόνον τοῖς

plena præoccupant, moribus autem sunt infidi, caveatis. Benevolentia enim et popularis status nomen in medio posita sunt; verum ea verbis plerumque ante alios occupant, qui factis longissime ab iis distant. (249) Itaque quum oratorem nacti fueritis coronarum externarum et præconiorum apud Græcos faciendorum cupidum, revocare eum jubete verborum probationes, sicuti bonorum possessionem confirmare lex jubet, ad vitam laudabilem et mores modestos : cui vero hæc testimonia desunt, ei suas laudes constabilire nolite. Ita enim popularis imperii curam habebitis, vobis jam paulatim de manibus elabentis. (250) Quid enim? non indignum vobis videtur, senatum populumque despici, literas autem ac legationes in privatas domos pervenire, non eas a vulgaribus quidem hominibus missas, sed ab iis qui in Asia atque Europa principatum obtinent? Et quibus facinoribus capitale legibus supplicium constitutum est; ea se nonnulli committere non infitiantur, sed palam apud populum confitentur, et literas inter se conferunt recitantque, atque alii vos hortantur ut in ora sua, quasi popularis imperii sint custodes, oculos figatis, alii præmia poscunt, tanquam publicæ salutis conservatores : (251) populus autem ob ea quæ acciderunt animo fractus, quasi senio confectus aut delirio captus sit, nomen solum dominationis popularis retinet, res ipsas aliis concessit. Deinde ex concionibus disceditis, non ut qui consultaritis, sed veluti ex cœna collatitia fragmentis quæ supersunt distributis. Ut autem non inania me effutire constet, id quod dico ex his considerate. (252) Fuit hic—magno equidem cum dolore miserias civitatis sæpius commemoro—vir quidam privatus, qui ad Samum tantum navigare aggressus, tanquam proditor patriæ eo ipso die a senatu Areopagitico morte mulctatus est. Alter item privatus Rhodum navi profectus, quod metum publicum non viriliter tulisset, nuper læsæ majestatis postulatus est, et pares calculos habuit : quod si unus dumtaxat calculus aliter cecidisset, aut exterminatus esset aut morti addictus. (253) Cum his igitur id quod nunc fit conferamus. Orator quidam malorum omnium civitati auctor locum in acie deseruit, ex urbe profugit : is se corona donari postulat et præconis voce prædicari oportere censet. Non vos hominem ut communem Græcorum pestem amandabitis, aut comprehensum, tanquam rerum prædonem verbis quasi navigio per rempublicam navigantem, supplicio afficietis? (254) Ac temporis quoque memores sitis, in quo sententiam pronuntiatis. Paucos jam intra dies Pythia futura sunt Græcorumque cogetur conventus; magna hoc ipso tempore invidia laborat civitas nostra propter Demosthenis in republica gerenda consilia : si igitur hunc corona donabitis, cum iis qui communem pacem violant consentire videbimini; sin aliter feceritis, populum his criminibus absolvetis.

255. Ne igitur quasi de aliena civitate sed ut de vestra propria consulite, neque honores spargite sed judicio adhibito tribuite; et præmia in melioribus personis virisque magis probatis collocate, neque solum auribus exquirentes,

ὦσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄμμασι διαβλέψαντες εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς βουλεύσασθε, τίνες ὑμῶν εἰσιν οἱ βοηθήσοντες Δημοσθένει, πότερον οἱ συγκυνηγέται ἢ οἱ συγγυμνασταὶ αὐτοῦ, ὅτ' ἦν ἐν ἡλικίᾳ. Ἀλλὰ μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, οὐχ ὗς ἀγρίους κυνηγετῶν οὐδὲ τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας ἐπιμελόμενος, ἀλλ' ἐπασκῶν τέχνας ἐπὶ τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους διαγεγένηται. (256) Ἀλλ' εἰς τὴν ἀλαζονείαν ἀποβλέψαντες, ὅταν φῇ Βυζαντίους μὲν ἐκ τῶν χειρῶν πρεσβεύσας ἐξελέσθαι τοῦ Φιλίππου, ἀποστῆσαι δὲ Ἀκαρνᾶνας, ἐκπλῆξαι δὲ Θηβαίους δημηγορήσας· οἴεται γὰρ ὑμᾶς εἰς τοσοῦτον εὐηθείας ἤδη προβεβηκέναι ὥστε καὶ ταῦτα ἀναπεισθήσεσθαι, ὥσπερ Πειθὼ τρέφοντας ἀλλ' οὐ συκοφάντην ἄνθρωπον ἐν τῇ πόλει. (257) Ὅταν δ' ἐπὶ τελευτῆς ἤδη τοῦ λόγου συνηγόρους τοὺς κοινωνοὺς τῶν δωροδοχημάτων αὑτῷ παρακαλῇ, ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ νῦν ἑστηκὼς ἐγὼ λέγω, ἀντιπαρατεταγμένους πρὸς τὴν τούτων ἀσέλγειαν τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας, Σόλωνα μὲν τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν, ἄνδρα φιλόσοφον καὶ νομοθέτην ἀγαθόν, σωφρόνως, ὡς προσῆκεν αὐτῷ, δεόμενον ὑμῶν μηδενὶ τρόπῳ τοὺς Δημοσθένους λόγους περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν νόμων, (253) Ἀριστείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος, σχετλιάζοντα ἐπὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης προπηλακισμῷ, καὶ ἐπερωτῶντα εἰ οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην κομίσαντα εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον, ἐπιδημήσαντα εἰς τὴν πόλιν, πρόξενον ὄντα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, παρ' οὐδὲν μὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, ἐξεκήρυξαν δ' ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐξ ἁπάσης ἧς Ἀθηναῖοι ἄρχουσιν, (259) ὑμεῖς δὲ Δημοσθένην, οὐ κομίσαντα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον, ἀλλὰ δωροδοκήσαντα καὶ ἔτι καὶ νῦν κεκτημένον, χρυσῷ στεφάνῳ μέλλετε στεφανοῦν. Θεμιστοκλέα δὲ καὶ τοὺς ἐν Μαραθῶνι τελευτήσαντας καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους τοὺς τῶν προγόνων οὐκ ἂν οἴεσθε στενάξαι, εἰ ὁ μετὰ τῶν βαρβάρων ὁμολογῶν τοῖς Ἕλλησιν ἀντιπράττειν στεφανωθήσεται;

260. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία, ᾗ διαγινώσκομεν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα. Καὶ εἰ μὲν καλῶς καὶ ἀξίως τοῦ ἀδικήματος κατηγόρηκα, εἶπον ὡς ἐβουλόμην, εἰ δὲ ἐνδεεστέρως, ὡς ἐδυνάμην. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων καὶ ἐκ τῶν παραλελειμμένων αὐτοὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑπὲρ τῆς πόλεως ψηφίσασθε.

sed etiam oculis in vosmet ipsos conversis, dispicite, quinam vestrûm Demostheni sint opem laturi? utrumne qui ipsi in venatu, an qui in certaminibus gymnicis, dum esset adolescens, socii fuerunt? At medius fidius! non in apris silvestribus insectandis, non in corporis valetudine curanda versatus est, sed in machinis adversus locupletium fortunas struendis vitam produxit. (256) Sed vos arrogantiam hominis spectantes, quum dicet se Byzantium legatione e Philippi manibus extorsisse, Acarnanas ad deficiendum concitasse, Thebanos concionibus suis attonitos rapuisse, — vos enim eo jam stultitiæ processisse arbitratur, ut etiam hæc credituri sitis, proinde quasi Suadam in urbe vestra, non calumniatorem alatis. (257) Quum denique in extrema jam orationis parte sordium suarum socios sibi accerset, fingite vos intueri hoc ipso in suggestu, quo ego nunc insistens loquor, contra petulantem istorum improbitatem veluti acie instructos viros optime de republica meritos; Solonem qui pulcherrimis legibus popularis dominationis statum exornavit, virum et sapientiæ studio deditum et legum scriptorem præstantem, pudenter, ut ei conveniebat, vos obtestantem ne ullo modo Demosthenis conciones pluris quam sacramenta et leges faciatis; (258) Aristidem qui vectigalia Græcis descripsit, cujus defuncti filias populus in matrimonium collocavit, contumeliosum justitiæ ludibrium stomachantem, percunctantem porro, an non vos pudeat, quum majores vestri Arthmium Zelitam, quod aurum a Medis in Græciam deportasset, virum in civitate diversantem, cum populo Atheniensi hospitio conjunctum, tantum non interfecerint, ex urbe autem et ex omni, quod Atheniensium ditione tenetur, solo præconio exterminarint: (259) vos Demosthenem, qui non aurum a Medis in Græciam deportavit, sed muneribus se corrumpi passus est eaque etiam nunc domi possidet, aurea corona donare. Themistoclem autem eosque qui apud Marathonem et Platæas mortem oppetiverunt, ipsa denique majorum sepulcra non putatis graves gemitus editura, si is, qui cum barbaris adversus Græcos se conspirasse profitetur, corona exornabitur?

260. Ego igitur, o Terra, Sol, Virtus, Intelligentia, Doctrina, qua honesta ab inhonestis discernimus! opem tuli et peroravi. Quodsi recte et pro magnitudine criminis accusavi, dixi ut volui: sin deterius, ut potui. Vos autem, quum ex iis quæ dicta sunt, tum ex iis quæ silentio prætermissa, ipsi justam reique publicæ utilem sententiam pronuntiate.

[ΑΙΣΧΙΝΟΥ] ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Ὅτι Αἰσχίνης μὴ ἑλὼν Κτησιφῶντα, μᾶλλον δὲ Δημοσθένην, οὗ κατηγόρει, μηδὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων μεταλαβὼν, τὴν ἀτιμίαν οὐ φέρων, τὰς μὲν Ἀθήνας ἀπέλιπεν, εἰς δὲ Ῥόδον μετῴκησεν, παντί που γνώριμον. Ἐκεῖ τοίνυν ταυτασὶ τὰς ἐπιστολὰς σχεδὸν ἁπάσας γράψας, πῇ μὲν τοῖς φίλοις τάς τε ἀποδημίας καὶ τἄλλα τὰ καθ' αὑτὸν ἐδήλωσε, πῇ δὲ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπιχαιρεκακίαν ἠμύνατο, πῇ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὡς μηδὲν ἐξαμαρτόντος, ἀπολογούμενος, καὶ συμβουλεύων γνωσιμαχεῖν, καθόδου τυχεῖν ἐφίεται.

I. ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ.

Λύσαντες ἐκ Μουνυχίας ἑσπέρας λαμπρῷ σφόδρα Σκίρωνι περὶ μέσην ἡμέραν κατήχθημεν εἰς Κορησσὸν τὴν Κείων. Καθίσαντες δὲ ἡμέρας ἐννέα (καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος), εἶτα ἑσπέρας λύσαντες ἅμα τῇ ἕῳ εἰς Δῆλον ἤλθομεν. (2) Δήλιοι δὲ ἐνόσουν λοιμώδη τινὰ νόσον· τὰ μὲν πρόσωπα ἐπίμπλαντο λεύκης καὶ τὰς τρίχας λευκοὶ ἐγίνοντο, ὁ δὲ τράχηλος καὶ τὰ στέρνα ἀνῴδει, πυρετοὶ δ' οὐκ ἐγίνοντο οὐδὲ ἀλγηδόνες μεγάλαι, οὐδὲ τὰ κάτω μέρη παρήλλαττεν οὐδέν τι. Ταῦτα δ' ἐπείθοντο κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος αὐτοῖς συμβεβηκέναι, ταφέντος ἐν τῇ νήσῳ τινὸς τῶν ἐπιφανῶν, οὐ πρότερον εἰωθός· ἐκ τούτου προσβαλεῖν αὐτοῖς τὸν θεὸν τὴν νόσον ταύτην ὑπελάμβανον. (3) Ἡμεῖς δὲ ὥσπερ εἴς τι ἔθνος ἀλλόφυλον ἢ νῆσον ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ ἀφιγμένοι, καὶ ἰδόντες ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους, νυκτὸς ἔτι ἀποφεύγοντες ᾠχόμεθα, πυνθανόμενοι ἀλλήλων κατὰ τὸν πόρον, εἰ τὸ χρῶμα ἔχει ἕκαστος οἷον ἐκόμιζεν οἴκοθεν, καὶ τὰς τρίχας. Ζάλη δὲ καὶ ἄνεμος ἐξώστης ἐμπεσὼν ἀπήνεγκεν ἡμᾶς ὑπὲρ Κρήτην πλησίον Ψαμαθοῦντος. (4) Ὡς δὲ ἐν συνόπτῳ ἦμεν ἤδη, ἀντιπνεῖ πνεῦμα Λιβυκόν. Εἶτα πνεύσαντος ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου πάλιν πέντε νύκτας ἐν θαλάττῃ ἐφερόμεθα, ἐν αἷς προσέσχομεν Ἀθρώνῃ, ἵνα μάθωμεν μὴ πολυπραγμονεῖν, εἴ τις ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι κατὰ τοὺς νόμους ἢ μὴ στεφανοῦται. Κἀκεῖθεν τέτταρσιν ἡμέραις ἀφικόμεθα εἰς ἐπίνειόν τι τῆς Ῥοδίας, ὅπου νοσῆσαί μοι συνέβη τὴν περὶ τὸ ἆσθμα νόσον. (5) Ὡς δὲ ἐπιμείναντος αὐτόθι οὐκ ἐνεδίδου ἡ νόσος, διέπλευσα εἰς Ῥόδον, καὶ ἐδέξατο ἡμᾶς εὐμενῶς ὁ τόπος· εὐθὺς γὰρ ὡς ἀφικόμην πολὺ ῥάων ἐγενόμην. Καὶ ταυτὶ μὲν ἔχομέν σοι τέως ἐπιστέλλειν· τὰ δ' ἄλλα ὡς ἂν ἕκαστα συμβαίνῃ, δηλώσομεν. Εὐτύχει, καὶ μὴ πολιτεύου μηδὲ πρόσκρουε μήτε τοῖς πλέον σοῦ μήτε τοῖς ἔλαττον δυναμένοις.

II. ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΙ.

Ἐπέστειλεν ἡμῖν Νικόστρατος, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ὡς ἐπηρεάζεις μὲν εἰς αὐτὸν οὐ μετρίως, ἐμοὶ δὲ ὀνειδίζεις τὴν διὰ σέ μοι συμβᾶσαν συμφοράν. Ἐγὼ δὲ θαυμάζω τί παθὼν ἀξιοῦσι μὲν οἴκοθεν ἡμῖν τοσαῦτα δι-

[ÆSCHINIS] EPISTOLÆ.

Notum est, Æschinem ob judicii ignominiam, quo accusatum Ctesiphontem, vel Demosthenem potius, reum non peregerat, quinta suffragiorum parte non accepta, cessisse Athenis, ac Rhodum se contulisse. Ubi has epistolas fere omnes scripsit, in quibus partim amicos de itineribus et statu rerum suarum certiores reddit; partim inimicorum insolentiam retundit; partim innocentiam suam apud Athenienses, quos monet ut resipiscant, defendit, utque ab eis in patriam revocetur, petit.

I. AD PHILOCRATEM.

Quum ex Munychia vesperi solvissemus, circa meridiem, serenissimo Scirone flante, ad Coressum, Ceiorum oppidum, appulimus. Ibi novem dies ob adversum ventum desedimus : post rursus vesperi profecti, sub auroram Delum pervenimus. (2) Sed Delii pestilenti quodam morbo laborabant. Nam facies eorum albugine opplebantur, capilli etiam candescebant, collum autem et pectus intumescebat : ceterum nulla febris accedebat, neque etiam dolores magni, neque partes corporis inferiores quicquam mutabantur. Hæc audierant ex Apollinis ira sibi accidisse, quod vir quidam illustris, contra morem veterem, in insula sepultus esset : ea igitur de causa deum sibi morbum immittere putabant. (3) Nos autem, quasi ad gentem aliquam peregrinam, aut in exteri maris insulam, pervenissemus, et subito varium hominum colorem vidissemus, noctu aufugimus : alius alium inter navigandum sciscitantes, utrum eum colorem et capillum, quem domo quisque attulisset, retineret? Sed tempestas exorta, et ventus impetuosus, nos supra Cretam prope Psamathuntem abstulit. (4) Terram quum jam in conspectu haberemus, reflat ventus Libycus. Deinde, quum septentrio nobis spiraret, rursus ferebamur, quinque noctes in mari versati, quibus Athronæ (?) appulimus : ut disceremus non curare, si quis in sua patria, sive secundum sive contra leges, corona donaretur. Atque inde quattuor diebus in navale quoddam Rhodiæ pervenimus, ubi in morbum et difficultatem spirandi incidi. (5) Quo in loco dum manebam, quum morbus nihil levaretur, Rhodum trajeci, ac placide nos urbs excepit : statim enim ut eo transieram, multo melius habere cœpi. Atque hæc hactenus habuimus, quæ tibi scriberemus : cetera porro, uti quæque acciderint, significabimus. Felix sis : et caveas velim, ne quem te vel potentiorem vel imbecilliorem offendas.

II. AD CTESIPHONTEM.

Scripsit nobis Nicostratus, avunculus noster, te quum sibi non mediocriter insultare, tum mihi exprobrare quam propter te accepi calamitatem. Ego vero miror quid tibi acciderit, ut nobiscum domo egressis tam multa colloque-

λέχθης, ὥστε πεισθῆναί με μηδὲν ὧν διελέχθης πεπλάσθαι σε μηδ' ἄλλως φρονεῖν, βλέποντα πρῶτον μὲν εἰς τὴν ἐμὴν συμφοράν, ἣν οὐκ ἀπεικὸς εἶναι καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐλεεῖν ὑπελάμβανον, ἔπειτα δὲ εἰς τὸ σκυθρωπόν σου καὶ ὅμοιον δεδακρυμένῳ· (2) ὥστ' ἔγωγε καὶ ἐπέσκηψα ἐνίοις τῶν προσηκόντων ἡμῖν, εἴ του δέοιντο, προσιέναι σοι, καὶ μηδενὸς ὑστερήσειν ὑπεσχόμην αὐτοῖς, καὶ αὐτὸς δὲ ἐπέστειλα περὶ ὧν ἐχρημάτιζον Ἀθήνησί μοι γενέσθαι πολλάκις· νῦν δ' οὔτ' ἐμποδὼν ἔτι οὖσιν ἡμῖν, οὔτε διοχλοῦσι σοὶ οὐδ' ἄλλῳ τινὶ Ἀθηναίων, ἐπηρεάζεις, καὶ οὔτε εἰς τὴν τύχην ἀποβλέπεις οὔτε εἰς ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ἐπαγωνίζῃ ἔτι καὶ ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρίδος καὶ ἀπεστερημένοις ἐπιτιμίας καὶ πόλεως καὶ πολιτῶν καὶ φίλων. (3) Καὶ ὅσα μὲν εἰς ἐμὲ ἀπόντα ἐβλασφήμεις, σοὶ μὲν ἴσως φέροι ἄν τινα εἰκότως καὶ φθόνον καὶ μῖσος, ὥσπερ ἂν εἴ τινα τῶν τεθνεώτων ἐπιβάλλοιο βλασφημεῖν, ἐν οὕτω χρηστῇ τε καὶ φιλανθρώπῳ πόλει· ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν διὰ ταῦτα φαυλότερος νομισθείην, ἀπὼν ὑπὸ σοῦ λοιδορούμενος, ἀτυχέστερος μέντοι καὶ ἐλεεινότερος ἴσως, φανεὶς ποτὲ μὲν οὐδενὸς ἥττων, νῦν δὲ οὐδεμίαν ὑπὲρ αὐτοῦ φωνὴν ἐκπέμπειν ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν λοιδορούμενος δύναμαι. (4) Τὸ δὲ γέροντα ἐπιεικῆ ὑβρίζεσθαι, μηδεμίαν ἐλπίδα ἔτι ἔχοντα τοῦ δυνήσεσθαί ποτε ἀμύνασθαι, ὅς γε τὴν σύμπασαν ἐλπίδα ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἀκμὴν ἔχει τοῖς μηδ' αὐτοὺς σώζειν ἔτι δυναμένοις, πῶς οὐκ αἰσχρόν ἐστιν; (5) Ἀλλὰ μὴ πρὸς Διός, μὴ σύ γε, ὦ Κτησιφῶν, μηδὲ εἰ τὰ μάλιστα ἡμᾶς ἀνιᾶν ἔτι βούλει καὶ εἰ μὴ πεπλήρωκέ σε μηδὲν τῶν ἡμετέρων κακῶν, μίασμα τοῦτο προσθῇς αὑτῷ τε καὶ τοῖς παισίν, οὓς τρέφεις βοηθοὺς ἔσεσθαι δηλονότι τοῦ γήρως σου προσδοκῶν. Καὶ μέμνησο ὅτι οὐδὲ Αἰσχίνης εἰς τοῦτό ποτε ἀφίξεσθαι ἤλπισεν, οὐδ' ἄλλοι πολλοὶ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀκμάσαντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει καὶ πολλῷ λαμπρότεροι ἐμοῦ τε καὶ σοῦ γενόμενοι.

III.

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ὅσοι φεύγουσιν ἀδίκως, ἢ δέονται τῶν πολιτῶν ὅπως ἐπανέλθωσιν, ἢ διαμαρτόντες τούτου λοιδοροῦσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ὡς φαύλως αὐτοῖς προσφερομένας· ἐγὼ δὲ ἐπεί περ ἀναξίως ὧν ἐπολιτευσάμην ἠτύχησα καὶ κατηγορῶν ἄλλων αὐτὸς ἑάλων, ἄχθομαι μὲν ὥσπερ εἰκός ἐστιν, ἀγανακτῶ δὲ οὐδέν. (2) Οὐ γὰρ οὕτως ἔγωγε ἠλίθιός εἰμι, ὥστε ἐξ ἧς πόλεως ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἐξηλάθη, καὶ ὅπου Μιλτιάδης, ὅτι μικρὸν ὦφλε τῷ δημοσίῳ, γέρων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπέθανε, ταύτῃ τῇ πόλει Αἰσχίνην τὸν Ἀτρομήτου φεύγοντα ἀγανακτεῖν οἴεσθαι δεῖν, εἴ τι τῶν εἰωθότων Ἀθήνησιν ἔπαθον· (3) ἀλλ' ἔγωγε καὶ λαμπρὸν εἰκότως μοι νομίσαιμ' ἂν αὐτὸ γενέσθαι, τὸ μετ' ἐκείνων ἐν ἀδοξίᾳ παρὰ τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις καὶ ἄξιος τοῦ ὅμοια παθεῖν ἐκείνοις γεγονέναι.

reris, ut crederem, te nihil eorum quæ dixisses, simulasse, intuens primum calamitatem meam, quam non incredibile putabam inimicis etiam esse miserabilem, deinde vultum tuum tristem et pæne lacrimabundum (2) (itaque necessariorum nostrorum quibusdam mandavi, si qua re egerent, ut te accederent, eosque quidvis impetraturos esse promisi eis, atque ipse etiam sæpe ad te scripsi, iis de rebus quas Athenis consequi cupiebam), nunc vero nobis, qui tibi jam impedimento non sumus, qui nec tibi nec cuiquam Atheniensium obturbamus, insultas, nulla vel fortunæ vel ullius humanitatis habita ratione, atque post victoriam certamen renovas contra nos, qui et patria excidimus et dignitate privati sumus, et civitate et civibus et amicis. (3) Ac quæ in me absentem convicia dicis, ea probabile est tibi quidem aliquid et invidiæ et odii paritura (non secus ac si mortuum aliquem insectareris) in urbe adeo leni et humana : ego vero propterea nihilo deterior existimabor qui absens a te male audiam. Calamitosior quidem et miserabilior haberi queam : ut, qui olim nihilo vobis inferior fuerim, nunc autem nullam pro me vocem edere, ac ne audire quidem possim convicia. (4) Jam senem moderatum (Nicostratum) exagitare, qui nullam ultionis spem habet, ut qui spem omnem in nobis ipsis adhuc habeat, qui ne nostræ ipsorum quidem saluti amplius prospicere possimus, nonne turpe est? (5) Ne feceris, obsecro te, ne feceris, Ctesipho ; neque si maxime nobis molestus esse studes, neque ullis malis nostris satiatus es, isto piaculo te liberosque tuos obstrinxeris, quos ea spe alis, ut senectutis tuæ imbecillitas in eorum præsidio conquiescat. Memento potius, ne Æschinem quidem huc se redactum iri unquam putasse, nec multos alios, qui majorem etiam in sua patria auctoritatem habuerunt, et splendore me ac te superarunt.

III.

Omnes alii qui per injuriam exulant, aut reditum a civibus precantur, aut frustrati eo, patriæ maledicunt, ut quæ inique secum egerit : ego vero postquam in calamitatem actis in republica meis indignam incidi, et dum alios accuso, ipse sum condemnatus, moleste fero equidem, uti par est, sed nihil prorsus succenseo. (2) Neque enim adeo vecors ego sum, ut, ex qua urbe Themistocles, qui Græciæ libertatem asseruit, pulsus est, atque ubi Miltiades ob exiguum debitum senex in carcere mortuus est : ei urbi Æschines Atrometi filius exulans succensendum esse arbitretur, si quid sibi Athenis usitatum acciderit. (3) Imo potius ego hoc jure præclarum duco, me cum illis apud posteros in ignominia esse, et dignum habitum, qui similem cum eis fortunam experirer.

IV.

Ἐπεὶ δοκεῖ σοι πυνθάνεσθαι περὶ Κλεοκράτους, ὅστις ἐστὶν ὁ Κλεοκράτης, ἄκουε· παύσῃ γὰρ οὐ προῖκα πολυπραγμονῶν, οὐδ' ἄπει πρὶν μακρᾶς ἀκοῦσαι διηγήσεως. Τὸ μὲν γὰρ γένος ἐστὶν ἁπάντων ἀνδρῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐν ἀφανεστάτοις, Ἀρίφρονα τὸν ἐκ Δαμαγήτου εἴ που πυνθάνοιο, ὃν καὶ ὁ μέγας αἴρει Πίνδαρος. (2) Ἀλλ' ὅπως μὴ γέλωτα ὀφλισκάνῃς ζητῶν ὅστις ἐστὶν ὁ Πίνδαρος. Τουτὶ μὲν γὰρ οἶμαι ὅτι καὶ παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες τὸ γράμμα· καὶ εἰ μηδενὸς ἔτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανώπου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος· « Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι », (3) καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τοῦτο τὸ ἔπος ἐστὶ λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος, οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν, μετὰ τοῦ καὶ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι· καὶ ἦν αὕτη καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι, πρὸ τῆς Βασιλείου στοᾶς, καθήμενος ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον. (4) Οὗτος δὴ ὁ Πίνδαρος Δαμάγητον ᾄδει ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἀνατείνει τὸ Κλεοκράτους γένος. Λέγει δέ που ὁ αὐτὸς Πίνδαρος καὶ τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους καὶ τὰ περὶ τὴν πρεσβῦτιν, ἧς τὸ μητρῷον αὐτοῦ γένος ἅπτεται. Καὶ εἰ μὴ σφόδρα ᾔδειν ποιητῶν ὑπέρφρονα ὄντα σε, καὶ τὰ ἀγοραῖα ταῦτα καὶ τὰ ἀπολέσαντα ἡμᾶς ἐπιτηδεύματα μᾶλλον περιέποντα, κἂν ἀποχρῆν ὑπελάμβανόν σε ὑπομνῆσαι μόνον τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους, εἰπὼν ἔπη Πινδάρου· νῦν δὲ οἶδα ὅτι μάτην σοι ταύτην τὴν λύραν λέξομεν. (5) Δοκεῖ οὖν μοι ἀνάγκη εἶναι διηγήσασθαί σοι τὸ διήγημα τοῦτο· ἄξιον γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ μὴ προσῆκον Κλεοκράτει. Λέγεται γὰρ γυνή ποτε πρεσβῦτις Ὀλυμπίασι παρελθοῦσα εἰς τὸ στάδιον ἑστάναι τε ἅμα τοῖς ἀνδράσι καὶ θεᾶσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, ἐπιστάντων δὲ αὐτῇ τῶν Ἑλλανοδικῶν, ὅτι ἐτόλμησε παρελθεῖν εἰς τὸ στάδιον, ἀποκρίνασθαι « τίνι γὰρ ἄλλῃ γυναικὶ τοῦτο δέδωκε καυχήσασθαι οὕτως ὁ θεός, ὅτι καὶ πατέρα καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς Ὀλυμπιονίκας ἔχει καὶ υἱὸν ἐπ' Ὀλύμπια ἄγει; » (6) Ταύτης οὖν τῆς πρεσβύτιδος καὶ τούτου τοῦ γένους ἀπορρώξ ἐστιν ὁ Κλεοκράτης, ὡς ἔστι μᾶλλον πάντων ἢ αὐτοῦ πυθέσθαι. Καὶ πλείω μὲν οὐ βούλομαι λέγειν, μὴ οὐ μηνῦσαί σοι ὅπερ ἠξίωσας, ὅστις ἐστὶν ὁ Κλεοκράτης, βούλεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγκεκωμιακέναι αὐτόν, ὥσπερ καὶ Θρασύμαχος τὸν ξένον, συντετάχθαι, καὶ ἀποτίνειν ταύτην τὴν χάριν τοῦ λαμπρῶς ἑστιᾶσθαι, δοκῶ. Τοσοῦτον μέντοι εἴποιμ' ἄν, ὅτι ἡ πρεσβῦτις ἐκείνη, εἰ τοῦτον ἐγνώκει τὸν Κλεοκράτη, πολὺ ἂν μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ ἢ ἐπὶ τοῖς πέντε Ὀλυμπιονίκαις ἐσεμνύνετο.

IV.

Posteaquam percontari tibi libet de Cleocrate, quis sit Cleocrates, audi. Non enim gratis inquirere desines : neque abibis, priusquam longam audieris narrationem. Nam genere quidem inter omnes Græciæ viros non est obscurissimo, si de Ariphrone, qui est a Demageto oriundus, perconteris, quem magnus etiam extollit Pindarus. (2) Sed vide ne ridiculus fias, si quæras, quis sit Pindarus. Nam id scriptum te arbitror aliquando una mecum apud Mantiam literatorem didicisse : et si nihil jam Mantianæ doctrinæ meministi, in concionibus certe Melanopum subinde dicentem audis, BEATÆ ET CELEBRES GRÆCIÆ PROPUGNACULUM ATHENÆ, (3) atque addentem, Pindari esse hoc carmen : ob quod factum a Thebanis mulctatus fuerit; majores autem nostros duplam ei reddidisse mulctam, præterquam quod eum ærea statua ornarint : quæ quidem etiam usque ad nostram ætatem ante regiam porticum fuit : Pindarus cum veste et lyra sedens, diadema gerens, et in genubus complicatum libellum habens. (4) Is igitur Pindarus Demagetum illum celebrat, ad quem refertur Cleocratis genus. Mentionem facit etiam idem Pindarus Diagoreorum, et aniculæ, quam maternum ejus genus attingit. Quod nisi compertum haberem, te poetarum esse contemptorem, et forensia ista studia, quæ nos perdiderunt, magis complecti, satis esse putassem, te admonere tantum Diagoreorum, recitatis Pindari versibus : nunc scio nos frustra tibi lyram illam recitaturos. (5) Itaque necessarium mihi videtur, eam tibi rem narrare. Est enim audire operæ pretium, tametsi nihil ad Cleocratem attineat. Memoriæ proditum est, senem olim mulierem Olympiæ in stadium progressam, et viris adstitisse, et spectasse certamina. Quum autem Græcorum judices eam appellassent, cur ausa esset in stadium progredi? respondisse : Cui vero alteri mulieri deus hanc gloriæ prærogativam dedit? nam ego et patrem habeo, et tres fratres, qui Olympia vicerunt, et filium ad Olympia duco. (6) Hujus igitur anus, et hujus stirpis germen est Cleocrates : idque ex omnibus potius quam ex ipso cognosces. Ac plura dicere nolo : ne non solum indicare tibi, quod voluisti, quisnam sit Cleocrates, sed et laudationem ejus instituisse videar, ut Thrasymachus hospitis sui, et hanc ei referre gratiam pro splendido convivio. Illud tantum dico, si anus illa hunc Cleocratem novisset, magis eo fuisse gloriaturam, quam quinque illis Olympiæ victoribus.

V.

Ὁ μὲν Ἰουλιάδης, ᾧ μάλιστ' ἐπεποίθεις, οὔτε ὅτε ἀφίγμεθα εἰς Ῥόδον παρὼν ἔτυχεν, ἀλλὰ περὶ Λίνδον ἦν, οὔτ' ἐπανελθὼν εἰς Ῥόδον περιττῶς ἠσμένισεν ἡμᾶς ἔξω δὴ τοῦ τὰ κοινὰ ταῦτα προστάξαι, λέγειν εἴ τινων χρῄζομεν. Ὁ δὲ Κλεοκράτης οὐδὲ μὰ τοὺς θεοὺς ἐπιστεῖλαί σοι δυναίμην ἂν αὐτάρκως τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας, ὅση κέχρηται περὶ ἐμέ. (2) Καὶ γὰρ οἰκίαν δημοσίᾳ δοθῆναί μοι παρεσκεύασε καὶ χωρίον ἐν Καμείρῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ἔπεμψεν ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄφθονα, οὐκ ἐμοὶ μόνον ἀλλὰ καὶ Τεύθραντι καὶ Ὁπλιστίᾳ, τὰ μὲν ἄλλα εἰ καὶ φαυλότερα τῶν Ἀθήνησιν, ὥσπερ ἔλαιον καὶ μέλι, ἀλλ' οἵων παρόντων οὐδὲν ἂν τῶν ἐκεῖθεν δεηθείημεν, οἶνόν γε μὴν καὶ πολὺ ἀμείνω τοῦ παρ' ὑμῖν, καὶ ἐκ στροβίλου ἅμα καὶ ἀλεύρων καὶ ἀρωμάτων πεποιημένα ἐν τύποις τραγήματα, ὧν καὶ πέπομφά σοι. (3) Ταῦτά θ' ἡμῖν ἔπεμψε, καὶ πυρῶν μεδίμνους, ὅσοις ἐγὼ μεδίμνοις οὐχ ὅπως ἐμαυτὸν ἀλλὰ καὶ πάντας Κοθωκίδας διαρκεῖν ἂν ἐδυνάμην· καὶ πολλὰ δὲ ἄλλα πρὸς τούτοις, ἃ γράφειν αἰσχύνομαι, ἵνα μή τινα δηλοῦν ἐμὴν μικρολογίαν δόξω. Τὸ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ πάνυ ὑπερασπάζεσθαι μικρολογίας μέν τινος εἶναί φημι καὶ ἀπειροκαλίας, φιλοφρονημάτων δὲ καὶ μικρῶν πάνυ ἔγωγε ἡττᾶσθαι ὁμολογῶ. (4) Παρέχει δὲ ἡμῖν καὶ ἄλλα καλλίω, συῶν τε ἀγρίων καὶ δορκάδων τῶν πέραθεν ἀπολαύσματα. Ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν σύνεστιν ὁσημέραι, καὶ μεταδίδωσι τῆς αὑτοῦ σοφίας, ἣ σοφωτέρα ἢ καθ' ἡμᾶς ἐστιν· ἃ γὰρ ἐγὼ παθὼν ἐδιδάχθην, ταῦτα πρὶν παθεῖν φυλάττεται, σοφίᾳ καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ἄφρονες πείρᾳ διδασκόμενος· οὐ γὰρ πολιτεύεται. (5) Καὶ ὅσον γ' ἐπὶ Κλεοκράτει, οὐδεμιᾶς πόλεως ἄλλης οὐδὲ ἀνθρώπων ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀσμενίζω τῇ συμφορᾷ, καὶ ἀρχὴ δοκεῖ μοι τοῦ βίου ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς αὐτόθι πολιτείας. Καὶ οὕτω μὲν ὑπεραγαπῶ τὰ παρόντα, καὶ ὅπερ φασὶ Σοφοκλέα ἤδη γέροντα ὑπὲρ ἄλλης ἡδονῆς εἰπεῖν, ὥσπερ κυνὸς λυττώσης ἀπηλλάχθαι ποτὲ τῆς τοῦ πολιτεύεσθαι ἡδονῆς· ᾧ καὶ ὅταν ὁ νοῦς ἐπικρατῇ, τρισευδαίμων ἔγωγε ἐμαυτῷ τῆς φυγῆς, ἣν φεύγω, φαίνομαι· (6) ὅταν δ' αὖ πάλιν ὑπέλθῃ μοι λογισμός τε καὶ μνήμη τῶν αὐτόθι, οὐχ ἑταίρων μόνον ἀλλὰ καὶ συγγενῶν καὶ ἐκκλησίας καὶ Κολλυτοῦ, ἐν ᾧ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη ᾤκησα, καὶ τοῦ Ἁλῆσι χωρίου καὶ τῶν ἐκεῖ μοι μετὰ σοῦ καὶ Φιλίνου διατριβῶν γενομένων, μεταρρεῖ ἅπαν τὸ αἷμα ἄλλοσέ ποι τῶν σπλάγχνων πάλιν, καί μοι δήποτε καὶ λοιδορίαι, αἷς ἐλοιδορούμην ὑπὸ Δημοσθένους, ἥδισται δοκοῦσι, καὶ σκώμματα, ἐφ' οἷς οὐδεὶς ἔξω Κτησιφῶντος ἐγέλασε πώποτε. (7) Ἀλλὰ γὰρ ἅλις μὲν ἡμῖν δακρύων, σὺ δ' εὐτυχοίης, καὶ μὴ μόνον πολιτείαν ἅπασαν ἀλλὰ καὶ Λεπτίνην φεῦγε, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ἔχει φιλαπεχθημόνως, καὶ ὅτι τἆλλα τοιοῦτός ἐστιν, ὅτου περιεῖναι μὲν μηδὲν λαμπρότερον, ἡττᾶσθαι δὲ ἀδοξότατον. Καὶ μάλιστα μὲν παραινῶ, φεῦγε

V.

Iuliades, quo maxime confisus fuisti, neque quum Rhodum venissemus, affuit, sed Lindi fuit: neque Rhodum reversus, admodum nos humaniter accepit, nisi quod vulgaria ista nunciari jussit, si qua re egeamus. Cleocrates autem quam insigni erga nos usus sit humanitate, ita me deus amet, scribendo satis consequi non possum. (2) Effecit enim ut ædes mihi publice darentur, et fundus Camiri, atque ipse etiam misit nobis commeatum qui vel in annum sufficiat, non mihi tantum, sed et Teuthranti et Hoplistiæ: qui quidem etsi minus lautus sit quam Atticus, veluti mel et oleum, talis tamen est, ut hoc instructi, illum non requiramus. Vinum autem vestrati multo præstantius, et bellaria confecta ex nuce pinea, farina et aromatibus: de quibus etiam tibi aliquid misi. (3) Hæc nobis misit, et tot frumenti medimnos, unde non me tantum, sed omnes etiam Cothocidas sustentare possim: ac multa etiam alia præterea, quæ scribere pudet, ne minuta quædam consectari videar. Tametsi enim res perexiguas maximi facere, pusillitatis cujusdam et inscitiæ esse puto: tamen vel tenuissimis humanitatis officiis me devinciri fateor. (4) Suppeditat nobis etiam ex Peræa Rhodiorum aprorum et caprearum delicias. Præterea et ipse quotidie nobiscum est, suaque nos impertit sapientia, quæ nostram præcellit. Nam quæ ego accepto malo didici, ea ille, antequam accipiat malum, sua sapientia præcavet, et non, ut vecordes, experientia magistra. Neque enim capessit rempublicam. (5) Ac quantum ad Cleocratem attinet, nullam aliam civitatem, homines alios nullos desidero, sed admodum mihi placet mea calamitas, ac vitæ principium videtur Atheniensis reipublicæ effugium. Et hoc statu usque adeo delector, ut (id quod Sophoclem jam senem de alia quadam voluptate dixisse ferunt) efficiat ut voluptate reipublicæ gerendæ, tanquam rabioso cane, liberatus mihi videar. Unde, quum ratio dominatur, ter quaterque beatum me judico ob hoc exilium: (6) quum autem vicissim in mentem venit, non tantum amicorum quos istic habeo, sed et cognatorum et concionis et Colytti (quo in loco quinque et quadraginta annos habitavi) et prædii in Halarum pago, et colloquiorum, quæ ibi tecum et cum Philino habuimus, sanguis omnis in alium viscerum locum refluit, ac mihi aliquando et convicia quæ Demosthenes in me dixit, jucundissima videntur, et dicteria, quibus præter Ctesiphontem nemo unquam arrisit. (7) Sed modus esto lacrimarum nostrarum. Tu vero felix sis, neque omnia dumtaxat munera publica, sed et Leptinem fugito, quod et nobis infensus est, et alioqui talis ut eum vicisse nihil splendoris, ab eo superari plurimum ignominiæ habeat.

τὰς μετ' αὐτοῦ διατριβάς· εἰ δ' αὖ συνέλθοις ἐκ τύχης καὶ καθ' ἡμῶν λέγοι τι, πειρῶ σιωπᾶν, ἂν ἰσχύῃς, καὶ γελᾶν. (8) Ἀλλ' ὁ μὲν δίδωσιν ἀποχρῶσαν δίκην τῷ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ γέλωτος εἶναι δοκεῖν ἅμα καὶ μίσους ἄξιος· σὺ δέ, εἰ μὴ πάνυ φοβῇ τὴν θάλατταν, ἀφίκοιο παρ' ἡμᾶς ποτε, καὶ παρασχὼν σεαυτὸν ἰδεῖν ἡμῖν ἐπανίοις πάλιν.

VI. ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ.

Ἀρίστων οὗτος, ὁ κομίζων σοι τὴν ἐπιστολήν, ὁ πρῶτός ἐστιν ἡμᾶς ὑποδεξάμενος ἐν Ῥόδῳ. Πέπλευκε δὲ Ἀθήναζε κατὰ χρείαν κηδεστοῦ γέροντος, ἀργύριον εἰσπράξων παρὰ τοῦ τραπεζίτου Χαρμόλα. Σκόπει οὖν ὅπως αὐτὸν ὑποδέξῃ φιλοφρόνως· ἔστι δὲ κομιδῇ εὐτελὴς τὴν δίαιταν καὶ πρέπων ἡμῖν. ᾯ καὶ τὰ ἄλλα συμπράξεις, ὡς μάθῃ ὅτι οὐ παντελῶς ἔρημον φίλων ὑπέλαβεν, ἀλλ' ἔστιν ἔτι τις Ἀθήνησιν Αἰσχίνου λόγος καὶ μνήμη.

VII. Τῌ ΒΟΥΛῌ ΚΑΙ Τῼ ΔΗΜῼ.

Ἐπυθόμην τὰ ῥηθέντα τῷ Μελανώπῳ πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν ἀπεδεξάμην φιλανθρωπίαν, Μελανώπῳ δὲ οὐχ ἐπανελθὼν μόνον νομίζω τοῖς βεβιωμένοις αὐτῷ πρέπουσαν ἀποδώσειν χάριν, ἀλλὰ τυχὸν ἔτι καὶ πατρίδος ἐστερημένος ὅμως ἀρκέσαι πειράσομαι. (2) Ἐγὼ γάρ, ὦ Μελάνωπε, κατὰ μὲν τοὺς νόμους ὁμολογῶ ταύτῃ κεχρῆσθαι τῇ συμφορᾷ, φημὶ μέντοι βοηθῶν ταῦτα τοῖς νόμοις πεπονθέναι, καὶ ὑπὲρ τοῦ μηδένα στεφανοῦσθαι παρ' αὐτοὺς ἀγωνιζόμενος. Ἐμοὶ μὲν οὖν τὸ δεδυστυχηκέναι πολιτευομένῳ κοινόν ἐστι πρὸς Θεμιστοκλέα καὶ Ἀριστείδην καὶ ἄλλους πολλοὺς τῶν λαμπροτάτων ποτὲ ἐν τῇ πόλει γενομένων· (3) σοὶ δὲ τὸ μὲν μέχρι χθὲς καὶ πρῴην θεσμοθετοῦντος ἤδη σοῦ προεστάναι τὴν μητέρα, τρὶς δὲ ἐμπεσεῖν τὸν πατέρα σου εἰς τὸ δεσμωτήριον, σὲ δὲ πραθέντα τρισχιλίων δραχμῶν τὴν ἀκμὴν ἡταιρηκέναι, τοῖς περὶ Τίμαρχον νέοις κοινὰ ταῦτ' εἶναι, οὐ τοῖς περὶ Θεμιστοκλέα ἢ Ἀριστείδην τὸν δίκαιον ὑπολαμβάνω. (4) Ἀλλὰ Μελανώπῳ μὲν αὖθις, ἐὰν ὑμῖν δοκῇ, διαλέξομαι παρών· ὑμῖν δὲ τῆς εὐνοίας, ἣν ἀπόντι μοι παρέσχεσθε, θορυβοῦντες δὴ καὶ μὴ θέλοντες ἀκροάσασθαι τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς, πολλὴν χάριν ἔχω, δικαιότερον μέντοι καὶ ἄμεινον ἐμὲ αὐτὸν ἐᾶσαι πρὸς τοὺς λοιδοροῦντας λέγειν, ψηφισαμένους ἃ πολλάκις πολλοῖς ἤδη ἐψηφίσασθε τὰ μέγιστα ἁμαρτοῦσιν εἰς ὑμᾶς. (5) Εἰ δὲ μή, τό γε δεύτερον ἂν δεηθείην, ἀνέχεσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς ἢ χαρίζεσθαι δοκοῦντας, ὅτι τῶν βλασφημιῶν οὐκ ἀκροᾶσθε, μείζω τὴν ὑποψίαν τῶν δυναμένων λέγεσθαι ποιεῖν.

VIII.

Σὺ μὲν οὐδέπω καὶ νῦν ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ νόσους καὶ δίκας καὶ πάντα μᾶλλον τοῦ μὴ βούλεσθαι ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς αἰτιᾷ· Νικίας δὲ ἀφῖκται πά-

Atque in primis moneo, ut ejus congressus fugias : sin casu in eum incideris, atque ille in nos aliquid dixerit, operam dato ut taceas, si potes, et rideas. (8) Verum ille quidem satis graves pœnas dat, ut qui et risu et odio omnium dignus habeatur. Tu vero, nisi mare penitus extremiscis, ad nos aliquando venito, factaque nobis tui videndi copia, domum revertitor.

VI. PHILOCRATI.

Aristo, qui has tibi literas reddit, primus nos Rhodi excepit. Profectus autem est Athenas ob negotium senis cujusdam affinis sui, pecuniam redacturus a Charmola mensario. Eum igitur humaniter excipias velim. Est autem minime delicatus, et nobis dignus. Cui ceteris etiam in rebus operam navabis : ut intelligat se hominem excepisse amicis non plane destitutum, sed Athenis nomen adhuc aliquod et memoriam Æschinis exstare.

VII. SENATUI POPULOQUE.

Audivi quæ Melanopus apud vos dixerit, vestramque probavi humanitatem : Melanopo autem me non modo reversum ad vos dignam acta ejus vita gratiam relaturum arbitror, sed quamvis patria carens adhuc, tamen ut par sim fortassis, operam dabo. (2) Nam ego, Melanope, secundum leges hac me calamitate esse usum fateor : accidisse mihi tamen hoc leges defendenti, atque id agenti, ne quis contra eas corona donaretur. Adversus igitur in gerenda republica casus communis mihi est cum Themistocle, et Aristide, et multis aliis, quorum summus in urbe splendor fuit : (3) illud autem quod mater tua tibi non ita pridem adhuc prostitit, te jamjam thesmothetæ munere fungente; et quod pater tuus ter in carcerem conjectus est, tu autem bis mille drachmis venundatus florem ætatis tuæ prostituisti, hæc cum Timarchi gregalibus adolescentibus tibi, non jam cum Themistocle et Aristide justo communia esse existimo. (4) Sed quum vobis aliquando visum fuerit, denuo coram cum Melanopo agam : nunc autem vobis de benevolentia, quam absenti mihi præstitistis, quum obturbaretis et audire nolletis eos qui nobis maledicebant, magnam habeo gratiam. Æquius tamen et melius fuerit, me ipsum sinere respondere conviciatoribus, iis decretis, quæ sæpe multis jam decrevistis, qui maxima in vos peccata commiserunt : (5) sin minus, secundo loco vos oratos volo, ut potius maledicos nostros audiatis, quam gratificandi specie conviciatoribus non audiendis, gravioris injuriæ faciatis suspicionem, quam quæ dici verecunde possit.

VIII.

Tu quidem hactenus non venisti ad nos, sed morbos et judicia et quævis potius causaris, quam non veniendi ad nos voluntatem : Nicias vero pridem venit, et Andronidas

λαι καὶ Ἀνδρωνίδας. Εἰ μὲν οὖν νῦν γε σὺν Φιλίνῳ (πυνθάνομαι γὰρ αὐτὸν ἐξιέναι) διέγνωκας ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, τάχα ἂν εἴη σοι ἔτι ἀπολογία καὶ λυθείη ὁ πόλεμος· εἰ δὲ οὐδὲ σὺν ἐκείνῳ ἔγνωκας ἐξιέναι, σὺ μὲν ἐπιστελεῖς διὰ παντὸς ἡμῖν ἀφίξεσθαι, ἐγὼ δὲ ἅπαξ ἀνιάσομαι.

Quodsi nunc saltem cum Philino (audio enim eum abiturum esse) ad nos proficisci decreveris, fortassis adhuc aliqua tibi defensio relinquetur, bellumque hoc componetur. Sin ne cum illo quidem exire decreveris, tu quidem subinde scribes te venturum, ego vero semel duntaxat moleste feram.

IX.

Περαιωθεὶς ἐπὶ Φύσκον, ἡσυχάσας ἐκείνην τὴν ἡμέραν (οὐχ ὑπ' ἀργίας, ἀλλὰ μηκυνεῖν ἔδοξεν ἡ περὶ τὸ ἆσθμα νόσος), ὡς τὴν νύκτα ἐνέδωκε καὶ ῥᾷων ἐγενόμην, βαδίσας εἰς τὴν Ἄμμον ἐπεῖδον τὰ χωρία. Καί μοι ἔδοξε καλὰ μὲν ἄλλως καὶ ποικίλα εἶναι τὰ χωρία· καὶ γὰρ ἐλαιὼν ἦν καὶ πολλὰ φυτὰ καὶ ἄμπελοι συχναὶ καὶ σπόριμα πλείονα καὶ νομαὶ καλαί· ἐπαύλιον δὲ οὐδὲ μέτριον, ἀλλὰ πάντα ἐρείπια. (2) Ἐδέξατο δ' ἡμᾶς ὁ Μυρωνίδης φιλανθρώπως σφόδρα. Τὰ μέντοι χωρία δυοῖν ταλάντοιν ἐπριάμην, καὶ νῦν ἐπαύλιόν τι μηχανῶμαι τοιοῦτον, οἷον ἂν μηχανῴμην ἐγὼ κεκτημένος βραχέα καὶ μέλλων ὅμως οἰκεῖν ἐνθάδε, μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ ἡδέως στερόμενος τῆς ἐμαυτοῦ πόλεως, καὶ μάλιστα τοιαύτης ἐν ᾗ δύναιτο ἄν τις ἧσσον ἀλγεῖν ὑπολαμβάνων οἰκεῖν. Ἔρρωσο.

Quum ad Physcum trajecissem, ac diem illum quievissem, non ex ignavia, sed quod spirandi difficultas ingravescere videbatur, ut noctu id malum remisit, atque ego melius habere cœpi, ad Ammum profectus, fundos inspexi. Ac illi quidem mihi pulcri ac varii sunt visi. Nam et olivetum est, et multæ arbores, et vites crebræ, et sata plura, et pascua pulcra : domicilium vero nullum vel mediocre, sed rudera omnia. (2) Excepit nos Myronides valde humaniter. Fundos igitur duobus talentis comparavi. Et nunc tale domicilium molior, quale ego tenui moliri queam, quique hic habitaturus sum, non, ita me dii ament, æquo animo, civitate mea privatus, præsertim tali, in qua si quis se habitare reputet, minus dolere possit. Vale.

X.

Ὁ δὴ Κίμων οἷα κατὰ πόλιν ἑκάστην καὶ αἰγιαλὸν ἡμᾶς δέδρακεν, οὐκ ἔθους, οὐ νόμου φειδόμενος οὐδενός. Κατὰ θέαν εἰς Ἴλιον ἀφικόμην τῆς τε γῆς καὶ θαλάττης. Καὶ ἃ μὲν εἶδον αὐτόθι, γράφειν ἐπεὶ δοκεῖ ἄφθονον ἔχειν τὴν ὕλην, σιωπήσω· δέδοικα γὰρ μὴ ποιητικῆς λαβόμενος φλυαρίας ἀπειροκαλεύεσθαι δόξω· τὰ δὲ Κίμωνος ἔργα καὶ τὴν ἀκρασίαν, οὐδ' εἴ μοι δέκα γλῶσσαι, δυναίμην ἂν ἀρκέσαι λέγων. (2) Διατριβόντων γὰρ ἡμῶν πολλὰς ἡμέρας ἐν Ἰλίῳ καὶ μὴ πληρουμένων τῆς θέας τῶν τάφων (ἦν δέ μοι γνώμη μένειν, ἕως ἅπαντα διεξέλθω τὰ ἐν τῇ Ἰλιάδι ἔπη πρὸς αὐτοῖς ἑκάστοις ὑπὲρ ὧν τὰ ἔπη ἐστὶ γεγενημένα), ἐμπίπτει ἡμέρα, ἐν ᾗ πειρῶνται τοὺς γάμους οἱ πλεῖστοι τῶν θυγατέρων, ὅσων ἐπιτρέπει ἡ ὥρα, ποιεῖν. Ἐγένοντο δὲ συχναὶ αἱ γαμούμεναι. (3) Νενόμισται δὲ ἐν τῇ Τρωάδι γῇ τὰς γαμουμένας παρθένους ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον ἔρχεσθαι, καὶ λουσαμένας ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἔπος τοῦτο ὥσπερ ἱερόν τι ἐπιλέγειν « Λαβέ μου, Σκάμανδρε, τὴν παρθενίαν. » Ἐν δὴ ταῖς ἄλλαις Καλλιρρόη ὄνομα παρθένος [καλὴ καὶ] μεγάλη, πατρὸς δὲ οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἧκε λουσομένη. (4) Καὶ ἡμεῖς ἅμα τοῖς τε οἰκείοις τῶν γαμουμένων καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις πόρρωθεν τὴν ἑορτὴν καὶ τὰ λουτρὰ τῶν παρθένων, ᾗ θέμις αὐτοῖς ἐξωτέρω ὁρᾶν, ἐθεώμεθα. Ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς Κίμων ἐγκρύπτεται εἰς θάμνον τοῦ Σκαμάνδρου, καὶ στέφει ἑαυτὸν δόναξιν· ἦν δὲ αὐτῷ δηλαδὴ τὸ στρατήγημα τοῦτο καὶ ὁ λόχος ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὴν Καλλιρρόην εὐτρεπής. (5) Λουομένης δὲ καὶ τὸ

Cimo quantis in qualibet urbe et litore nos incommodis affecit, eo quod nullius neque moris neque legis rationem habet! — Ilium perveni, spectandæ terræ marisque causa. Quæ ibi viderim, quoniam uberem suppeditare materiam videntur, scribere supersedebo—vereor enim ne poeticis nugis instituendis ineptire videar—, Cimonis autem facinora et immodestiam, non mihi si centum sint linguæ, dicere possim. (2) Nam quum multos Ilii dies versaremur, et spectaculo tumulorum non satiaremur, mihique in animo esset manere, donec omnes Iliadis versus ad ea contulissem, de quibus illi facti essent : incidit dies, qua plerique periclitantur conjugia filiarum, quas ætas nubere sinit. Fuerunt autem complures nupturæ. (3) Et moris est in Trojana terra, nupturas virgines ad Scamandrum ire, ex eoque lotas, verba hæc tanquam sacrum quiddam recitare : « Cape meam, Scamander, virginitatem. » Inter alias igitur virgo quædam nomine Callirrhoe, formosa et procera, non tamen illustri patre nata, ad fluvium venit lavandi gratia. (4) Nos una cum cognatis nupturarum, et ceteris turbis, eminus festum et lavacra virginum, quatenus fas Trojanis erat, spectabamus. At bonus iste Cimo se occulit in frutice Scamandri, atque arundinibus coronat : instruxerat autem nimirum de die strategema illud atque insidias contra Callirrhoen. (5) Quum

εἰωθὸς ἔπος, ὡς μετὰ ταῦτα ἐπυθόμην, λεγούσης, « Λαβέ μου, Σκάμανδρε, τὴν παρθενίαν », ἐκθορὼν ἐκ τῶν θάμνων ὁ Σκάμανδρος Κίμων « Ἡδέως, » ἔφη, « δέχομαι καὶ λαμβάνω Καλλιρρόην Σκάμανδρος ὤν, καὶ πόλλ' ἀγαθὰ ποιήσω σοι. » Ταῦτα ἅμα λέγων καὶ ἁρπάσας τὴν παῖδα ἀφανὴς γίνεται. (6) Οὐ μὴν καὶ τὸ πρᾶγμα ἀφανὲς γίνεται, ἀλλὰ τέτταρσιν ὕστερον ἡμέραις πομπὴ μὲν ἦν Ἀφροδίτης, ἐπόμπευον δὲ αἱ νεωστὶ γεγαμημέναι, καὶ ἡμεῖς τὴν πομπὴν ἐθεώμεθα. Ἡ δὲ νύμφη ἰδοῦσα τὸν Κίμωνα, ὡς μηδὲν αὐτῷ κακὸν συνειδότα ἅμα ἐμοὶ θεώμενον, προσεκύνησε, καὶ ἀποβλέψασα εἰς τὴν τροφόν, « Ὁρᾷς, » ἔφη, « τίτθη, τὸν Σκάμανδρον, ᾧ τὴν παρθενίαν ἔδωκα; » Καὶ ἡ τίτθη ἀκούσασα ἀνέκραγε, καὶ τὸ πρᾶγμα ἔκπυστον γίνεται. (7) Ὡς δὲ οἴκαδε εἰσέρχομαι, καταλαμβάνω τὸν Κίμωνα, καὶ οἷα ἦν εἰκὸς ἐργάζομαι, καλῶν ἀνόσιον καὶ δι' αὐτὸν ἀπολωλέναι λέγων ἡμᾶς. Ὁ δὲ οὐδὲν δι' αὐτὸ ἔδεισεν, οὐδὲ ᾐσχύνθη τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλὰ μύθους ἐπεβάλλετο λέγειν μακρούς, τοὺς ἁπανταχόθι τροχῶν ἄξια εἰργασμένους καταριθμούμενος. (8) Καὶ γὰρ ἐν Μαγνησίᾳ τοῦτο περὶ Μαίανδρον τὸν ποταμὸν ἔφη γεγονέναι ὑπό τινος τῶν ἐκεῖ νέων· ἀφ' οὗ καὶ ἔτι σήμερον Ἄτταλον τὸν ἀθλητὴν ὁ πατήρ, ἔφη, αὐτοῦ οὐχ ἑαυτοῦ υἱὸν ἀλλὰ τοῦ Μαιάνδρου εἶναι πείθεται, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν οὕτω πάνυ νομίζει σαρκῶν τε καὶ ῥώμης εὖ ἔχειν· ἐπειδὰν δὲ πολλὰς λαβὼν πληγὰς καὶ ἀπειπάμενος ἐξίῃ, τὸν ποταμὸν αὐτῷ νεμεσῆσαι λέγει, ὅτι νικήσας οὐ πατέρα ἀνηγόρευεν αὐτόν. Οὐκ ἄρ' ἀπορεῖ γε ἡττώμενος προφάσεως. (9) Καὶ περὶ Ἐπίδαμνον δ' ὁμοίως, πόλιν κατ' Ἰόνιον, ἔφη μουσικὸν ὑπ' εὐηθείας πεπεῖσθαι ὅτι Ἡρακλέους εἴη τὸ ἐκ μοιχοῦ γεγονὸς αὐτῷ παιδίον. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαιδοποιησάμην, ἔφη, ἅπαξ δὲ διελέχθην παιδὶ ὑπερώρῳ τε ἤδη, καὶ λουομένην αὐτὴν μετὰ μιᾶς γραὸς ἰδών. Καὶ ἄλλως δ' ἐδόκει μοι, ἔφη, ὡς μὴ παντάπασι τὰ ἐν Ἰλίῳ τραγικά τε καὶ φοβερὰ ᾖ παθεῖν, δεῖν καί τι ἡμᾶς καὶ οἷον ἐν κωμῳδίαις περὶ τὸν Σκάμανδρον ἐργάσασθαι. (10) Κἀγὼ μὲν ἄλλο οὐδὲν ἢ ὅποι λήξει ἡ τοσαύτη ἀναισχυντία προσμένων, λίθινος ὑπ' ἀπιστίας ἐγεγόνειν· ὁ δὲ ἐῴκει καὶ τρίτην Ἀπόλλωνός μοι δοκῶ καὶ Διονύσου μοιχείαν ἐπάξειν, ἕως ἰδὼν ἐγὼ ὄχλον προσιόντα τῇ θύρᾳ « Τοῦτ' ἐκεῖνο, » ἔφην, « καταπρήσοντες ἡμᾶς πάρεισι, » καὶ δι' ὀπισθοδόμου τινὸς εὐθέως πρὸς Μελανιππίδην φεύγων ᾠχόμην, ἐκεῖθεν δὲ ἑσπέρας ἐπὶ θάλατταν· εἶτα πρόσθεν ἀξένῳ καὶ ὠστῇ ἀνέμῳ κατήχθημεν, ὃν μηδεὶς ἂν ἄλλος ἢ φεύγων τὸ Κιμώνειον ἄγος ὑπομεῖναι πλέων. Τοιαῦτα μὲν παθὼν δεῖν σοι γράφειν, ὡς σχετλιάσοντι καὶ ἐμοῦ μᾶλλον, ᾤμην· σὺ δὲ ἂν ἱκανῶς, οἶμαι, γελάσειας.

autem lavaretur, et de more verba illa pronunciaret, ut posterius cognovi, « Cape meam, Scamander, virginitatem, » prosiliens e fruticibus Scamander Cimo, « Libenter, inquit, accipio, et sumo Callirrhoen Scamander: et multa in te conferam beneficia. » Hæc quum diceret, simulque abripuisset puellam, se occultat: (6) non tamen res etiam occultatur. Sed quum quatriduo post pompa esset Veneris, et recens nuptæ ei pompæ interessent, nos quoque illam spectabamus. Sponsa autem Cimonem conspicata, ut nullius mali sibi conscium una mecum spectantem, honorem ei præbuit: et nutricem intuita, « Vides, inquit, mea nutrix, Scamandrum, cui virginitatem dedi. » Quo illa audito exclamat: itaque facinus divulgatur. (7) Ut vero domum ingredior, prehendo Cimonem, et ita cum eo ago, uti par est, vocans nefarium, et dicens per eum periisse nos. Is vero nihil ea re perterritus, neque verecundatus ob ea quæ fecerat, fabulas narrare cœpit prolixas, undique eos connumerans, qui cruciatu digna commiserant. (8) Nam et in Magnesia idem circa Mæandrum fluvium aiebat esse factum a quodam indigena adolescente. Ex quo etiam hodie Attalum pugilem pater, inquit, non suum, sed Mæandri esse filium, persuasum habet: eaque de causa illum adeo carnoso et robusto esse corpore. Quum vero multis acceptis plagis, viribus destitutus abit, fluvium ei indignatum ait, quod victor eum patrem non proclamasset. Quum igitur succumbit, non ei deest excusatio. (9) Et circa Epidamnum urbem ad mare Ionium sitam rursus eodem modo aiebat musicum quendam præ stultitia credidisse, puerum sibi ex adultero natum esse filium Herculis. Ego vero, non procreavi puerum, inquit; sed collocutus semel sum cum puella jam exoleta, lavantem cum una anicula conspicatus. Præterea mihi videtur, inquit, ne usquequaque res Ilienses terribiles et tragicæ sint, nobis etiam hilare aliquid, quale fit in comœdiis, circa Scamandrum patrandum esse. (10) Tum ego nihil aliud nisi, quo tandem evaderet tanta impudentia exspectans, lapis pene factus sum, adeo mihi res incredibilis videbatur. Ille vero tertium etiam Apollinis et Bacchi adulterium expositurus erat, quum ego vidi turbam ad januam accedentem. Tum, « Hoc illud est, inquam, combustum nos adveniunt », et statim per posticum ad Melanippidem confugi, inde vesperi ad mare contendi; hinc deinde per altum in portum delatus sum vento inhospitali trucique, quem nemo navigans toleret, nisi qui Cimonium piaculum fugiat. Talia quum perpessus sim, ea tibi scribenda esse duxi, ut qui gravius etiam quam ego ipse laturus esses: tu vero, ut arbitror, affatim ridebis.

XI.

Τῌ ΒΟΥΛῌ ΚΑΙ Τῼ ΔΗΜῼ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

Τὰ μὲν ἄλλα δεῖν ὑμῖν ἐπιστέλλειν, περὶ ὧν ἐβουλόμην, καὶ πρότερον ᾠόμην· οὐ γὰρ ἀφῃρῆσθαί γε τοῦτο ἀτυχήσαντα τῶν παρ' ὑμῖν ὑπελάμβανον· συμβουλεύειν δὲ καὶ πολυπραγμονεῖν οὐ μικρᾶς ἔμοιγε ἀκρασίας ἔργον ἐφαίνετο εἶναι, δεδωκότι τηλικαύτην δίκην τοῦ πολιτεύεσθαι, πλὴν εἴ τι δέοι καλούντων ὑμῶν. (2) Ἄλλως δὲ μηδὲ ῥᾴδιά τισιν ἐπιτηδείων, οὐχ ὅτι πόλει, συμβουλεύειν, ἃ προσήκει, ᾠόμην· ὑμῖν δὲ ἑώρων ἄλλους καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυναμένους τὰ κοινά· κατέλιπον γὰρ οὐκ ὀλίγους. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν τεθνᾶσι, πολλοὶ δὲ ἠτυχήκασιν ὥσπερ ἐγώ, περιέστηκε δὲ ἡ πόλις εἰς ἐρημίαν τῶν πολιτευομένων, ἀκούω δὲ τοὺς μὲν αὐτοῦ παρόντας τοὺς δὲ καὶ δι' ἐπιστολῶν κινεῖν τι τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων, ἕτοιμος ἤδη τὰ δοκοῦντα τῇ πόλει συμφέρειν, ὡς μόνον ἔξεστί μοι, δι' ἐπιστολῶν λέγειν. (3) Εἰ δὲ καὶ νῦν τὰ Μακεδόνων φρονεῖν ἐροῦσί με, καὶ παραπρεσβείας πάλιν γράφονταί τινες ἀπόντα με ἢ προδοσίας τῆς Ἑλλάδος, ἕτοιμος ἤδη καὶ Ῥόδου καὶ γῆς ἁπάσης Ἑλληνίδος πρόσω φεύγειν, ἐὰν βούλωνται, καὶ πρὸς τὸν ἐν Πέρσαις ἄπειμι καὶ Μήδοις βασιλέα. Καίτοι τὰ Περσῶν με καὶ Μήδων οὐδεὶς ἔφη ποτὲ φρονεῖν, καὶ πάντων ἥκιστα Δημοσθένης. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖθεν παύσομαι γράφων, ἃ τῇ πόλει δόξω συμφέρειν, οὐ χαρίζεσθαι μέλλων ὑμῖν, ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἀλλ' ἐλευθέρως νουθετεῖν. (4) Εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι τῶν πολιτευομένων οἱ μᾶλλον ἐπιπλήττειν ἢ χαρίζεσθαι θέλοντες ὑμῖν δοκεῖν, οὗτοι καὶ μάλιστα πρὸς ἡδονὴν λέγουσι, τὴν ὑπὸ προσχήματι τῆς παρρησίας ὁδὸν τοῦ κολακεύειν ἑλόμενοι· καὶ γὰρ αὕτη τίς ἐστι τοῦ χαρίζεσθαι πολίταις καὶ ἡγεμόσι πολὺ κακουργοτέρα προαίρεσις· ἣν βαδίζοντές τινες Ἀθήνησι καὶ περιόντος ἐμοῦ παρ' ὑμῖν (οὕτω γὰρ χρὴ λέγειν) καὶ νῦν ὅσον ἐφ' ὑμῖν τεθνεῶτος, αἰτιῶνται μὲν ὑμῶν τὴν ὀλιγωρίαν ὡς οὐκ ἐθελόντων ἄρχειν τῆς Ἑλλάδος, προτρέπονται δὲ ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ὡς δυναμένους. (5) Ὑμεῖς δὲ μετὰ τοῦ δοκεῖν ἀργοὶ γεγονέναι δύνασθαι τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν νομίζεσθαι θέλετε μᾶλλον, ἢ μετὰ τοῦ μένειν ὑμῶν τὰς προθυμίας ἐνδεῖσθαι τῆς δυνάμεως. Πυνθάνομαι γὰρ τελευτήσαντος Ἀλεξάνδρου προτρέπειν τινὰς ὑμᾶς καινοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων· ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῦτα συμβουλεύειν ὑμῖν μετὰ τοῦ ταῦτα συμφέρειν. (6) Οὐ γὰρ ἠγνόουν, μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, ὅτι λαμπρόν ἐστι τὸ τοῖς μὲν βαρβάροις πολεμεῖν τοὺς δὲ Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, καὶ ταῦτά γε καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν προελομένους· ἀλλ' εἰς μὲν τὸ βούλεσθαι τὰ κράτιστα τὴν γνώμην οὖσαν ἱκανήν, εἰς δὲ τὸ δύνασθαι καὶ τύχης ἀγαθῆς ὑμᾶς δεομένους. (7) Προσήκειν οὖν μεμνῆσθαι καὶ ὑμᾶς ὑπελάμβανον ὅτι Ἀθηναίοις μὲν ἐπιστέλλομεν, Ἀθηναίοις δὲ οὐκ ἐν οἷς Θεμιστοκλῆς ἐπολιτεύσατο, ἀλλ' οἳ τὰς μὲν γνώμας καὶ τὰς νοήσεις

XI.

SENATUI POPULOQUE ATHENIENSI.

Aliis de rebus quibusvis prius etiam ad vos mihi scribendum esse putabam—neque enim id quoque ei, cui vestram rempublicam calamitas ademisset, ereptum arbitrabar—, sed dare consilia, et negotiis alienis implicari, non parvæ incontinentiæ mihi esse videbatur in eo, qui administratæ reipublicæ tam graves dedisset pœnas, nisi quum et res postularet, et vos peteretis. (2) Alioqui ne familiarium quidem aliquibus facile esse suadere existimabam, nedum civitati : et vobis esse alios qui reipublicæ dicendo agendoque consulere possent. Reliqui enim non paucos. Sed quia eorum alii obierunt, multi simili mecum calamitate sunt conflictati, et respublica eorum a quibus gubernetur penuria laborat, — audio autem quosdam præsentes, quosdam etiam per literas turbare statum civitatis—, jam non recuso, ea quæ mihi e republica esse videntur qua sola ratione licet, per literas explicare. (3) Quodsi me nunc etiam facere cum Macedonibus dicunt, et falsæ legationis aut Græciæ proditæ etiam absentem aliqui accusant, paratus sum ultra et Rhodum et universam Græciam fugere, si volent, et ad Persarum et Medorum regem proficiscar. Etsi me stare a Persis et Medis nemo unquam dixit, et omnium minime Demosthenes. Sed ne ibi quidem ea scribere desistam, quæ urbi profutura videbuntur, non gratificaturus vobis, ut alii quidam, sed libere moniturus. (4) Sciendum enim est, eos magistratus, qui magis objurgare vos, quam gratiam vestram aucupari videri volunt, maxime ad gratiam loqui, delecta ea assentandi via, quæ sub velamento libertatis delitescat—nam hæc est gratificandi civibus et ducibus via multo malitiosior—, quam ingressi quidam Athenis, me et adhuc apud vos superstite (sic enim mihi dicendum est), et nunc, quantum in vobis est, mortuo, vestram culpant ignaviam, ut qui nolitis imperare Græciæ, et ad principatum adhortantur, ut quem obtinere possitis. (5) Vos vero malle debetis cum opinione ignaviæ videri Græcis imperare posse, quam, retenta vestra alacritate, viribus destitui. Audio enim, Alexandro defuncto, quosdam exhortari vos ad rerum novarum studium : ego vero ea me vobis suadere vellem, quæ in posterum prodessent. (6) Neque enim ignorabam, testor Jovem optimum maximum ceterosque deos, magnificum esse barbaros perpetuo oppugnare, et Græcos in libertatem vindicare, et hoc patrum etiam nostrorum fuisse institutum : verum, ut optima quæque velitis, id in vestris animis esse situm, ut autem exsequi etiam possitis, secunda etiam fortuna vobis esse opus. (7) Existimabam igitur, vos quoque meminisse oportere, nos, etsi ad Athenienses scribamus, ad eos tamen scribere Athenienses, non apud quos rempublicam Themistocles administravit, sed ad eos, qui, quum animis nihilo sint illis inferiores, non easdem habent ad ge-

ἐκείνων ἴσας, τὰς μέντοιγε πρὸς τοὺς πολέμους ἀφορμὰς οὐχ ὁμοίας ἔχουσιν. Ἐπεὶ δότωσαν μὲν ἡμῖν τριακοσίας τριήρεις οἱ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄξια γράφοντες ἡμῖν, δότωσαν δὲ τρισμύρια τάλαντα ἀργυρίου καὶ χρυσίου ἀπέφθου δισχίλια, δότωσαν δὲ ἀνδρῶν ἐν ἥβῃ νέων τοσοῦτο πλῆθος, ἤδη γεγυμνασμένων ἐν ὅπλοις· καὶ μηκέτι συμβουλευέτωσαν. (8) Αὐτοὶ γὰρ εἰδήσομεν ἃ χρὴ πράττειν, δυνάμενοι τὰ δόξαντα πράττειν, μηδὲ ῥαψῳδείτωσαν μάτην ἐπαινοῦντες ἡμῶν τοὺς προγόνους τε καὶ τὴν χώραν, ὅτι ἐγένοντο ἐν αὐτῇ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς, εἰσεγένοντο ἐν αὐτῇ οἱ θεοί. Ἐπεὶ πύθεσθε αὐτῶν, τί ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ τὴν πόλιν ὤνησε τῶν Ἀθηναίων, ὅτι Ἄρης πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιρροθίου ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐκρίθη; (9) ἀλλ' εἰ πρὸς Ἀντίπατρον, ἢ ὅστις ἄλλος Μακεδόνων βασιλεύς, ἱκανοί ἐσμεν ἀγωνίσασθαι, τοῦτο χρὴ σκοπεῖν. Κἂν ἱκανοὶ ὦμεν, ἀγαθῇ τύχῃ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα εὐθέως ἐλευθερῶμεν τοὺς Ἕλληνας· εἰ δὲ τούτου μὲν ὀλιγωρήσομεν, κολακευόμενοι δὲ ἡσθησόμεθα, πῶς οὐ μετὰ τοῦ δοκεῖν ἑαυτοῖς αἴτιοι γεγονέναι τῶν συμφορῶν, ὃ μόνον οὐδὲ παραμυθίαν ἔχει τοῖς κακῶς πράττουσιν, ἀτυχήσομεν; (10) Ἔστι δὲ καὶ πόλεως καὶ ἀνδρὸς εὖ φρονοῦντος ἔργον πρὸς τὰς παρούσας ἀφορμὰς ὑπὲρ τῶν παρόντων βουλεύσασθαι· τὸ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἰς τὰ πράγματα, οἷς ἐπιχειρεῖτε, ἐκ τῆς πρόσθεν ἰσχύος ἔχειν, τὴν δὲ ἰσχὺν πάλαι ποτ' ἐσχηκέναι μεγάλην, ὅμοιά γε φαίνεται ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπίασι πολλάκις νικήσας, ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ προχαλοῖτο τοὺς ἀντιπάλους, ἀναμιμνησκόμενος ἧς ἔσχηκεν, οὐ τῆς παρούσης, δυνάμεως. (11) Ἄξιον δὲ καὶ ἃ λέγειν αὐτοὺς πυνθάνομαι λογίσασθαι μεθ' ὑμῶν, ὡς καινὰ καὶ θαυμαστὸν ὅσον εἰς ἃ βούλονται τῇ πράξει συλλαβεῖν δυνάμενα. Φάσκουσι γὰρ δεῖν ὑμᾶς ὁμονοεῖν, ὥσπερ ὑμᾶς οὐκ ἐπισταμένους ὅτι τοῦτο μὲν πάσῃ πόλει, καὶ πολεμεῖν καὶ εἰρηνεύειν βουλομένῃ, κράτιστόν ἐστιν. (12) Δεῖ δὲ οὐ τοῦτο σκοπεῖν, εἰ ὁμονοητέον πολεμοῦσιν· ὁμονοητέον γὰρ καὶ πολεμοῦσι καὶ μὴ παντὸς ἕνεκα· ἀλλ' εἰ βουλομένοις πολεμεῖν καὶ ὁμονοεῖν, ὡς ἴσμεν ἅπαντες, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ δύναμις. Ἕως δ' ἂν μήτε συστρατείας πολεμοῦντες ἔχωμεν, μήτε χρημάτων πόρους δεικνύωσιν, ἀλλὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἔγγυον διδῶσι τοῦ πολέμου, μηδὲν διαφέρειν αὐτοὺς αὐτίκα νομίζωμεν. (13) Ἀλλ' ἐκεῖνον μέν, ὥσπερ ἦν ἄξιος παραπλὴξ τὴν διάνοιαν ὤν, κατελύσατε εἰκότως· τούτοις δὲ ἀποχρησάτω μηδὲν παθεῖν κακὸν παραδόξους λόγους μελετῶσι καὶ μηδὲ λείψανον ἐῶσιν ὑμῖν τι τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τούτων φθονοῦσι πράττειν ἃ δεῖ βουλομένοις, ἕως ἂν τὸ Θηβαίων πολιτεύσωνται πολίτευμα, μηλόβοτον ὑμῶν γενέσθαι τὴν χώραν καὶ κατασκαφῆναι τὴν πόλιν ἀναγκάσαντες. Οὐ γάρ, εἰ κακῶς ἔχει τὰ πράγματα, διὰ τοῦτο μηδέν, ὅπως μὴ χεῖρον ἕξει, φροντιστέον.

renda bella facultates. Nam qui Græcia digna scribunt, danto vobis trecentas triremes: danto triginta millia talentûm argenti, et auri puri puti tria millia: danto virorum ætate et robore florentium tantam multitudinem, in armis jam exercitatorum: et suadere desinunto — (8) Ipsi enim sciemus quid sit agendum, ubi ea quæ probata nobis fuerint, exsequi poterimus—, neque nugas agunto, frustra laudandis majoribus nostris, et regione, quod dii in ea nati fuerint et pro ea steterint, (*et judicia in ea subierint*). Rogate eos, quid in Chæronensi pugna urbi Athenjensium profuerit, quod Mars suam causam cum Neptuno in Areopago disceptarit? (9) Enimvero illud considerandum est, an ad prœlio decertandum cum Antipatro aut quovis alio Macedonum rege, justas vires habeamus. Quod si erit, diis approbantibus, sumptis armis, Græcos in libertatem asseramus. Sin hoc quidem neglexerimus, assentationibus autem inducti, superati fuerimus, qui fieri poterit ut in calamitatem non incidamus; præterquam quod nosmet ipsi in mala conjecisse videbimur, quæ sola res in miseriis nullam consolationem habet? (10) Est autem et reipublicæ et viri sapientis officium, de statu rerum pro ratione horum temporum deliberare: audaciam vero, ad res quas gerendas suscipias, ex veteri potentia concipere, qua olim magna præditus fueris, id perinde esse videtur, ac si quis sæpe Olympiæ victor, post ubi consenuerit, adhuc nomen suum profiteatur, et adversarios evocet, memor roboris, non quod jam habet, sed quod olim habuit. (11) Sunt etiam consideratu digna, quæ ab eis dici audio, quasi nova et quæ mirum quantum ad rem ipsis propositam afferre possint adjumentum. Nimirum debere vos dictitant esse concordes, quasi vos ignoretis, id quidem cuivis urbi sive bellum gerenti, sive pacem agenti, esse optimum: (12) illud autem nobis spectandum esse, non an bellum suscepturis concordia sit ineunda—nam concordes esse nos, sive bellum gerentes, sive quiescentes, omnibus de causis oportet—, sed an justas vires habeamus, si et bellum gerere et concordes esse voluerimus, ut scimus omnes. Quoad autem non ostenderint, nec quos bellum gesturi exercitus habituri simus, nec quam pecuniæ copiam, sed Minervam belli vadem nobis dederint, statim eos nihil *ab insanis* differre existimabimus. (13) Ac illum quidem, ut merebatur, homo nimirum mentis errore affectus, jure repudiastis: isti autem contenti esse debent, si nihil mali patiantur, dum absurdas excogitant orationes, et ne reliquias quidem ullas vobis superesse sinunt, sed has etiam iis invident, qui fungi officio cupiunt; donec Thebanorum exemplo republica administrata, regionem nostram in ovium pascua converti, urbem everti coegerint. Nec enim eo quod res male se habent, providendum non est, ne deteriores etiam fiant.

XII.

ΤῊ ΒΟΥΛῊ ΚΑΙ ΤΩ͂Ι ΔΗΜΩ͂Ι ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

Ἐγὼ προσῆλθον τῷ πολιτεύεσθαι γεγονὼς ἔτη τρία καὶ τριάκοντα, μὰ Δί' οὐ τριταγωνιστεῖν μαθών, ὡς Δημοσθένης ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, καὶ παιδείας φροντίσας τὰ μέτρια, καὶ λόγους οἵους λέγειν ἐν Ἀθήναις ἔπρεπε. (2) Καὶ τούτους οὐκ εἰς συκοφαντίαν γυμνάσας, οὐδέ τινι τῶν πολιτῶν δίκην δικασάμενος εὑρεθήσομαι λαβὼν ἀργύριον, οὐδὲ ὕβρεις ἀποδόμενος, ἀλλ' οὐδὲ ὑβρισθεὶς ὅλως οὐδὲ ἀφορμὴν προπηλακισμοῦ παρασχών, οὐδὲ εἰς δίκην τινὰ τῶν πολιτῶν καταστήσας ἔξω Τιμάρχου μόνου. (3) Καὶ οὐκ ἀλαζονεύομαι πρὸς ὑμᾶς ὡς πολλὰ πάνυ λαβεῖν ἐξόν μοι χρήματα μὴ λαβών, ἀλλ' ὡς ἦν προσῆκον, δίκην κατὰ τοὺς νόμους λαβών. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν Κτησιφῶντα, πολλὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ παθὼν πολλὰ δὲ ὑπὸ Δημοσθένους, παρανόμων ἐγραψάμην, δικαιοτάτην, ὦ θεοί, γραφήν. (4) Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ καὶ τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἡ Δημοσθένους δεινότης κρείσσων ἐγένετο. Ἐφάνη δὲ ἴσως ἐφ' οἷς κατηγορήθην πρότερον ὑπὸ Δημοσθένους, πολὺ μείζοσι δηλονότι τούτων οὖσι δι' ἃ νῦν ἐξέπεσον, οὐ μικρὸν δεῖγμα τοῦτο τοῦ καλῶς πολιτεύεσθαι νομίζεσθαι, ὅτι οὐδὲ Δημοσθένους κατηγοροῦντος ἑάλων. (5) Μετὰ δὲ ταύτην τὴν συμφορὰν καὶ τελέως καταφανῆ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐχ ὅπως μόνοις ὑμῖν, ἐμαυτὸν οἴομαι γεγονέναι. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι ἀποθανόντες οἱ ἄνθρωποι καὶ φεύγοντες ἐκ τῆς πατρίδος, τότε δὴ καὶ μάλιστα, ὁποῖοί τινες ἐγένοντο τοὺς τρόπους, διαδείκνυνται; (6) Καὶ γὰρ ἃ συνέκρυπτον αὐτοὶ πρότερον, ἐκ μέσου γενομένων ἀναφαίνεται καθαρῶς· αἰτιᾶται γὰρ πολὺ μᾶλλον τῶν ἐχθρῶν ἕκαστος οὐδὲν ἀντειπεῖν δυναμένους. Οἱ δὲ δὴ φεύγοντες ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις, ὡς τὰ τῶν πολεμίων ἀεὶ προαιρούμενοι, καὶ παντελῶς δεικνύουσι καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἐν τῷ πολιτεύεσθαι γενομένας αὐτοῖς γνώμας καταφανεῖς· καὶ γὰρ καὶ ὅπως φέρουσι τὰς συμφορὰς καὶ ὡς διάκεινται πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἐξετάζονται σαφῶς. (7) Ἆρ' οὖν καὶ Φιλίππῳ προδοὺς τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα καὶ παραπρεσβεύσας τοιαῦτα κατὰ τῆς πόλεως, καὶ δὴ θεραπεύσας Μακεδόνας, ἐπειδὴ τάχιστα φεύγων παρ' ὑμῶν ᾠχόμην, πρὸς Ἀλέξανδρον ἀπηλλάγην, χάριν τε ὧν παρεσχόμην αὐτῷ κομιούμενος καὶ προμηθείας δηλονότι τευξόμενος παρ' αὐτῷ; (8) Καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἑώρων τὰ μὲν ἐν Βοιωτίᾳ πανδοκεῖα Δημάδην ἔχοντα καὶ χωρία ζευγῶν εἴκοσιν ἀροῦντα καὶ χρυσᾶς ἔχοντα φιάλας, Ἡγήμονα δὲ καὶ Καλλιμέδοντα, τὸν μὲν ἐν Πέλλῃ τὸν δὲ ἐν Βερροίᾳ, καὶ δωρεὰς ἅμα εἰληφότας καὶ γυναῖκας εὐπρεπεστάτας γεγαμηκότας. (9) Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς Θηβαίους οὐδ' εἰς Θετταλίαν ᾠχόμην παρ' ὑμῶν, οὐδὲ πρὸς ἄλλους τινάς, παρ' οἷς ἢ λοιδορεῖν ἔδει με τὴν πατρίδα τὴν ἐμὴν ἢ λοιδορουμένης αὐτῆς ἀκούειν, ἀλλ' εἰς Ῥόδον ἀφικόμην, οὔτε μὰ τὸν Δία δυσμενῶν ὑμῖν

XII.

SENATUI POPULOQUE ATHENIÉNSI.

Ego ad rempublicam accessi annos tres et triginta natus, quum mehercule non tertias actitare partes didicissem, ut Demosthenes dicebat, sed educatus fuissem liberaliter, et doctrinæ mediocri, et ejusmodi orationibus operam navassem, quales haberi Athenis deceret. (2) Atque eas non ad calumniam contulisse, neque ulli civium, accepta pecunia, periculum creasse reperiar, neque etiam contumelias vendidisse, sed prorsus contumeliis non affectus fuisse, neque causam contumeliæ mihi faciendæ ulli suppeditasse, ac ne in judicium quidem ullum civem adduxisse, extra solum Timarchum. (3) Neque jacto apud vos, me, quum permultas apud vos pecunias accipere potuissem, non accepisse: sed, ut conveniebat, pœnas legibus sumpsisse. Post etiam Ctesiphontem, multa ab eo perpessus, multa item a Demosthene, violatarum legum reum feci, justissimo, o dii immortales, judicio. (4) Neque vero mirum est, Demosthenis eloquentiam et legibus vestris et verbis meis fuisse superiorem. Illud autem non exiguum fortassis apud vos argumentum exstitit bene gestæ a me reipublicæ, quod ne Demosthene quidem accusante, illorum criminum, quorum ille me reum fecerat — quum quidem iis ob quæ nunc exsulo longe graviora essent —, fuerim condemnatus. (5) Post hanc autem calamitatem, me penitus non vobis dumtaxat, sed omnibus etiam Græcis notum esse factum opinor. Quis enim nescit, homines ut mortuos, ita etiam patria exsulantes, qui et quibus moribus fuerint, maxime cognosci? (6) Nam et quæ prius ipsi contegebant, ea illis e medio sublatis perspicue cernuntur; et omnes inimici multo magis eos criminantur, quum jam se defendere non possunt. Qui autem ob id crimen exsulant, quasi hostium commodis perpetuo studuerint, omnino et mores et consilia in gerenda republica sua evidenter demonstrant. Neque enim quo pacto calamitates ferant, et ut erga patriam sint affecti, ulla ratione celare possunt. (7) Numquid ergo, ut qui patriam meam Philippo prodiderim, et in reipublicæ fraudem mala fide legationem obierim, quippe Macedonum cultor, ut primum a vobis ejectus abii, ad Alexandrum me contuli, ut et gratia pro meritis ab eo mihi referretur, et rationibus meis consuleretur? (8) Neque vero non videbam, Demadem cauponas Bœotias tenere, et fundos xx boum jugis arare, et aureas habere phialas, Hegemonem autem et Callimedontem, alterum Pellæ, alterum Berrhœæ, quum munera accepisse, tum matronas honestissimas uxores duxisse. (9) Neque etiam a vobis ad Thebanos aut in Thessaliam abii, aut ad alios quosdam, apud quos mihi convicia in patriam aut dicenda, aut ab aliis audienda essent, sed Rhodum sum profectus, in hominum urbem, qui nec vobis inimici sunt, nec inimicitiarum ap-

οὔτ' ἄλλως φιλαπεχθημόνων ἀνθρώπων πόλιν. (10) Τὸ μὲν γὰρ ἄγχιστα τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἑστάναι κατειρωνευομένων ἔμοιγε τῆς συμφορᾶς εἶναι μᾶλλον ἢ στεργόντων ἐδόκει τὴν πόλιν· τὸν δὲ ὄντως στέργοντα τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὡς πορρωτάτω μᾶλλον αὐτῆς ἐχρῆν ἀπιέναι, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόμνημα ἔχειν, ὃ τὴν γνώμην ἀμύξει. (11) Καὶ γὰρ οὐδ' ἐνταῦθα μείνας, ἐν Ῥόδῳ, φανείην ἄν, ἀλλὰ τῆς περαίας ἑλόμενός τι μικρὸν φρούριον, Ἄμμον· κἀνταῦθα πριάμενος χωρία τοσούτων ταλάντων, ὅσων εἰκὸς ἦν τὸν Φιλίππου μὲν πρότερον εἶτ' Ἀλεξάνδρου μισθωτὸν ὕστερον γενόμενον καὶ Φωκεῖς προδόντα καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίαν Μακεδόσι, κάθημαι μεθ' ἑπτὰ θεραπόντων ἐνταῦθα καὶ δυοῖν μόνων γνωρίμων καὶ τῆς μητρός, (12) ἣ τρίτον ἔχουσα καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἔπλευσε σὺν ἐμοὶ μεθέξουσα τῆς δι' ὑμᾶς μοι συμφορᾶς γενομένης, καὶ μετὰ γυναικός, ἣ συνεξέπεσέ μοι κωλύοντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς καὶ μένειν ἴσως ἀναγκαζόντων τῶν νόμων, τὸν τρόπον τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τοὺς νόμους ἐπισταμένη, καὶ μετὰ τριῶν παίδων οὐδέπω καὶ νῦν τῆς ἑαυτῶν συμφορᾶς ἐπαισθομένων, οὐδὲ ὁποίαν αὐτοῖς ὁ θεὸς δέδωκε γινομένοις πατρίδα, τὴν Ἀθηναίων πόλιν, ὁποίαν δ' εὐθέως γενομένων αὖ ἀφῄρηται πάλιν. (13) Καὶ ἕτεροι μέν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἑαυτῶν παῖδας, τοὺς ἢ ἐν Βοιωτίᾳ γεννηθέντας ἢ ἐν Αἰτωλίᾳ, πρὸς ὑμᾶς πέμπουσι τῆς αὐτόθι παιδείας μεθέξοντας· οἷς δὲ ταῦτα παρὰ τῆς φύσεως ὑπῆρξεν, οὐ δημοποιήτου πατρὸς οὖσιν οὐδ' ἐπ' αἰτίαις αἰσχραῖς ἑαλωκότος, φεύγουσιν ἔτι νήπιοι, καὶ τρέφονται πένητες ἐν ἐρημίᾳ τε καὶ φυγῇ πατρῴᾳ. (14) Καὶ περὶ μὲν τῶν Λυκούργου παίδων Δημοσθένης ὑμῖν ἐπιστέλλει, καὶ δεῖται καλῶς ποιῶν χαρίσασθαι τὸ πατρῷον αὐτοῖς ὄφλημα, καὶ ὑμεῖς οὐδὲν ἄλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον, ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι, ἐποιήσατε· καὶ γὰρ ὀργίζεσθαι ῥᾳδίως ὑμῖν ἔθος ἐστὶ καὶ χαρίζεσθαι πάλιν· (15) ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ παίδων οὐκ ἂν ὑμᾶς πείσαιμ' ἂν δεόμενος, ὡς μή μοι μὴ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ τραφῶσιν, ἀλλ' ὀρφανοὶ ἅμα καὶ φυγάδες ὄντες, οὔτε ἀδικήσαντες παῖδες ὄντες, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλως ἑαλωκότες, τὰ μέντοι τῶν ἑαλωκότων πάντα πεπονθότες; εἶτα τελευτήσαντος ἀναμνήσθητέ μου, καὶ χαρίσασθε τὰς δεήσεις, νῦν προσέχοντες ἡμῖν. Ἀλλὰ καὶ πράξατε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ πείσθητε, τὰ συνήθη αὐτοῖς καὶ μέτρια ποιοῦντες. (16) Οὐ γὰρ ἂν δὴ τῶν τρόπων ἀποσταίητε καὶ καταλύσαιτε τὴν τῆς πόλεως δόξαν, ἣν ἐπὶ χρηστότητι μείζω καὶ φιλανθρωπίᾳ διὰ παντὸς ἔσχεν ἢ ταῖς ἄλλαις πάσαις [ἀρεταῖς] ἡ πόλις. Οὐδ' ἂν Μελάνωπος ἰσχύσειε πλεῖον κωλύων ὑμᾶς μιμεῖσθαι τὴν ἑαυτῶν χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, ἢ παρακαλῶν — οὐκ Αἰσχίνης, οὐδαμῶς μὰ τοὺς θεούς· (17) οὐ γὰρ αὐτάρκης οὐδ' εὐτυχὴς πείθειν ἔγωγε τὴν πατρίδα τὴν ἐμήν, καὶ μάλιστα νῦν, ἐμαυτοῦ χάριν πείθειν δοκῶν — ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως τρόπος καὶ τὸ πάλαι ὑμῶν ὄνομα καὶ τὸ τῶν προγόνων ἦθος, ᾧ ἀναγκαιότερον δήπουθεν ἢ Μελανώπῳ καθ' ἡμῶν δεομένῳ προσέχειν.

petentes. (10) Nam proxime patriam consistere mihi videbatur magis eorum esse, qui calamitatem suam cavillantes parvi facerent, quam eorum quibus cara sua est patria. Nam qui sincere patriam dilexerit, ei quam longissime potius ab ea discedendum fuerit, neque ullum in oculis habendum monimentum, quod animum cruciaret. (11) Ac ne Rhodi quidem mansi : sed in continente, quæ e regione insulæ est, delegi parvum quoddam castellum, Ammon, ibique emi prædia tot talentis, quot emi ab eo consentaneum erat, qui olim Philippi, post Alexandri mercenarius fuerat, quique Macedonibus et Phocenses et Græcorum prodiderat libertatem. Hic sedeo cum septem famulis, et duobus dumtaxat sodalibus et matre, (12) quæ anno ætatis tertio et septuagesimo navigavit mecum, particeps futura inflictæ mihi per vos calamitatis; et cum uxore, quæ una mecum ex urbe excessit, prohibente eam patre, et legibus fortasse manere cogentibus, magis gnara morum civitatis, quam legum; et cum tribus liberis, qui ne nunc quidem suam calamitatem intelligunt, nec qualem sibi nascentibus patriam dii dederint, Atheniensium civitatem, et quali, statim ut nati fuerant, sint urbe privati. (13) Ac alii quidem, ut video, suos liberos vel in Bœotia vel in Ætolia natos ad vos mittunt, ut vestra disciplina erudiantur : quibus vero hæc a natura tributa fuerant, quum patris essent, non populi beneficio in urbem adscripti, aut ob turpia facinora condemnati, ii exsulant adhuc infantes, et in paupertate educantur, in solitudine et exsilio paterno. (14) Ac de Lycurgi liberis ad vos scribit Demosthenes, et recte facit, qui paternum eis debitum condonari petat, et vos nihil aliud egistis nisi quod Athenienses decebat, ac miserti eorum condonastis — vestri enim moris est, facile et irasci et redire in gratiam — : (15) ego vero a vobis impetrare non potero, si pro meis liberis orem, non modo ne in orbitate alantur, sed etiam ne simul et orbi sint et exsules? quum nihil peccarint, quippe pueri, neque aliqua ratione sint condemnati, et perpessi tamen omnia quæ condemnatis usu veniunt. Tandem recordamini mei, Athenienses, et precibus meis benigne locum date, nunc nostri rationem habentes. Agite ergo, Athenienses, concedite ea quæ vestri moris sunt, et moderatione utimini. (16) Neque a vestris moribus recedetis, neque gloriam vestram destruetis, quam bonitatis et humanitatis nomine majorem quam ceteris virtutibus civitas vestra consecuta est. Neque plus valeat Melanopus, qui vobis obstat, quominus vestram bonitatem et humanitatem imitemini, quam qui vos adhortatur, et is quidem non Æschines—nequaquam medius fidius, (17) neque enim ego satis aut virium aut facundiæ habeo, ad persuadendum patriæ meæ, præsertim quum nunc meam causam agere videar —, sed civitatis mos, et antiquum vestrum nomen, et majorum consuetudo. Quæ pluris facienda est scilicet, quam Melanopus, qui ea flagitat quæ vobis sunt indecora.

ΔΕΙΝΑΡΧΟΣ.

I. ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Pag. Steph.

Ὁ μὲν δημαγωγὸς ὑμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ θανάτου
90 τετιμημένος ἑαυτῷ ἐὰν ἐξελεγχθῇ ὁτιοῦν εἰληφὼς παρ' Ἁρπάλου, οὗτος φανερῶς ἐξελήλεγκται δῶρα εἰληφὼς παρὰ τούτων οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον· πολλῶν δ' ὑπὸ Στρατοκλέους εἰρημένων καὶ τῶν πλείστων προκατειλημμένων κατηγορημάτων, καὶ περὶ μὲν αὐτῆς τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς δικαίας καὶ ἀληθεῖς ἀποδείξεις εἰρηκυίας, περὶ δὲ τῶν ἀκολούθων τούτοις Στρατοκλέους εἰρηκότος καὶ τὰ ψηφίσματα ἀνεγνωκότος ἤδη τὰ περὶ τούτων, (2) ὑπόλοιπον ἡμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ταῦτ' ἀγωνιζομένοις ἀγῶνα τηλικοῦτον ἡλίκος οὐδὲ πώποτε γέγονε τῇ πόλει, κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν παρακελεύεσθαι, πρῶτον μὲν ἡμῖν τοῖς λοιποῖς συγγνώμην ἔχειν, ἂν τῶν αὐτῶν ἐνίοις περιπίπτωμεν (οὐ γὰρ ἵνα ἐνοχλῶμεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα ὀργίζησθε μᾶλλον παροξυνόμενοι, δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἐροῦμεν), ἔπειτα μὴ προΐεσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἁπάσης δίκαια, μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ κρινομένου λόγων. (3) Ὁρᾶτε γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι παρὰ μὲν ὑμῖν Δημοσθένης οὑτοσὶ κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς· οἳ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἕξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων, καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε διότι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας, καὶ οὐχ ἵν' ἀφῆτε ζητεῖν προσετάξατε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ, ἀλλ' ἵνα ἀποφηνάντων τούτων ὑμεῖς τιμωρήσησθε τῶν ἀδικημάτων ἀξίως. (4) Νυνὶ τοίνυν τοῦτο ἐφ' ὑμῖν ἐστι. Ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου δίκαιον ψήφισμα, καὶ πάντων τῶν πολιτῶν βουλομένων εὑρεῖν τίνες εἰσὶ τῶν ῥητόρων οἱ τολμήσαντες ἐπὶ διαβολῇ καὶ κινδύνῳ τῆς πόλεως χρήματα παρὰ Ἁρπάλου λαβεῖν, καὶ πρὸς τούτοις ψήφισμά τι γράψαντος, ὦ Δημόσθενες, σοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν, ζητεῖν τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν, ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν, εἴ τινες εἰλήφασι παρὰ Ἁρπάλου χρυσίον, (5) ζητεῖ ἡ βουλή, οὐκ ἐκ τῶν προκλήσεων μαθοῦσα τὸ δίκαιον, οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν πίστιν τὴν περὶ αὑτῆς ἐπὶ σοῦ καταλῦσαι βουλομένη, ἀλλ' ὅπερ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀρεοπαγῖται εἶπον, προορῶσα ἡ βουλή, ὦ ἄνδρες, τὴν τούτων ἰσχὺν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμιν, οὐκ οἰομένη δὲ δεῖν οὐδεμίαν ὑπολογίζεσθαι τῶν περὶ αὑτῆς ἐσομένων βλασφη-

I. CONTRA DEMOSTHENEM.

Iste quidem populi ductor, Athenienses, qui ipse capitis se condemnavit si quidquam ab Harpalo accepisse convinceretur, manifesto convictus est acceptorum ab iis munerum, quibus se hactenus adversari est professus; quum autem Stratocles multa verba fecerit, et pleraque crimina jam occupata sint, ac senatus Areopagiticus ipsius indicii æquas et veras rationes attulerit, de iis vero quæ inde consequantur Stratocles sit locutus ac decreta jam quæ huc pertinent recitarit: (2) relinquitur nobis, Athenienses, tantam præsertim causam agentibus quanta nulla unquam oblata est reipublicæ, ut vos ex æquo omnes hortemur primum ut nobis reliquis veniam detis, si forte in quædam ab aliis jam allata inciderimus (nec enim eo repetemus eadem ut vos obtundamus, sed ut ad majorem iracundiam concitemini), deinde ne commune jus totius civitatis negligatis, sed salutem publicam cum rei eloquentia commutetis. (3) Illud enim videtis, Athenienses, apud vos quidem de Demosthene fieri judicium, apud alios autem de vobis: qui observant quemadmodum patriæ commodis studeatis, atque utrum propriam istorum corruptionem et improbitatem in vos recipiatis, an vero mortalibus omnibus declaraturi sitis vestrum in eos odium qui largitionibus in reipublicæ fraudem corrumpuntur, neque vos inquisitionem istam senatui Areopagitico mandasse ut delatos absolveretis, sed ut, ejus indicio cognito, vos illos, ut eorum facinora merentur, ulcisceremini. (4) Id igitur nunc vobis in manu. Nam quum justum plebiscitum sit, omnesque cives investigare cupiant quinam isti oratores sint qui cum ignominia et periculo reipublicæ pecuniam ab Harpalo accipere non dubitarint, prætereaque tu ipse, Demosthenes, ac multi alii decreto hæc de re inquiri jusseritis a senatu, instituto majorum, num qui aurum ab Harpalo acceperint: (5) inquisivit senatus; neque vero is ex istis cohortationibus quid justum sit didicit, neque veritatem et fidem suam in tua causa perdere voluit, sed, ut et ipsi Areopagitæ dixerunt, eo quod senatus istorum vires ac tum verbis faciendis tum rebus gerendis potentiam prospexit, neque committendum censuit, ut

μιῶν, εἴ τις μέλλει τῇ πατρίδι [ἀπ'] αὐτῆς αἰτία μοχθηρὰ καὶ κίνδυνος ἔσεσθαι. (6) Τούτων, ὡς ἐδόκει τῷ δήμῳ, καλῶς καὶ συμφερόντως πεπραγμένων αἰτίαι νῦν καὶ προκλήσεις καὶ συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους ἥκουσιν, ἐπειδὴ οὗτος ἀποπέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου· καὶ ἡ τῶν ἐκ προνοίας φόνων ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν, καὶ κυρία δικάσαι τε περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς 91 ἑκάστου τῶν πολιτῶν, καὶ τοῖς μὲν βιαίῳ θανάτῳ τετελευτηκόσι βοηθῆσαι, τοὺς δὲ παράνομόν τι τῶν ἐν τῇ πόλει διαπεπραγμένους ἐκβαλεῖν ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι, νῦν ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου;

7. Ναί· κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους. Τουτὶ γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος. Σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου; καθ' ὧν οὐδὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀσφαλές ἐστιν; οἳ πολλὰ πρότερον τῶν κοινῶν ἐκείνῃ ζητεῖν προσετάξατε καὶ διὰ τὰς γενομένας ζητήσεις ἐπῃνέσατε; οὓς δ' ἡ πόλις ἅπασα οὐ δύναται ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; ὦ Ἡράκλεις. (8) Διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν; καὶ διὰ τί πολλοὺς ἀνῄρηκας σὺ ταῖς τῆς βουλῆς ἰσχυριζόμενος ἀποφάσεσιν; ἢ ποῖ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος ἢ τίσι προστάξας ζητεῖν περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων εὕρῃ τὴν ἀλήθειαν; (9) Τὸ μὲν γὰρ συνέδριον τὸ πρότερον δοκοῦν εἶναι πιστὸν σὺ καταλύεις ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων, ᾧ τὴν τῶν σωμάτων φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν, ᾧ τὴν πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν πολλάκις ἐγκεχείρικεν, ὃ διαπεφύλαχε τὸ σὸν σῶμα τοῦ βλασφημεῖν περὶ αὐτοῦ μέλλοντος πολλάκις (ὡς σὺ φῄς) ἐπιβουλευθέν, ὃ φυλάττει τὰς ἀπορρήτους διαθήκας, ἐν αἷς τὰ τῆς πόλεως σωτήρια κεῖται.

10. Δίκαια μὲν οὖν, δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον· εἰρήσεται γὰρ ἃ γινώσκω. Δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτούς, ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, ἵνα τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γενομένων, καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης ἣν οὗτος προδέδωκεν, ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ δίκην ἀξίαν δόντος· (11) ἢ εἰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προσδέχεσθαι, πεῖραν ὑμῶν ἐν τοῖς πρότερον εἰληφότας· ὅπου γε οὕτω καλῶς καὶ δικαίως τῆς ἀποφάσεως τῆς κατὰ τούτου καὶ τῶν ἄλλων νυνὶ γεγενημένης, καὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς οὔτε τὴν Δημοσθένους οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης, ἀλλὰ τὸ δίκαιον αὐτὸ καὶ τἀληθὲς προὐργιαίτερον πεποιημένης, (12)

ullius contra se jaciendi maledicti metu patriæ suæ ullum crimen aut periculum crearetur. (6) Hæc quum populi judicio recte et utiliter acta essent, nunc querelæ et provocationes et calumniæ a Demosthene afferuntur, posteaquam indicatum est eum viginti auri talenta accepisse: is ergo senatus, cujus gravis est auctoritas in vere pervestigandis et recte dijudicandis cædibus consulto factis, qui potestatem habet tum de corpore et vita civis cujusvis pronuntiandi, tum violenta morte peremtis opitulandi, eos autem qui aliquid legibus in hac urbe interdictum commiserunt, vel ejiciendi vel capite plectendi: is ergo nunc, indicio de pecunia contra Demosthenem facto, jus suum et auctoritatem amittet?

7. Quidni? falso enim præjudicio senatus Demosthenem oppressit. Eo enim usque procedit summa ejus impudentia. Te scilicet ac Demadem mendacio oppressit, contra quos, ut res declarat, nec vera dicere tutum est? qui prius multa publica negotia ei inquirenda mandastis factasque inquisitiones laudastis? et quos universa civitas cogere non potest ut ea quæ æqua sint faciant, contra eos senatus falsum indicium fecit? O Juppiter! (8) Cur ergo in concione capite pœnas dare non recusabas, Demosthenes, si te senatus detulisset? Cur tu multos sustulisti indiciis senatus nitens? Quo se nunc populus convertat, aut quibusnam inquisitionem obscurorum et magnorum facinorum mandet ad comperiendam veritatem? (9) Nam id concilium quod prius fide dignum habitum est, tu qui te popularem perhiberi postulas, evertis, cujus fidei populus vitam civium commisit, cui rempublicam et libertatem sæpe custodiendam tradidit, quod tuum corpus, ut scilicet se nunc conviciis incesseres, defendit sæpe (ut tu ais) insidiis appetitum, quod denique arcana pacta conservat, in quibus sita est salus reipublicæ.

10. At jure hoc, jure quodammodo accidit concilio: nec enim dissimulabo sententiam meam. Decuit enim senatores, aut prius etiam de trecentis talentis a rege Persarum allatis inquirere quemadmodum populus constituerat, ut tum ista bellua supplicio affecta, et iis qui pecuniam istam partiti erant cognitis, et proditione qua Thebanos iste perdidit in lucem prolata, isto populi duce liberati essemus pro merito mulctato: (11) aut, si vos ista condonare Demostheni voluissetis, quo multi in urbe exsisterent qui contra vos munera caperent, hanc indicatæ jam pecuniæ inquisitionem non suscipere, ut qui prius quibus animis essetis periculum fecissent; quippe quum indicio nunc adeo recte et juste contra istum et ceteros facto senatus Areopagiticus neque Demosthenis neque Demadis opes formidarit, sed majorem æquitatis et veritatis rationem habue-

οὐδὲν ἧττον περιέρχεται Δημοσθένης περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγων οἷσπερ ἴσως καὶ πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα χρήσεται λόγοις ἐξαπατῶν ὑμᾶς, ὡς « ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους· » οὔχ, ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσιν, ὦ Δημόσθενες. « Ἐγὼ παρέταξα πάντας εἰς Χαιρώνειαν· » οὔχ, ἀλλὰ ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν· « Ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας· » (13) ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ τί ποτ' ἂν ἐποίησεν ἢ τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν, ὃς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὑτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας, λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος καὶ λέγειν καὶ πράττειν κατὰ τοῦ δήμου ἃ ἂν βούληται. (14) Καὶ Τιμοθέῳ μέν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι Λακεδαιμονίους καὶ Κόνωνος υἱεῖ τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος καὶ Σάμον λαβόντι καὶ Μεθώνην καὶ Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον, οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως οὐδὲ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμω-
92 μοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντικατηλλάξασθε τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας, ἀλλ' ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων. (15) Τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην (ἐξάγομαι γάρ), ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποπέφαγκε χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν, καὶ ὃς ἀποπέφανται μισθαρνῶν καὶ δωροδοκῶν κατὰ τῆς πόλεως καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; ὃς οὐκ ἐκ τῶν βασιλικῶν μόνον εἰληφὼς χρυσίον φανερός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως κεχρηματισμένος· ὁ νῦν οὐδὲ τῶν ὑπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων χρημάτων εἰς τὴν πόλιν ἀποσχόμενος. (16) Καίτοι τί μέρος ἐστὶ τῶν ὑπὸ Τιμοθέου πεπραγμένων ἀγαθῶν ἃς Δημοσθένης ἐπρέσβευσεν εἰς Θήβας πρεσβείας; ἢ τίς οὐκ ἂν καταγελάσειεν ὑμῶν τῶν τοῦτο τολμώντων ἀκούειν, ἀντιθεὶς ἐφ' αἷς οὗτος σεμνύνεται πράξεσιν ἐκείνας ἃς Τιμόθεος ὑμᾶς καὶ Κόνων εὐεργέτησαν; ἀλλὰ γὰρ οὐ πρὸς τοῦτο τὸ κάθαρμα παραβάλλειν δεῖ τοὺς ἄξια καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν προγόνων ὑπὲρ ὑμῶν πράξαντας. Παρασχόμενος οὖν τὸ ψήφισμα τὸ Τιμοθέῳ γενόμενον πάλιν ἐπὶ τοὺς περὶ τούτου λόγους βαδιοῦμαι. Λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

17. Ὁ τοιοῦτος, ὦ Δημόσθενες, πολίτης, ὃς δικαίως ἂν καὶ συγγνώμης καὶ χάριτος ἐτύγχανε παρὰ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις συμπολιτευομένων, οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις μεγάλα τὴν πόλιν ἀγαθὰ ποιήσας, καὶ διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας καὶ οὐχ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος ὥσπερ σύ, ἐτελεύτησεν οὐ τηλικαύτας τὸν δῆμον αἰτήσας δωρεὰς ὥστε τῶν νόμων εἶναι κρείττων, οὐδ' οἰόμενος δεῖν τοὺς ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους

rit, (12) nihilominus Demosthenes circumit senatum insectans et semetipsum jactans iis verbis quibus fortasse apud vos statim utetur decipiendi gratia, quum dicet: *ego effeci ut Thebani societatem vobiscum inirent;* non, sed id quod æque civitati utrique expediebat, tu corrupisti, Demosthenes; *ego omnes ad Chæroneam in aciem eduxi;* non, sed solus illic aciem deseruisti; *ego multas pro vobis legationes obii* : (13) quibus elatus equidem nescio quid egisset aut quæ verba fecisset, si consilia ejus successum habuissent, qui ad tales calamitates et tanta mala conflanda totum orbem terrarum peragravit, et tamen præmia sibi maxima decerni postulat, ut et in patriæ fraudem munera capiat et contra populum quidvis et dicat et faciat impune. (14) Ac Timotheo quidem, Athenienses, qui Peloponnesum classe circumvectus est quique Lacedæmonios navali ad Corcyram prælio superavit, et qui Conone, Græcis libertatis restitutore, natus fuit, et a quo captæ sunt Samus, Methone, Pydna, Potidæa et præter has aliæ viginti urbes, nihil apud vos ista profuerunt, neque talia beneficia cum judicio tum constituto et jurejurando, quo dato suffragia ferebatis, commutastis, sed centum talentis mulctastis, quod eum Aristophon dixit a Chiis et Rhodiis pecuniam accepisse : (15) impurum autem istum Scytham (neque enim temperare mihi queo), quem non unus vir, sed totus ex Areopago senatus, facta inquisitione, pecuniam contra vos habere indicavit, quem esse mercenarium et captatorem munerum contra rempublicam declaravit et harum rerum convicit, eum non ulciscemini? in eum exempla non edetis? quem non modo regium aurum accepisse constat, sed ipsam etiam rempublicam esse depeculatum, et nunc ne ab Harpalo quidem allata pecunia abstinuisse. (16) Enimvero quam meritorum Timothei partem constituunt Demosthenis legationes Thebis obitæ? aut quis non derideat vos, qui audire ista non gravemini, si conferat eas actiones quibus iste gloriatur cum Timothei et Cononis beneficiis? Sed non decet cum quisquiliis istis eos comparari qui res pro vobis et republica nostra et majoribus dignas gesserunt. Quare senatus consulto de Timotheo exhibito, revertar ad orationem de isto institutam. Recita.

SENATUS CONSULTUM.

17. Talis fuit ille civis, Demosthenes, qui jure et veniam et gratiam invenisset a suis civibus, quippe qui non dictis sed factis multa officia reipublicæ præstitit, qui idem semper institutum usque ad obitum tenuit, non ut tu crebris mutationibus fluctuavit, neque tantas remunerationes a populo flagitavit ut superior esset legibus, neque postula-

οἴσειν τὴν ψῆφον ἄλλο τι προυργιαίτερον ποιεῖσθαι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ὑπομένων καταχρίνεσθαι, εἰ δόξειε τοῖς δικασταῖς, καὶ οὐ καιροὺς λέγων, οὐδ' ἕτερα φρονῶν καὶ δημηγορῶν.

18. Οὐκ ἀποκτενεῖτε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μιαρὸν τοῦτον ἄνθρωπον, ὃς πρὸς ἑτέροις πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἁμαρτήμασι καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν περιεῖδεν ἀνάστατον γενομένην, τριακόσια τάλαντα λαβὼν εἰς τὴν ἐκείνων σωτηρίαν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Ἀρκάδων ἡκόντων εἰς Ἰσθμὸν καὶ τὴν μὲν παρὰ Ἀντιπάτρου πρεσβείαν ἄπρακτον ἀποστειλάντων, τὴν δὲ παρὰ Θηβαίων τῶν ταλαιπώρων προσδεξαμένων, οἳ κατὰ θάλατταν μόλις ἀφίκοντο πρὸς ἐκείνους, ἱκετηρίαν ἔχοντες καὶ κηρύκια συμπεπλεγμένα (ὥς ἔφασαν) ἐκ τῶν θαλλῶν, (19) ἐροῦντες τοῖς Ἀρκάσιν ὅτι οὐ τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας φιλίαν Θηβαῖοι διαλῦσαι βουλόμενοι τοῖς πράγμασιν ἐπανέστησαν, οὐδ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων οὐδὲν πράξοντες, ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ πόλει γινόμενα φέρειν οὐκέτι δυνάμενοι, οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρᾷν τὰς εἰς τὰ ἐλεύθερα σώματα γινομένας. (20) Οἷς ἑτοίμων γενομένων τῶν Ἀρκάδων βοηθεῖν, καὶ ἐλεησάντων ἐν οἷς ἦσαν κακοῖς, καὶ φανερὸν ποιησάντων ὅτι τοῖς μὲν σώμασι μετὰ Ἀλεξάνδρου διὰ τοὺς καιροὺς ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἦσαν, καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν Ἀστύλου ὠνίου ὄντος (ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπε) καὶ δέκα τάλαντα αἰτοῦντος ὥστε ἀγαγεῖν τὴν βοήθειαν τοῖς Θηβαίοις, καὶ τῶν πρεσβευτῶν ὡς τοῦτον ἐλθόντων, ὃν ᾔδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον, καὶ δεομένων καὶ ἱκετευόντων δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, (21) οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος καὶ ἀσεβὴς καὶ αἰσχροκερδὴς ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι, τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑποφαινούσας εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν, ἀλλὰ περιεῖδεν ἑτέρους δόντας τοῦτο τὸ ἀργύριον (ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπεν) ὑπὲρ τοῦ πάλιν ἀπελθεῖν οἴκαδε τοὺς ἐξεληλυθότας Ἀρκάδων καὶ μὴ βοηθῆσαι τοῖς Θηβαίοις. (22)
93 Ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ μικρῶν κακῶν ἢ τῶν τυχόντων ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι αἴτιος γεγενῆσθαι Δημοσθένης καὶ ἡ τούτου φιλαργυρία; ἢ προσήκειν αὐτὸν ὑφ' ὑμῶν ἐλέου τινὸς τυγχάνειν τοιαῦτα διαπεπραγμένον, ἀλλ' οὐ τῆς ἐσχάτης τιμωρίας καὶ ὑπὲρ τῶν νῦν καὶ ὑπὲρ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων; Ἀκούσονται τὴν κρίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὴν ὑφ' ὑμῶν ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ γεγενημένην πάντες ἄνθρωποι· θεωρήσουσιν ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας, ὅπως χρῆσθε τῷ τὰ τοιαῦτα διαπεπραγμένῳ. (23) Ὑμεῖς ἐσθ' οἱ διὰ πολλῷ τῶν ὑπὸ τούτου πεπραγμένων ἀδικημάτων ἐλάττω μεγάλας καὶ ἀπαραιτήτους ἐνίοις ἐπιτεθεικότες τιμωρίας. Ὑμεῖς Μένωνα μὲν τὸν μυλωθρὸν ἀπεκτείνατε, διότι παῖδα ἐλεύθερον ἐκ Πελλήνης ἔσχεν ἐν τῷ μυλῶνι· Θεμίστιον δὲ τὸν Ἀφιδναῖον, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν ὕβρισεν

vit ut qui jurarant se ex legibus pronuntiaturos pietate supersedendum esse censerent, sed etiam condemnari voluit, si judicibus visum esset, qui non excusationes temporum attulit, neque aliud sensit, aliud pro concione dixit.

18. Non occidetis, Athenienses, sceleratum istum hominem, qui præter alia multa et magna peccata etiam Thebanorum urbem everti passus est, quum a rege Persarum trecenta talenta ad eorum conservationem accepisset? Nam quum Arcades in Isthmum venissent atque Antipatri legatos re infecta dimisissent, et infelicium Thebanorum admisissent, qui mari ægre ad eos pervenerant, supplices et caduceos oleaginos gestantes, (19) dicturi apud Arcades, Thebanos non eo animo res novas moliri quod Græcorum amicitiam desertam vellent, aut Græcis adversaturi essent, sed quod Macedonum in suam urbem violentiam diutius tolerare non possent, neque perpeti servitutem, neque intueri contumelias quæ ingenuis hominibus factæ essent. (20) Quibus quum opem ferre Arcades parati essent, adductique essent misericordia malorum in quibus versabantur, ac declarassent se corporibus Alexandrum propter tempora sequi coactos, voluntate autem cum Thebanis et Græcorum libertate fuisse conjunctos, eorumque dux Astylus venalis esset (ut et Stratocles narravit) et decem talenta postularet ob adducenda Thebanis auxilia, ac legati ad istum venissent, quem aurum regium habere scirent, et orarent atque obtestarentur ut pecuniam illam ad civitatis suæ salutem conferret, (21) recusavit nefarius iste atque impius et sordidus de magna pecunia quam habebat decem tantum talenta dare, quum quidem videret tantam spem salutis Thebanorum affulgere, neque obstitit quominus alii darent illud argentum (ut et Stratocles dixit), quo Arcadica expeditio domum reverteretur nec opem ferret Thebanis. (22) Numquid videtur vobis parvorum malorum ac vulgarium universæ Græciæ auctor exstitisse Demosthenes et ejus avaritia? num deberi ei venia a vobis his factis, ac non potius ultimum supplicium ob injurias tam recentes quam veteres illas? Audient judicium, Athenienses, hoc die a vobis factum omnes homines; spectabunt vos, judices, quo pacto tractaveritis hominem tam facinorosum. (23) Vos estis qui ob delicta ejus injuriis multo leviora magna supplicia nullis mitigati deprecationibus inflixeritis. Vos Menonem molitorem occidistis, quod ingenuum puerum Pellenæum in pistrino habuisset; vos Themistium Aphidnæum, quod initiis Eleu-

80. Auditis, judices. Abire jubet decretum delectos legatos; postquam autem iste audivit post Chæronensem pugnam Philippum in agrum nostrum impressionem facturum, ipse sibi legationem decrevit, ut ex urbe aufugeret, octo talentis publicæ pecuniæ convasatis, nullaque habita ratione inopiæ tum urgentis, quum ceteri omnes de suo largirentur ad tuendam salutem vestram. (81) Talis est consiliarius iste vester, ac duas has solas peregrinationes per omnem ætatem suscepit, post pugnam, quum ex urbe aufugit, et nunc ad Olympiam, posteaquam cum Nicanore fretus festi solennitate colloqui voluit. Consultum profecto fuerit hujus fidei urbem credere et committere vos periculum adituros, qui, quando cum reliquis contra hostes pugnandum fuit, ordinibus desertis domum refugit, quando autem domi pugnandum fuit una cum ceteris, ipse suo suffragio legatus designatus excessit atque ex urbe aufugit, (82) quum porro legatio de pace obeunda esset, negavit se vel altero pede urbe excessurum, quum autem Alexander exsules revocare diceretur et Nicanor Olympiam venisset, legatum sacrificulum senatui sese obtulit. Talis iste est, in prœliis *desertor* (δραπέτης); quando domi manendum, legatus; quando legationes obeundæ, *domi custos* (οἰκουρός).

Recita etiam decretum de investigatione pecuniarum, quod retulit Demosthenes senatui Areopagitico de sese et nobis, ut iis inter se collatis videatis Demosthenis dementiam.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

83. Ἔγραψας σὺ τοῦτο, Δημόσθενες; ἔγραψας· οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. Ἐγένετο ἡ βουλὴ κυρία σοῦ προστάξαντος; ἐγένετο. Τεθνᾶσι τῶν πολιτῶν ἄνδρες; τεθνᾶσι. Κύριον ἦν τὸ σὸν ψήφισμα κατ' ἐκείνων; ἀδύνατον ἀντειπεῖν.

Λέγε δὴ πάλιν ὃ Δημοσθένης κατὰ Δημοσθένους ἔγραψε. Προσέχετε, ἄνδρες.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

84. Ἡ βουλὴ εὕρηκε Δημοσθένην. Τί δεῖ πολ-
101 λῶν λόγων; ἀποπέφαγκεν, ὦ Ἀθηναῖοι. Τὸ μὲν τοίνυν δίκαιον ἦν ὑφ' ἑαυτοῦ κεκριμένον εὐθὺς ἀποθνήσκειν· ἐπειδὴ δ' εἰς τὰς ὑμετέρας ἥκει χεῖρας, τοὺς ὑπὲρ τοῦ δήμου συνειλεγμένους καὶ τοὺς ὀμωμοκότας πείθεσθαι τοῖς νόμοις καὶ τοῖς τοῦ δήμου ψηφίσμασι, τί προήσεσθε; προήσεσθε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν καὶ τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις δίκαια νομιζόμενα; (85) μή, ὦ Ἀθηναῖοι, μή· αἰσχρὸν γὰρ καὶ δεινὸν ἑτέρους μὲν ὑπὸ τῶν Δημοσθένους ψηφισμάτων, οὐδὲν ὄντας τούτου χείρους οὐδὲ τοσαῦτ' ἠδικηκότας ὅσα περ οὗτος, ἀπολωλέναι, τουτονὶ δὲ καταφρονοῦντα ὑμῶν καὶ τῶν νόμων ἀτιμώρητον περιιέναι ἐν τῇ πόλει, αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ψηφισμάτων ὧν ἔγραψεν ἑαλωκότα. Ταὐτὸ συνέδριον, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ αὐτὸς τόπος, καὶ ταὐτὰ δίκαια. (86) Ὁ αὐτὸς ῥήτωρ ἐκείνοις τε αἴτιος ἐγένετο τῶν συμβάντων κακῶν καὶ αὐτῷ τῶν νῦν συμβησομένων. Ἐπέτρεψεν ὁ αὐτὸς οὗτος ἐν τῷ δήμῳ τῷ συνεδρίῳ τούτῳ κρῖναι περὶ αὐτοῦ, μάρτυρας ὑμᾶς πεποιημένος· ἔθετο συνθήκας μετὰ τοῦ δήμου, γράψας τὸ ψήφισμα καθ' ἑαυτοῦ, παρὰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣ πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ τῇ πόλει καθέστηκε. Διὸ καὶ οὐχ ὅσιον ὑμῖν ἐστι ταύτας ἀκύρους ποιεῖν, οὐδὲ τοὺς θεοὺς ὀμωμοκόσι περὶ ταύτης τῆς κρίσεως ταῖς αὐτῶν τῶν θεῶν πράξεσιν ἐναντίαν τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν. (87) Κρίσει Ποσειδῶν ἀποτυχὼν τῇ ὑπὲρ Ἁλιρροθίου πρὸς Ἄρη γενομένῃ ἐνέμεινεν· αὐταὶ αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ, καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. Ὑμεῖς δὲ τί ποιήσετε οἱ πάντων εἶναι φάσκοντες εὐσεβέστεροι; τὴν τοῦ συνεδρίου γνώμην ἄκυρον καταστήσετε τῇ Δημοσθένους ἐπακολουθήσαντες πονηρίᾳ; οὔχ, ἐὰν σωφρονῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι· (88) οὐ γὰρ περὶ μικρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ δικάζετε, ἀλλὰ περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ἁπάσης καὶ πρὸς τούτοις περὶ δωροδοκίας, ἔθους πονηροῦ καὶ πράγματος ἀλυσιτελοῦς ὑμῖν καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀπολωλεκότος. Εἰ μὲν καθ' ὅσον ἐστὲ δυνατοὶ ἐκβαλεῖτε ἐκ τῆς πόλεως καὶ παύσετε τοὺς ῥᾳδίως καθ' ὑμῶν χρήματα λαμβάνοντας, σωθησόμεθα θεῶν βουλομένων· εἰ δ' ἐπιτρέψετε τοῖς ῥήτορσι πωλεῖν ὑμᾶς αὐτούς, περιόψεσθε τὴν πόλιν ἀνατραπεῖσαν ὑπὸ τούτων.

89. Ἔγραψεν αὐτὸς ἐν τῷ δήμῳ Δημοσθένης, ὡς

DECRETUM.

83. Tune istud scripsisti, Demosthenes? Scripsisti; inficias ire non potes. Data est senatui auctoritas ex edicto tuo? Data est. Perempti sunt homines cives? Perempti sunt. Ratum contra illos decretum tuum fuit? Refragari nullo modo potes.

Age denuo id recita quod Demosthenes contra Demosthenem scripsit. Animadvertite, Athenienses.

DECRETUM.

84. Senatus reum invenit Demosthenem. Quid multis verbis est opus? Detulit eum, Athenienses. Id igitur jus in se ipsum statuit ut statim occideretur. Postquam autem in vestras manus venit, qui pro populo convenistis, qui vos legibus et plebiscitis obtemperaturos jurastis, quid facietis? Negligetis deorum immortalium religionem et ea quæ a mortalibus omnibus sacrosancta habentur? (85) Absit; Athenienses, absit! turpe enim fuerit atque iniquum, quum alii per Demosthenis decreta, nihilo isto deteriores neque tot facinoribus constricti, perierint, istum, qui et vos et leges contemnit, indemnem in urbe obambulare, a semet ipso et decretis suis condemnatum. Idem est concilium, Athenienses, idem locus, eademque sunt jura. (86) Idem iste orator et illis auctor fuit malorum illorum, et eorum est quæ ipsi nunc contingent. Idem ipse pro concione huic concilio judicium de se permisit, vobis testibus adhibitis. Pactum fecit cum populo, scripto senatus consulto contra sese, idque apud Matrem deorum deposuit, quæ omnia jura in literas relata custodit reipublicæ. Quare nefas vobis erit id pactum abolere, aut, quum deorum numen in hoc judicio juraveritis, contrarium ipsis deorum actis ferre suffragium. (87) Neptunus judicio victus in causa Halirrhothii contra Martem acquievit; severæ deæ ipsæ instituto in hoc concilio contra Orestem judicio acquieverunt et ejus veritati cohabitare deinceps voluerunt. Vos autem quid agetis, qui vos omnium religiosissimos perhiberi vultis? Concilii sententiam irritam facietis, secuti Demosthenis improbitatem? Non, si sapitis, Athenienses. (88) Neque enim parvis aut vulgaribus hodie de rebus judicatis, sed de salute totius civitatis et de corruptione, prava consuetudine et re vobis perniciosa quæque mortalibus omnibus exitio fuit. Quod si, quantum potestis, urbe ejicietis atque coercebitis eos qui temere contra vos munera acceptant, incolumes erimus, diis volentibus; sin oratoribus permittetis ut vosmet ipsos vendant, per vestram incuriam urbs ab iis evertetur.

89. Ipse Demosthenes pro concione auctor fuit, quasi

δηλονότι δικαίου τοῦ πράγματος ὄντος, φυλάττειν Ἀλεξάνδρῳ τὰ εἰς τὴν Ἀττικὴν ἀφικόμενα μετὰ Ἁρπάλου χρήματα. Οὕτως οὖν, ὦ ἄριστε, εἰπέ μοι, φυλάξομεν, ἐὰν σὺ μὲν εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ἔχῃς ἰδίᾳ, ἕτερος δὲ πεντεκαίδεκα, Δημάδης δὲ ἑξακισχιλίους χρυσοῦ στατῆρας, ἕτεροι δὲ ὅσα δή ποτε ἀποπεφασμένοι εἰσί; τέτταρα γὰρ τάλαντά ἐστι καὶ ἑξήκοντα ἤδη εὑρημένα, ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τουτοισὶν ἀναθεῖναι. (90) Καὶ πότερα κάλλιόν ἐστι, πρὸς δὲ δικαιότερον, ἅπαντ' ἐν τῷ κοινῷ φυλάττεσθαι, ἕως ἄν τι δίκαιον ὁ δῆμος βουλεύσηται, ἢ τοὺς ῥήτορας καὶ τῶν στρατηγῶν ἐνίους διηρπακότας ἔχειν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τὸ μὲν ἐν τῷ κοινῷ φυλάττειν παρὰ πάντων ὁμολογούμενον εἶναι δίκαιον, τὸ δὲ τούτους ἔχειν μηδέν' ἂν εἰπεῖν ὡς ἔστι καλῶς ἔχον.

91. Πολλοὺς οὗτος ἐρεῖ καὶ παντοδαποὺς λόγους, ὦ ἄνδρες, καὶ οὐδέποτε τοὺς αὐτούς. Ὁρᾷ γὰρ ὑμᾶς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλπίσι κεναῖς καὶ ψευδέσι λόγοις ἐξηπατημένους ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ μέχρι τούτου μνημονεύοντας τὰς ὑποσχέσεις μέχρις ἂν ῥηθῶσιν. Εἰ μὲν οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς Δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυχίας ἀπολαύειν, ἵνα πλέον κακοδαιμονῶμεν (οὐδὲ γὰρ ἔχω τί ἄλλο εἴπω), στερκτέον εἴη τοῖς συμβαίνουσιν· (92) εἰ δ' ἔτι κηδόμεθα τῆς πατρίδος καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ δωροδόκους μισοῦμεν καὶ μετοιωνίσασθαι τὴν τύχην καὶ μεταλλάξασθαι βουλόμεθα, οὐ προετέον ἐστὶν ὑμᾶς αὑτούς, ὦ Ἀθηναῖοι, ταῖς τοῦ 102 μιαροῦ καὶ γόητος τούτου δεήσεσιν, οὐδὲ προσδεκτέον τοὺς οἴκτους καὶ τοὺς φενακισμοὺς τοὺς τούτου· ἱκανὴν γὰρ εἰλήφατε πεῖραν αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων καὶ τῆς τύχης. (93) Τίς οὕτως εὔελπις ὑμῶν ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τίς οὕτως ἀλόγιστος, τίς τῶν προγεγενημένων καὶ νῦν ἐνεστηκότων πραγμάτων ἄπειρος, ὅστις ἐλπίζει τὸν ἐκ τοσαύτης εὐδαιμονίας εἰς τοσαύτην ἀδοξίαν καταστήσαντα τὴν πόλιν δι' ἡντιναδήποτε αἰτίαν ἢ τύχην (ἐῶ γὰρ τοῦτο νῦν), ἐπειδὴ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀπορίαις καὶ τοῖς περιεστηκόσιν ἡμᾶς κινδύνοις καὶ ἡ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως δωροδοκία προσγέγονε, καὶ περὶ αἰσχρᾶς αἰτίας κοινῇ πάντες ἀγωνιζόμεθα καὶ περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν τὰ ἰδίᾳ παρά τισιν ὄντα χρήματα κοινῇ τὸν δῆμον ἔχειν, τηνικαῦτα συμβουλεύοντα καὶ διοικοῦντα τοῦτον σώσειν ἡμᾶς; (94) Ἐῶ γὰρ τἆλλα ὅσα μεταβαλλόμενος ἐν τοῖς πράγμασι καὶ δημηγορῶν οὐδὲν ὑγιὲς διατετέλεκε, καὶ ποτὲ μὲν γράφων καὶ ἀπαγορεύων μηδένα ἄλλον νομίζειν θεὸν ἢ τοὺς παραδεδομένους, τοτὲ δὲ λέγων ὡς οὐ δεῖ τὸν δῆμον ἀμφισβητεῖν τῶν ἐν οὐρανῷ τιμῶν Ἀλεξάνδρῳ, ὅταν δὲ μέλλῃ κριθήσεσθαι παρ' ὑμῖν, Καλλιμέδοντα εἰσαγγέλλων συνιέναι ἐν Μεγάροις τοῖς φυγάσιν ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, καὶ ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν εὐθὺς παραχρῆμα ἀναιρούμενος, (95) ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ τῇ πρῴην γεγενημένῃ προσάγων καὶ κατασκευάζων ψευδῆ μηνυτὴν ὡς ἐπιβουλευομένων τῶν νεωρίων, καὶ περὶ τούτων γράφων μὲν οὐδέν, αἰ-

res justa esset, pecuniæ cum Harpalo in Atticam allatæ Alexandro custodiendæ. Sic ergo, dic mihi, vir optime, eam custodiemus, si tu privatim viginti talenta teneas, alius quindecim, Demades sexies mille stateres aureos, alii tantum quantum ex indicio relatum est? Nam talenta sexaginta quatuor jam comperta sunt, quorum peculatuum culpam in istos conferendam censetis. (90) Utrum porro honestius est, atque etiam æquius, omnia in ærario asservari, donec populus id statuat quod æquum sit, an ut oratores et ducum quidam ea direpta teneant? Ego enim existimo constare inter omnes æquum esse ut publice custodiantur, nemini autem rectum videri ut ab istis teneantur.

91. Multa iste dicet, judices, et varia neque unquam eadem. Videt enim vos omni tempore spe vana et falsis orationibus a se fuisse deceptos, et tantisper pollicitationum meminisse dum dicuntur. Verum si urbem adhuc Demosthenis improbitate atque infelicitate frui oportet, ut diutius iratos deos habeamus (neque enim aliud quod dicam reperio), boni consulendum erit quidquid evenerit; (92) sin patriam adhuc curamus atque improbos et largitionibus inhiantes odimus et adversæ fortunæ auguria avertere ac mutare volumus, non committendum est, Athenienses, ut vosmet ipsos nefarii istius impostoris deprecationibus dedatis, nec admittendæ sunt querelæ et fuci istius; satis enim et dicta et facta et fortunam ejus periclitati estis. (93) Et quis vestrum adeo confidens est, Athenienses, quis adeo incogitans, quis adeo rudis rerum et ante et modo gestarum, ut speret eum per quem ex tanta felicitate ad tantam infamiam urbs dejecta est, quacunque de causa aut casu (omitto enim hoc), nunc, postquam præter ceteras difficultates et urgentia nos pericula etiam ipsorum hujus urbis civium corruptio accessit, et turpi crimine omnes conflictamur, ut ne eam pecuniam quæ privatim penes quosdam est populus habere putetur, nunc istum consiliis suis et administratione nos conservaturum? (94) Nam prætereo cetera quæ inconstanter agendo et imprudenter concionando perfecit, dum alias scribit et vetat ne quem deum existimemus præter eos qui sunt nobis traditi a majoribus, alias dicit non debere populum contendere cum Alexandro de cœli honoribus; quum autem in judicium vestrum adducendum se prævidet, Callimedontem læsæ majestatis reum facit quasi is Megaris cum exsulibus colloquia habeat opprimendæ reipublicæ ergo, eamque actionem statim e vestigio tollit; (95) in concione porro nuper convocata adduxit atque instruxit falsum delatorem quasi navalibus insidias flerent, quum quidem ea de re nihil decerneret, sed hujus judicii causa crimina conflaret: horum enim omnium

τίας δ' ἕνεκα τοῦ παρόντος ἀγῶνος παρασκευάζων· τούτων γὰρ ἁπάντων ὑμεῖς τούτῳ μάρτυρές ἐστε. Γόης οὗτος, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μιαρὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ οὔτε τῷ γένει τῆς πόλεως πολίτης οὔτε τοῖς πεπολιτευμένοις αὐτῷ καὶ πεπραγμένοις. (96) Ποῖαι γὰρ τριήρεις εἰσὶ κατεσκευασμέναι διὰ τοῦτον, ὥσπερ ἐπὶ Εὐβούλου τῇ πόλει; ἢ ποῖοι νεώσοικοι τούτου πολιτευομένου γεγόνασι; πότε οὗτος ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου ἐπηνώρθωσε τὸ ἱππικόν; τίνα κατεσκεύασε δύναμιν τοιούτων καιρῶν παραγενομένων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἢ πεζὴν ἢ ναυτικήν; τίς ἀνενήνεκται τῇ θεῷ κόσμος εἰς ἀκρόπολιν ὑπὸ τούτου; τί κατεσκεύακε Δημοσθένης οἰκοδόμημα ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῷ ὑμετέρῳ ἢ ἐν τῷ ἄστει ἢ ἄλλοθί που τῆς χώρας; οὐδεὶς ἂν οὐδαμοῦ δείξειεν. (97) Ἔπειτα τὸν μὲν ἐν ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν ἄπιστον γεγενημένον, ἐν δὲ ταῖς κατὰ τὴν πόλιν οἰκονομίαις ἄχρηστον, περιεωρακότα δὲ τοὺς ἀντιπολιτευομένους ἅπαντα διαπεπραγμένους ὅσα ἐβουλήθησαν, μεταβεβλημένον δὲ αὐτὸν καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου πράξεις ἐγκαταλελοιπότα, τοῦτον περιποιῆσαι βούλεσθε; (98) οὔκ, ἐὰν σωφρονῆτε καὶ καλῶς καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως βουλεύησθε· ἀλλὰ δέξασθε τὴν ἀγαθὴν τύχην, ἣ τιμωρήσασθαι παρέδωκε τῶν ῥητόρων τοὺς τὴν πόλιν διὰ τὴν αὐτῶν δωροδοκίαν ταπεινὴν πεποιηκότας, καὶ φυλάξασθε (καθάπερ οἱ θεοὶ προειρήκασιν ὑμῖν ἐν ταῖς μαντείαις πολλάκις) τοὺς τοιούτους ἡγεμόνας καὶ συμβούλους. Ἀκούσατε δὲ αὐτῆς τῆς μαντείας. Λέγε τὴν μαντείαν.

ΜΑΝΤΕΙΑ.

99. Πῶς οὖν μίαν γνώμην ἕξομεν, ὦ Ἀθηναῖοι, πῶς ὁμονοήσομεν ἅπαντες ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὅταν οἱ ἡγεμόνες καὶ οἱ δημαγωγοὶ χρήματα λαμβάνοντες προΐωνται τὰ τῆς πατρίδος συμφέροντα καὶ ὑμεῖς μὲν καὶ ὁ δῆμος ἅπας κινδυνεύῃ περὶ τοῦ ἐδάφους τοῦ τῆς πόλεως καὶ τῶν ἱερῶν τῶν πατρῴων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν, οἱ δὲ διηλλαγμένοι πρὸς αὑτοὺς ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις λοιδορῶνται καὶ προσκρούωσιν ἀλλήλοις ἐξεπίτηδες, ἰδίᾳ δὲ ταὐτὰ πράττωσιν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς τοὺς ῥᾷστα πειθομένους τοῖς τούτων λόγοις; (100) Τί γάρ ἐστι ῥήτορος δημοτικοῦ καὶ μισοῦντος τοὺς κατὰ τῆς πόλεως λέγοντας καὶ γράφοντας; ἢ τί φασι τοὺς πρὸ ἡμῶν γεγενημένους, ὦ Δημόσθενες καὶ Πολύευκτε, διατελεῖν ποιοῦντας; καὶ ταῦτα οὐδενὸς δεινοῦ τότε τὴν πόλιν περιεστηκότος. Οὐ κρίνειν ἀλλήλους; οὐκ εἰσαγγέλλειν; οὐ γράφεσθαι παρανόμων; ἔστιν οὖν ὅ τι πεποιήκατε τούτων ὑμεῖς οἱ φάσκοντες τοῦ δήμου κήδεσθαι καὶ τὴν σωτηρίαν ὑμῖν ἐν τῇ τούτων εἶναι ψήφῳ; (101) Γέγραψαι ψήφισμα, Δημόσθενες, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶς παρανόμων ὧν Δημάδης γέγραφε; κεκώλυκάς τινα πρᾶξιν ὧν ἐκεῖνος προελόμενος κατὰ τοῦ δήμου πεπολίτευται; οὐδ' ἡντινοῦν. Εἰσήγγελκας τὸν παρὰ τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα καὶ τοὺς νόμους πολλὰ διαπεπραγμένον; οὐδεπώποτε,

vos ei testes estis. Præstigiator iste est, judices, et homo nefarius, neque natura civis neque rebus publice gestis neque ceteris actionibus suis. (96) Nam quæ triremes sunt ab isto ædificatæ civitati, ut sub Eubulo? aut quæ navalia isto rempublicam gubernante facta sunt? quando iste vel senatusconsulto vel lege ordinem equestrem emendavit? quas copias vel pedestres vel navales comparavit, quum quidem post pugnam ad Chæroneam commissam tantæ harum rerum essent opportunitates? quis ornatus Minervæ in arcem ab isto est allatus? quod ædificium Demosthenes exstruxit vel in emporio vestro vel in urbe vel alibi in regione? Nemo certe usquam ostendat. (97) Eum ergo qui bellicis in rebus fidem non servavit, qui in urbanis administrationibus nullam operam navavit, qui non obstitit quominus adversarii civitatis omnia confecerint quæ voluerunt, qui sese immutavit et populi causam deseruit, eum vos conservabitis? (98) Non, si sani eritis et recte tum vobis tum reipublicæ consuletis : amplectimini potius bonam fortunam quæ vobis ulciscendos obtulit oratores qui suis sordibus urbem humilem reddiderunt, et cavete (quemadmodum vos deorum immortalium oracula sæpe monuerunt) tales duces et consiliarios. Audite ipsum oraculum. Recita oraculum.

ORACULUM.

99. Quomodo igitur eodem animo futuri sumus, Athenienses? quomodo consentiemus omnes de reipublicæ commodis, si militum et populi duces accepta pecunia patriæ utilitatem neglexerint, et vos quidem et populus universus in periculum adducetur de solo civitatis et aris atque focis et uxoribus ac liberis, isti autem inter se reconciliati in concionibus quidem alii alios conviciis proscindent ac de industria exagitabunt, privatim autem agent eadem decipientes vos qui verbis eorum facillime creditis? (100) Quid enim est oratoris popularis et infesti iis qui rempublicam concionibus et decretis oppugnant? aut quid aiunt ætate vestra superiores, Demosthenes et Polyeucte, studio perpetuo habuisse, idque quum eo tempore nulla clades rempublicam urgeret? non se mutuo accusasse? non majestatis læsæ criminatos esse? non violatarum legum fecisse reos? Est vero horum quidquam quod feceritis vos, qui vos curare populum profitemini, qui salutem vestram in horum suffragio dicitis esse collocatam? (101) Scripsisti tu decretum, Demosthenes, quum multa atrocia et contraria legibus Demades decrevisset? impedivisti aliquid eorum quæ ille suscepta contra populum administravit? Nihil penitus. Majestatis reum fecisti eum qui contra plebiscitum et leges multa

ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν σταθέντα καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἀπογόνοις. (102) Ἔπειτα ποῦ τῆς εὐνοίας τῆς σῆς ὁ δῆμος ἔλαβε πεῖραν, ἢ ποῦ τὴν τοῦ ῥήτορος βοήθειαν καὶ δύναμιν ἐξεταζομένην εἴδομεν; ἢ ἐνταῦθα φήσετ' εἶναι δεινοί, εἰ παρακρούσετε τούτους ἀεὶ λέγοντες ὡς οὐκ ἔστιν ἔξω τῆς πατρίδος ὑμῖν ἐξελθεῖν, οὐκ ἔστιν ἄλλη καταφυγὴ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εὐνοίας; φανεροὺς ἐχρῆν γεγενημένους ἀντιπράττοντας καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τοῖς κατὰ τοῦ δήμου γραφομένοις ψηφίσμασιν, οὕτω πείθειν τούτους λέγοντας ὡς οὐκ ἔστιν ὑμῖν οὐδεμία σωτηρία χωρὶς τῆς παρὰ τοῦ δήμου βοηθείας. (103) Ὑμεῖς δ' ἐν τοῖς ἔξω τὰς ἐλπίδας ἔχετε, ἁμιλλώμενοι ταῖς κολακείαις πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου πράττειν καὶ δῶρα εἰληφέναι παρὰ τῶν αὐτῶν ὧνπερ νῦν ἀποπέφαγκεν ὑμᾶς ἡ βουλή. Καὶ σὺ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι, καὶ κεχρηματικὼς ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ ὧν ἐβουλήθης, ἐλεεινὸν νῦν σεαυτὸν κατασκευάζεις προδότης ὢν καὶ δωροδόκος, ὡς ἐπιμελησομένους τούτους τῆς σῆς πονηρίας, καὶ οὐ δώσων δίκην ὑπὲρ ὧν εἴληψαι πεποιηκώς, τοσούτῳ τολμηρότερον Δημάδου, ὥσθ' ὁ μὲν προειρηκὼς ἐν τῷ δήμῳ τὸν αὑτοῦ τρόπον καὶ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὁμολογῶν λαμβάνειν καὶ λήψεσθαι, ὅμως οὐ τετόλμηκε τούτοις δεῖξαι τὸ πρόσωπον, οὐδ' ἐναντία τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει λέγειν ἠξίωσε. (104) Καίτοι οὐκ ἔγραψεν ἐκεῖνος περὶ αὑτοῦ κυρίαν εἶναι τὴν βουλήν, οὐδὲ θάνατον ὡρίσατο, ἐὰν ἀποφανθῇ χρήματα εἰληφώς· σὺ δὲ οὕτω σφόδρα πεπίστευκας τοῖς σεαυτοῦ λόγοις καὶ καταπεφρόνηκας τῆς τούτων εὐηθείας, ὥστε πείσειν οἴει τοὺς δικαστὰς ὡς μόνου σοῦ κατέψευσται τὸ συνέδριον καὶ μόνον οὐκ εἰληφότα σὲ τὸ χρυσίον ἀποπέφαγκεν. Καὶ τίς ἂν ταῦτα πεισθείη;

105. Ὁρᾶτε, ὦ Ἀθηναῖοι, τί μέλλετε ποιεῖν. Παρειλήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον ὄνειδος, τιμωρίας δ' ἕνεκα τῆς κατὰ τῶν ἐνόχων ὄντων ταῖς ἀποφάσεσι Δημοσθένης εἰσάγεται πρῶτος. Κατηγορήκαμεν ἡμεῖς οὐδενὶ καταχαρισάμενοι τῶν κοινῶν δικαίων. (106) Πότερ' ἀμελήσαντες τῶν γεγενημένων ἁπάντων ἀφήσετε τὸν πρῶτον εἰσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς καὶ τὰ δίκαια τὰ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου δόξαντ' εἶναι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, ταῦθ' ὑμεῖς οἱ κύριοι πάντων λύσετε, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτοὶ τὴν τούτων ἀναδέξεσθε; (107) ἢ πᾶσιν ἀνθρώποις παράδειγμα ἐξοίσετε κοινὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ὅτι μισεῖτε τοὺς προδότας καὶ τοὺς χρημάτων ἕνεκα προϊεμένους τὰ τοῦ δήμου συμφέροντα; Ταῦτα γὰρ ἅπαντά ἐστιν ἐφ' ὑμῖν νῦν, καὶ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι ὄντες τὴν ἁπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχετε, καὶ ἡ τήμερον ἡμέρα καὶ ἡ ὑμετέρα ψῆφος πολλὴν ἀσφάλειαν τῇ πόλει καταστήσει τὰ δίκαια ὑμῶν ἐθελόντων κρίνειν, ἢ μοχθηρὰς ἐλπίδας ποιήσετε πάντας ἔχειν τοιαῦθ' ὑμῶν ἔθη καθιστάντων.

perpetravit? Nunquam prorsus; sed æream ei statuam in foro erigi passus es et pari honore victus in curia cum Harmodii et Aristogitonis posteris frui. (102) Deinde ubi populus benevolentiæ tuæ periculum fecit, et ubi oratoris auxilium et vim declaratam vidimus? An ibi vos disertos esse dicetis, ubi hos deceperitis, quum subinde dicatis non licere vobis egredi patria, non vobis ullum esse confugium nisi ad horum benevolentiam? Oportebat vos aperte dictis et factis adversatos decretis contra populum scriptis, sic demum postulare vobis fidem haberi ab his, quum dicitis vobis nullam salutis spem esse reliquam extra populi auxilium. (103) At vos in exteris spem habetis, cum contentione quadam assentationis adversus eos qui se Alexandri negotium agere confitentur, et dona ab iisdem accepisse a quibus vos quoque accepisse senatus indicavit. Atque tu quum coram omnibus Græcis cum Nicanore sis collocutus, et Olympiæ quibus de rebus voluisti responsa acceperis, nunc miserabilem te facis, homo proditor et corruptus, quasi isti rationem habituri sint tuæ improbitatis, tuque pœnas non daturus sis eorum facinorum in quibus es deprehensus, tanto Demade audacior, quod ille quum jam explicasset pro concione mores suos atque dementiam, ac profiteretur se et accipere et accepturum esse, tamen faciem iis suam ostendere non-ausus fuit, neque senatus delationi contradicendum esse putavit. (104) Quamquam ille se auctoritati senatus per decretum non commisit, neque pœnam capitis in se statuit, si ut qui pecuniam accepisset a senatu deferretur : tu vero usque adeo fretus fuisti eloquentia tua et horum bonitatem contempsisti, ut te persuasurum putares judicibus, concilium contra te solum dixisse falsum ac te solum accepti auri culpa vacuum detulisse. Et quis ista credat?

105. Videte, Athenienses, quid facturi sitis. Accepistis a populo rem, commissum istud flagitium; Demosthenes supplicii causa in eos qui delatione tenentur constituti primus in judicium adducitur. Nos accusavimus, jure publico nemini condonato. (106) Utrum neglectis iis quæ acta sunt omnibus, demittetis eum qui primus ad vos ingressus est, et quæ tum populo tum Areopagitico senatui tum omnibus hominibus æqua visa sunt, ea vos quorum omnis est auctoritas tolletis, atque ipsi improbitatem istorum in vos recipietis? (107) An vero mortalibus omnibus commune exemplum proponetis vestri in proditores odii atque in eos qui pecuniæ causa utilitatem populi neglexerunt? Hæc enim omnia nunc penes vos sunt; vos mille quingenti numero totius civitatis salutem in manibus habetis; hæc dies vestrumque suffragium aut in magna securitate rempublicam collocabit, si ita ut æquum est pronuntiare volueritis, aut efficietis ut spem omnes malam concipiant, si tales mores introduxeritis.

108. Οὐ καταπληκτέον ἐστίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 104 οὐδὲ προετέον, ἐὰν σωφρονῆτε, τοῖς Δημοσθένους ἐλέοις τὴν κοινὴν καὶ δικαίαν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀπολογίαν. Οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν ἠνάγκαζε τοῦτον τὰ μὴ προσήκοντα χρήματα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν, πολλῷ πλείω τῶν ἱκανῶν δι' ὑμᾶς ἕτερα κεκτημένον, οὐδ' ἀπολογεῖσθαι νῦν ὑπὲρ τῶν ὡμολογημένων ἀδικημάτων, γράψαντα καθ' ἑαυτοῦ θάνατον τὴν ζημίαν· ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ ἄλλου βίου ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία ταῦτα εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τέτραφε. (109) Μὴ οὖν ἄχθεσθε αὐτοῦ κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου· πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσαιτε τὴν χώραν, ἣν οὗτος καθίστησιν εἰς τοὺς κινδύνους τοιαῦτα πράττων, ἣ τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγενημένους ὑμᾶς ἱκετεύει, παραστησαμένη τὰ ὑμέτερα τέκνα καὶ γυναῖκας, τιμωρήσασθαι τὸν προδότην καὶ σώζειν ἑαυτήν, ὑπὲρ ἧς οἱ πρόγονοι καλοὺς καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομείναντες ἐλευθέραν αὐτὴν ὑμῖν παραδεδώκασιν, ἐν ᾗ πολλὰ καὶ καλὰ παραδείγματα λέλειπται τῆς τῶν τελευτησάντων ἀρετῆς. (110) Εἰς ταύτην ἀποβλέψαντας, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ γινομένας πατρίους θυσίας καὶ τὰς τῶν προγόνων θήκας φέρειν δεῖ τοὺς εὖ φρονοῦντας τὴν ψῆφον. Καὶ ὅταν Δημοσθένης ἐξαπατῆσαι βουλόμενος καὶ παρακρουόμενος ὑμᾶς οἰκτίζηται καὶ δακρύῃ, ὑμεῖς εἰς τὸ τῆς πόλεως σῶμα ἀποβλέψαντες καὶ τὴν πρότερον δόξαν αὐτῇ ὑπάρχουσαν ἀντίθετε, πότερον ἡ πόλις ἐλεεινοτέρα διὰ τοῦτον γέγονεν ἢ διὰ τὴν πόλιν Δημοσθένης. (111) Εὑρήσετε γὰρ τοῦτον μὲν λαμπρὸν ἐξ οὗ προσελήλυθε πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι γεγενημένον, καὶ ἀντὶ μὲν λογογράφου καὶ μισθοῦ τὰς δίκας λέγοντος ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν πλουσιώτατον ὄντα τῶν ἐν τῇ πόλει, ἀντὶ δ' ἀγνῶτος καὶ οὐδεμίαν πατρικὴν δόξαν παρὰ τῶν προγόνων παρειληφότος ἔνδοξον γεγενημένον, τὴν δὲ πόλιν οὐκ ἀξίως ἑαυτῆς οὐδὲ τῆς τῶν προγόνων δόξης διακειμένην. Ἀφέντες οὖν τοὺς ἐλέους καὶ τοὺς φενακισμοὺς τοὺς τούτου τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν φέρετε ψῆφον, καὶ σκοπεῖτε τὸ τῇ πατρίδι συμφέρον, μὴ τὸ Δημοσθένει· τοῦτο γάρ ἐστι καλῶν κἀγαθῶν δικαστῶν ἔργον.

112. Καὶ ὅταν ἀναβαίνῃ τις συνηγορήσων Δημοσθένει, λογίζεσθε ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὲν μὴ ἔνοχος ὢν ταῖς μελλούσαις ἀποφάσεσιν ἀναβαίνει, κακόνους ἐστὶ τῇ πολιτείᾳ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ δήμῳ δῶρα λαμβάνοντας οὐ βουλόμενος δίκην δοῦναι, καὶ τὴν κοινὴν τῶν ὑμετέρων σωμάτων φυλακήν, ἐφ' ᾗ τέτακται τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, καταλυθῆναι βούλεται καὶ συγκεχύσθαι πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δίκαια· εἰ δὲ ῥήτωρ ἢ στρατηγός, οἱ τὴν καθ' αὑτῶν προσδοκωμένην ἀπόφασιν ἄπιστον βουλόμενοι γενέσθαι συνηγοροῦσιν, οὐ προσεκτέον ὑμῖν ἐστὶ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνεργία περὶ τὸν Ἁρπάλου κατάπλουν καὶ τὴν ἄφεσιν. (113) Νομίσαντες οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καθ' ὑμῶν πάντας τούτους ἀναβαίνειν καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι τῶν νόμων καὶ τῆς πόλεως ἀπά-

108. Non percelli debetis, Athenienses, neque commiseratione Demosthenis, si sapitis, communis et æqua urbis nostræ defensio est amittenda. Nemo enim vestrum coegit istum pecuniam alienam in vestram fraudem accipere, qui per vos pecuniæ plus satis possidet, neque causam dicere pro confessis criminibus, quum suo decreto se capitis condemnarit, sed anteactæ ejus vitæ insitæ sordes et improbitas hæc in caput ejus converterunt. (109) Nolite igitur moveri ploratu ejus et lamentationibus; multo enim æquius fuerit misereri regionis nostræ, quam iste his factis in pericula conjecit, quæ vos ex se natos obsecrat, liberos vestros et uxores adducens, ut et proditorem ulciscamini et se tueamini, pro qua majores nostri multis egregiis prœliis commissis eam vobis liberam tradiderunt, in qua multa illustria exempla relicta sunt virtutis defunctorum. (110) Hanc intuentes, Athenienses, et patria quæ in hac fiunt sacrificia et monumenta majorum cordatos judices suffragia ferre decet. Et quum Demosthenes vos decepturus et seducturus commiserationem movebit et lacrymabit, vos urbis corpus intuentes, priorem quoque ejus gloriam conferte, utrum urbs per istum facta sit miserabilior, an vero per urbem Demosthenes. (111) Reperietis enim istum, ex quo ad rempublicam accessit splendidum esse factum, et ex scriptore orationum et Ctesippi et Phormionis aliorumque multorum causidico evasisse virum in hac urbe ditissimum, et ex obscuro et nulla patria majorum gloria ornato illustrem; urbem autem aliter affectam quam pro dignitate sua et gloria majorum. Itaque repudiata misericordia et imposturis istius sanctum et justum ferte suffragium, et quid patriæ, non quid Demostheni conducat, considerate: hoc enim est bonorum judicum officium.

112. Quod si quis adscenderit Demostheni patrocinaturus, cogitate eum hominem, si non sit obnoxius futuris delationibus, male velle reipublicæ, qui nec contra populum munera acceptantes pœnas dare sinat, et communem vestrorum custodiam, quæ Areopagitico est consilio commissa abrogari velit, et confundi totius jura civitatis; sin orator vel imperator, ex iis qui exspectatum contra se indicium fide carere volunt, ei patrocinabuntur, non vobis auscultandum erit illorum orationi, sed sciendum ab omnibus istis mutuas tradi operas in Harpalo et recipiendo et dimittendo. (113) Existimantes igitur, Athenienses, contra vos istos omnes adscendere atque communes hostes esse legum et totius civitatis, ne approbetis eos, sed accusationis

σης, μὴ ἀποδέχεσθε αὐτῶν, ἀλλὰ κελεύετε ἀπολογεῖσθαι περὶ τῶν κατηγορημένων· μηδὲ τὴν αὐτοῦ τούτου μανίαν, ὃς μέγα φρονεῖ ἐπὶ τῷ δύνασθαι λέγειν· καὶ ἐπειδὰν φανερὸς ὑμῖν γένηται δωροδοκῶν, ὅτι μᾶλλον ἐξελήλεγκται φενακίζων ὑμᾶς, τιμωρήσασθε ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀξίως· εἰ δὲ μή, μιᾷ ψήφῳ καὶ ἑνὶ ἀγῶνι πάντας τοὺς ἀποπεφασμένους καὶ τοὺς μέλλοντας ἀφέντες εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τὸν δῆμον τὴν τούτων δωροδοκίαν τρέψετε, καὶ ὕστερον ἐγκαλεῖτε τοῖς ἀφεῖσιν, ὅτε οὐδὲν ἔσται πλέον ὑμῖν.

114. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν τῆς κατηγορίας ἥκει, βεβοήθηκα, τἆλλα πάντα παριδὼν πλὴν τοῦ δικαίου καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν. Οὐχ ἐγκαταλέλοιπα τὴν πόλιν, οὐ χάριν προὐργιαιτέραν τῆς τοῦ δήμου χειροτονίας ἐποιησάμην. Ἀξιῶν δὲ καὶ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν παραδίδωμι τὸ ὕδωρ τοῖς ἄλλοις κατηγόροις.

capita diluere jubetote, neque istius ipsius insaniam, qui eloquentia sua magnopere fretus est; quem ubi constiterit vobis acceptare munera, quo magis vobis fucum fecit, eo magis eum pro dignitate vestra et urbis ulciscimini: alioqui uno suffragio unoque judicio omnibus iis qui vel delati vel deferendi sunt, absolutis, in vosmetipsos et populum corruptelam eorum transferetis, ac post eos qui absolverunt accusabitis, quum accusando nihil proficietis.

114. Ego, quantum ad meam accusationis partem attinet, opem tuli, ceteris rebus neglectis omnibus præter jus et utilitatem vestram. Reipublicæ non defui, non plus gratiæ tribui quam a populo decreto mihi muneri. Quo eodem animo ut et vos sitis peto, atque aliis accusatoribus aquam trado.

II. ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

105 Πάνθ', ὡς ἔοικεν, ὦ Ἀθηναῖοι, προσδοκητέα ἐστὶ καὶ ἀκοῦσαι καὶ ἰδεῖν ἐν ταῖς γεγενημέναις ἀποφάσεσι· θαυμασιώτατον δὲ πάντων, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ νῦν γινόμενον. Ὁ γὰρ πονηρότατος τῶν ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, Ἀριστογείτων διαδικασόμενος ἥκει τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ περὶ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης, καὶ νυνὶ μείζονα κίνδυνον ἡ τὴν ἀπόφασιν πεποιημένη βουλὴ κινδυνεύει ἢ ὁ δῶρα λαμβάνων καθ' ὑμῶν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν δικαίων παρρησίαν ἀποδόμενος εἴκοσι μνῶν. (2) Τούτῳ μέν γε καινὸν οὐδὲν οὐδὲ δεινόν, ἐὰν ἁλῷ, συμβήσεται· καὶ γὰρ θανάτου ἄξια πολλὰ πρότερον ἕτερα διαπέπρακται, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πλείων χρόνον ἢ ἔξω διατέτριφε, καὶ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ κατὰ τῶν ἐπιτίμων γέγραφεν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, καὶ ἕτερα πολλὰ καὶ δεινὰ πεποίηκε, περὶ ὧν ἀκριβέστερον ὑμεῖς ἐμοῦ γιγνώσκετε· τῇ δὲ βουλῇ τὸ δόξαι ψευδῆ κατὰ Ἀριστογείτονος ἀποφαίνειν καὶ τοῦτον ἐκείνης παρ' ὑμῖν ὑποληφθῆναι δικαιότερα λέγειν τῶν αἰσχίστων καὶ δεινοτάτων ἐστίν. (3) Διόπερ, ὦ Ἀθηναῖοι, οὗτός μοι δοκεῖ, τὸν ἀγῶνα αὐτῷ ἀσφαλῆ εἶναι νομίζων, διαπειρασόμενος ἥκειν τῆς ὑμετέρας γνώμης· ἅπαντα γὰρ αὐτῷ πολλάκις τὰ δεινὰ συμβέβηκε, πλὴν τοῦ ἀποθανεῖν· τοῦτο δ', ἂν θεὸς θέλῃ καὶ ὑμεῖς σωφρονῆτε, ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ συμβήσεται. Οὐ γὰρ δή, μὰ τὸν Ἡρακλέα, βελτίω γενήσεσθαι αὐτὸν προσδοκᾶτε συγγνώμης νυνὶ τυγχάνοντα παρ' ὑμῶν, οὐδὲ τὸ λοιπὸν ἀφέξεσθαι τοῦ λαμβάνειν χρήματα καθ' ὑμῶν, ἐὰν νῦν ἀφῆτε αὐτόν. Πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην μὲν κωλῦσαι τάχ' ἄν τις κολάζων δυνηθείη, ἐγκαταγεγηρακυῖαν δὲ καὶ γεγευμένην τῶν εἰθισμένων τιμωριῶν ἀδύνατον εἶναι λέγουσιν. (4) Εἰ μὲν οὖν ἐγγενήσεσθαι βούλεσθε δευσοποιὸν ἐν τῇ πόλει πονηρίαν, διαφυλάττειν ὑμᾶς Ἀριστογείτονα δεῖ, καὶ ἐᾶν ὅ τι ἄν τις βούληται ἐν τῇ πόλει διαπράτ-

II. CONTRA ARISTOGITONEM.

Ad omnia, ut videtur, Athenienses, et audienda et videnda in hisce delationum causis parati esse debemus; omnium vero maxime mirandum, opinor, id est quod nunc fit. Adest enim vir in hac urbe, immo vero omnium mortalium scelestissimus, Aristogiton, qui judicio contendat cum senatu Areopagitico de veritate et justitia; atque majus nunc periculum delationis auctor senatus subit quam qui dona contra vos accepit et pro justis dicendi libertatem viginti minis vendidit. (2) Huic quidem, si condemnetur, neque novum aliquid neque grave accidet; etenim ultimo supplicio digna alia multa jam olim perpetravit, et in carcere plus temporis quam foris exegit, et quum ærario publico deberet, tamen, contra quam licebat ei, in cives integro jure gaudentes actiones criminales intendit, atque alia multa graviaque commisit quæ vos me accuratius nostis; senatui autem accidere ut mendacia contra Aristogitonem detulisse videatur et hic quam ille justiora dicere apud vos credi possit, id turpissimum est gravissimumque. (3) Quapropter, Athenienses, iste, certamen sibi periculo vacuum esse existimans, eo consilio adesse mihi videtur ut vestram sententiam exploret. Omnia enim sæpius ei mala acciderunt, præter capitis supplicium; hoc ipsum vero, si deus voluerit et vos sapiatis, hodierna die accidet. Haud enim, Hercule, exspectate eum, si nunc a vobis veniam nactus fuerit, meliorem futurum, et, si nunc absolvatur, deinceps cauturum esse ne pecuniam contra vos accipiat. Nam nascentem quidem improbitatem facile aliquis in eam animadvertens coerceat, inveteratam vero et quæ jam gustarit solitas pœnas, inhiberi omnino non posse asseverant. (4) Quod si igitur indelebili pravitate urbem inficere vultis, servare vos Aristogitonem oportet, et permittere quodcunque aliquis voluerit in civitate per-

τεσθαι· εἰ δὲ τοὺς πονηροὺς καὶ καταράτους ἀνθρώπους μισεῖτε καὶ ἔστιν ὑμῖν ὀργὴ καὶ μνήμη τῶν πρότερον ὑπὸ τούτου πεπραγμένων, ἀποκτείνατε τοῦτον, ὃς παρ' Ἁρπάλου λαβεῖν χρήματα ἐτόλμησεν, ὃν ᾔσθεσθ' ἥκειν καταληψόμενον τὴν πόλιν ὑμῶν, καὶ τὰς προφάσεις καὶ τοὺς φενακισμοὺς ἐκκόψατε αὐτοῦ· τούτοις γὰρ ἥκει πιστεύων πρὸς ὑμᾶς.

5. Ἆρ' ἴσθ' ὅτι τῆς Ἁρπάλου ἀφίξεως δυσχεροῦς οὔσης ἐκεῖνο συμβέβηκεν εὐτύχημα τῇ πόλει, διότι πεῖραν εἰλήφατ' ἀκριβῆ τῶν ἕνεκ' ἀργυρίου καὶ χρυσίου προϊεμένων πάντα τοῖς τῆς πόλεως ἐχθροῖς; μὴ καταρραθυμήσητε, ὦ Ἀθηναῖοι, μηδ' ἀπείπητε τιμωρούμενοι τοὺς πονηρούς, ἀλλ' ἐκκαθάρατε, καθ' ὅσον δυνατόν ἐστι, τὴν δωροδοκίαν ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ μὴ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων ἀκούειν ζητήσητε, φανερῶν ὑμῖν γεγενημένων τῶν ἀδικημάτων ἐκ τῶν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀποπεφασμένων. (6) Τί γὰρ ἀγνοεῖτε δι' ὃ δεῖσθε λόγων ἀκούειν κατὰ τοῦ νῦν κρινομένου; πότερ' ἡ τῆς βουλῆς ἀπόφασις, ἐὰν μὲν ἡμεῖς οἱ κατήγοροι δέκα ὄντες τὸ ὕδωρ ἀναλώσωμεν ἅπαν καὶ ἀναβοήσωμεν ὡς δεινόν ἐστιν ἀφεῖσθαι τοὺς εἰλημμένους ἔχοντας ἐπ' αὐτοφώρῳ δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος, ἀληθὴς καὶ δικαία ἡ κατ' Ἀριστογείτονος ἔσται ἀπόφασις, (7) ἐὰν δ' ἕκαστος ἡμῶν, ὡς εἰδότων ὑμῶν πάντα οὐδὲν ἧττον ἡμῶν τὰ δίκαια περὶ τουτωνὶ τῶν ἀγώνων, βραχέα εἰ-
106 πὼν καταβῇ, ψευδής, καὶ οὐδεὶς ταύτῃ πιστεύσει ὡς παρὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν γεγενημένῃ; ἢ τὸ δῶρα λαμβάνειν ἐπὶ προδοσίᾳ τῶν τῆς πόλεως συμφερόντων οὐκ ἴσθ' ὅτι τῶν δεινοτάτων ἐστὶ καὶ τῶν πλεῖστα κακὰ τὰς πόλεις ἐργαζομένων;

8. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ κρινόμενος, νὴ Δία, μέτριος τὸν τρόπον, καὶ προγόνων χρηστῶν, καὶ πολλὰ ὑμᾶς καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ καλὰ εἰργασμένος, ὥστε διὰ τοῦτ' ἄξιόν ἐστιν αὐτοῦ φείσασθαι. Καὶ τίς ὑμῶν οὐ πολλάκις ἀκήκοεν ὅτι Κυδιμάχου μὲν τοῦ πατρὸς τοῦ Ἀριστογείτονος θανάτου καταγνωσθέντος καὶ φυγόντος ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ χρηστὸς οὗτος υἱὸς περιεῖδε τὸν αὑτοῦ πατέρα καὶ ζῶντα τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τελευτήσαντα οὐ τυχόντα τῶν νομίμων, ἅπερ αὐτοῦ πολλάκις κατεμαρτυρεῖτο· (9) αὐτὸν δὲ τοῦτον, ὅτ' εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸ πρῶτον ἀπήχθη (πολλάκις γὰρ ἴστε τοῦτο δήπου γεγενημένον), τοιαῦτα τολμήσαντα ποιεῖν αὐτοῦ, ὥστ' ἐκείνους ἀποψηφίσασθαι μήτε πῦρ ἐναύειν τούτῳ μήτε συσσιτεῖν μηδένα μήτε θυσιῶν τῶν γινομένων κοινωνεῖν. (10) Καίτοι, ὦ Ἀθηναῖοι, τίνα χρὴ τοῦτον νομίζειν ἔχειν διάνοιαν, ὃς διὰ μὲν πονηρίαν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνέπεσεν, ἐκεῖ δ' ὢν παρὰ τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κακούργοις ἀπηγμένοις οὕτως εἶναι πονηρὸς ἔδοξεν, ὥστε μηδ' ἐκείνοις τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ κλέπτην (ὥς φασι) ληφθέντα τουτονὶ παρ' ἐκείνοις, εἰ ἦν ἕτερός τις τόπος ἀνοσιώτερος ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν τοὺς ἐκ δεσμωτηρίου κλέπτοντας, εἰς ἐκεῖνον ἂν τοῦτο τὸ θηρίον ἀπαχθῆναι. Καὶ ταῦθ' ἅπερ ἀρτίως εἶπον, τίς οὐκ οἶδε

petrandum; sin improbos et scelestos homines odistis estque vobis ira et memoria eorum quæ prius hic commisit, occidite eum qui ab Harpalo, quem ad circumveniendam civitatem vestram venisse sensit, pecuniam accipere ausus est, atque excusationes ejus et ludificationes exscindite; his enim fidens ad vos accedit.

5. An nostis ex Harpali adventu quantumvis molesto hoc tamen urbi commodum accessisse quod accuratum fecistis experimentum eorum qui argenti aurique gratia omnia hostibus reipublicæ prodant? Ne ignave agatis, Athenienses; nolite delassari puniendo improbos, sed quantum ejus fieri potest, istam quæ per munera fit corruptionem ex urbe exstirpate. Nec quæ ego dicenda habeam audire cupiatis, quum aperta vobis delicta sint e delationibus senatus. (6) Quid enim ignoratis propter quod orationes contra reum hunc vobis audiendæ sint? Num, si quidem nos accusatores, decem numero, omnem clepsydræ aquam absumpserimus et exclamaverimus quam grave sit dimittere qui dona accepisse in patriæ perniciem manifesto deprehensi sint, vera et justa senatus contra Aristogitonem indicasse videbitur; (7) sin unusquisque nostrum, putans vos non minus quam nos scire quæ in his certaminibus justa sint, paucis rem absolvens descenderit, num propterea falsum erit indicium et nemo ei fidem habebit, utpote ab Areopagitis profecto? An vos fugit dona accipere ad prodenda civitatis commoda hominum esse nequissimorum eorumque qui plurimis civitates malis afficiant?

8. At noster hic reus, proh Juppiter, moderatus est moribus et probis ortus majoribus, et multa in vos tum privatim tum publice beneficia contulit, adeo ut propterea dignus sit venia. Et quis vestrum non audivit sæpius, Cydimacho, Aristogitonis patre, capitis damnato et ex hac urbe profugo, huncce ingenuum ejus filium adeo patris curam neglexisse, ut vivus ille rebus careret necessariis ac mortuus legitimis officiis privaretur (quarum quidem criminum haud semel testimoniis convictus est); (9) ipsum vero Aristogitonem, quum primo in carcerem abductus est (multoties enim hoc ei accidisse nostis), tam scelesta ibi committere ausum esse, ut ceteri decreto caverent ne quis ei vel ignem accenderet vel convivaretur vel communicaret sacra. (10) Jam vero, Athenienses, cujusnam mentis esse hominem istum censeri oportet, qui propter improbitatem in carcerem incidit, illic vero ceteris maleficis eodem deductis improbus esse visus est, ut ne ab his quidem eodem quo alii loco haberetur, sed, quum fur (ut aiunt) apud istos deprehensus esset, si quis alius exstitisset locus impurior quo eos qui in ipso carcere furantur, abducere liceret, in hunc illa bellua foret abducta. Et hæc quæ nuper dicebam, quis nescit testimoniorum fide contra Aristogitonem probata esse, scilicet eum, quum emporii cura-

καταμαρτυρηθέντα Ἀριστογείτονος, ὅτ' ἐμπορίου ἐπιμελητὴς λαχὼν ἀπεδοκιμάσθη ὑπὸ τῶν τότε δικαζόντων ἄρχειν ταύτην τὴν ἀρχήν; (11) Ἔπειτ' εἰρωνεύεσθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, καὶ περὶ Ἀριστογείτονος μέλλοντες φέρειν τὴν ψῆφον ἐλεεῖτε, ὃς τὸν αὐτοῦ πατέρα κακῶς διατιθέμενον ὑπὸ λιμοῦ οὐκ ἠλέησεν; ἔπειτα παρ' ἡμῶν ἔτι λόγους ἀκούειν βούλεσθε περὶ τῆς Ἀριστογείτονος τιμήσεως, ὃν ἴστε ἀκριβῶς ὅτι δικαίως ἂν καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου βίου καὶ ἐκ τῶν νῦν αὐτῷ πεπραγμένων τῆς ἐσχάτης τύχοι τιμωρίας; (12) Οὐκ Ἀριστογείτων ἐστίν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ κατὰ τῆς ἱερείας τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Βραυρωνίας καὶ τῶν οἰκείων αὐτῆς τοιαῦτα γράψας καὶ ψευσάμενος, ὥσθ' ὑμᾶς, ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν ἐπύθεσθε παρὰ τῶν κατηγόρων, πέντε ταλάντων τιμῆσαι τούτῳ, ὅσονπερ ἦν ἐπὶ τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ τίμημα ἐπιγεγραμμένον; οὐχ οὗτος πρὶν ἐκτῖσαι τοῦτο, συκοφαντῶν τὸν ἐντυγχάνοντα ὑμῶν καὶ λέγων καὶ γράφων ἐν τῷ δήμῳ διατετέλεκε, καὶ καταφρονῶν ἁπασῶν τῶν τιμωριῶν αἳ κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶ γεγραμμέναι; (13) Οὐ τὸ τελευταῖον οὗτος ἐνδειχθεὶς ὑπὸ Λυκούργου, καὶ ἐξελεγχθεὶς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ λέγειν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, καὶ παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα κατὰ τοὺς νόμους, περιπατῶν ἔμπροσθεν τῶν δικαστηρίων καὶ εἰς τὴν προεδρίαν τῶν πρυτάνεων ἐκάθιζεν;

14. Εἶτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὃν οἱ νόμοι μὲν πολλάκις ὑμῖν παραδεδώκασι τιμωρήσασθαι κατεψηφισμένον ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐνδειχθέντα, φυλάξαι δ' οὐθ' οἱ ἕνδεκα δεδύνηνται οὔτε τὸ δεσμωτήριον, τούτῳ βουλήσεσθε συμβούλῳ χρῆσθαι; Καὶ ὁ μὲν νόμος εὐξάμενον κελεύει τὸν κήρυκα μετ' εὐφημίας πολλῆς, οὕτως ὑμῖν τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων παραδιδόναι· ὑμεῖς δὲ τὸν ἀνόσιον καὶ περὶ πάντας πονηρὸν καὶ μάλιστα περὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα γεγενημένον, τοῦτον μεθ' ὑμῶν καὶ μετὰ τῶν ὑμετέρων οἰκείων καὶ συγγενῶν ἐάσετε πολιτεύεσθαι; (15) Καὶ Δημάδῃ μὲν καὶ Δημοσθένει οὐδεμίαν ᾠεσθε δεῖν συγγνώμην ἔχειν, ὅτι δῶρα καθ' ὑμῶν ἐξηλέγχθησαν λαμβάνοντες, ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε, καὶ δικαίως, οἷς εἰ μὴ πάντα ἀλλὰ πολλά γε σύνιστε χρήσιμα πολιτευομένοις· τὸν δὲ κατάρατον τοῦτον, ὃς ἀγαθὸν μὲν ὑμᾶς πεποίηκεν
107 οὐδὲ πώποτε ἐξ οὗ πρὸς τὴν πολιτείαν προσελήλυθε, κακὸν δ' ὅτι δυνατός ἐστιν, ἀφήσετε; Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐγκαλέσειεν ὑμῖν τοῖς τοῦτον δεχομένοις σύμβουλον; Ὅταν γὰρ ἄνθρωπος γνώριμος καὶ φανερὸς καὶ περιβόητον τὴν πονηρίαν παρὰ πᾶσι τοῖς πολίταις ἔχων δημηγορῇ, τότε τοὺς ἀκούοντας ὑμᾶς οἱ περιεστηκότες θαυμάζουσι, πότερον βελτίους οὐκ ἔχετε συμβούλους ἢ καὶ χαίρετε τῶν τοιούτων ἀκούοντες. (16) Χρὴ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ οἱ πρῶτοι νομοθέται περὶ τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐνομοθέτησαν, οὕτω καὶ ὑμᾶς ζητεῖν ἀκούειν, ἵνα βελτίους τοὺς προσιόντας ὑμῖν ποιήσητε. Πῶς οὖν ἐκεῖνοι περὶ τούτων ἐγίνωσκον; πρῶτον μὲν καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς

tor sorte designatus esset, a judicibus reprobatum esse utpote virum qui hoc magistratu fungeretur indignum? (11) Hæc quum ita sint, dissimulatione utimini in vosmet ipsos, et de Aristogitone suffragia laturi, miseremini ejus qui patris sui fame laborantis non misertus est? Et e nobis orationes audire vultis de Aristogitonis pœna, quem optime nostis tum ob anteactam vitam tum ob recens patrata ultimum meruisse supplicium? (12) Nonne hic est Aristogiton, Athenienses, qui contra Dianæ Brauroniæ sacerdotem ejusque familiares ejusmodi actionem mendaciter instituit, ut vos, veritate ab accusatoribus comperta, quinque talentorum mulctam huic irrogaveritis, quanta litis de violatis legibus æstimatione scripta erat? Nonne hic antequam mulctam hanc persolveret, e vobis obvium quemque dicendo scribendoque calumniabatur, omnesque quæ contra injurios in legibus scriptæ sunt pœnas flocci pendebat? (13) Nonne postremo hic a Lycurgo delatus et convictus se, dum ærario adhuc deberet, concionari (quod non licebat), et undecimviris ex lege traditus ante judicia ambulabat et in locum prytanibus reservatum considebat?

14. Deinde, Athenienses, quem actione a civibus intenta condemnatum sæpius leges vobis puniendum tradiderunt, quemque neque undecimviri neque carcer custodire potuerunt, hoc vos utemini consiliario? Et lex quidem jubet præconem nonnisi post preces summa cum sanctimonia factas vobis deliberandi de rebus negotium tradere: vos autem impium istum, qui quum in ceteros omnes tum vero in patrem improbitatem suam expromsit, cum vobis et familiaribus vestris cognatisque res publicas tractare patiemini? (15) Et Demadi quidem ac Demostheni nullam censuistis dandam esse veniam, utpote dona contra vos accepisse convictis, sed punivistis, idque jure merito, viros istos quos, si non omnia, multa tamen in utilitatem vestram administrasse novistis: hunc vero exsecrabilem, qui boni quidem nihil unquam, ex quo ad rempublicam accessit, in vos contulit, malum autem fecit quantum potuit, absolvetis? Et quis vos non accusaverit, si hunc admittatis consiliarium? Quando enim vir manifestæ et notæ ac pervulgatæ apud omnes cives improbitatis concionatur, vos qui aures huic præbeatis miratur circumstans corona et mirabunda quærit utrum meliores non habeatis consiliarios an tales audiendo vel delectemini. (16) Oportet vero, Athenienses, quemadmodum primi legislatores de iis qui coram populo dicerent majoribus nostris præscripserunt, sic vos quoque ut audiatis dare operam, quo eos qui ad vos accedant faciatis meliores. Quo igitur modo illi de his sentiebant? Primum in singulis

ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν, εἴ τις δῶρα λαμβάνων, μετὰ ταῦτα λέγει καὶ γινώσκει περὶ τῶν πραγμάτων, ἐξώλη τοῦτον εἶναι· ὧν οὗτος νῦν ἐστιν Ἀριστογείτων· (17) ἔπειτ' ἐν τοῖς νόμοις δώρων γραφὰς ποιήσαντες, καὶ κατὰ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων δεκαπλασίαν ἐπιτιθέντες τοῦ λήμματος τὴν ἔκτισιν, ἡγούμενοι τὸν τιμὴν λαμβάνοντα τῶν ἐν τῷ δήμῳ ῥηθήσεσθαι μελλόντων λόγων, τοῦτον οὐχ ὑπὲρ τῶν τοῦ δήμου βελτίστων ἀλλ' ὑπὲρ τῶν τοῖς δοῦσι συμφερόντων δημηγορεῖν· Ἀριστογείτονα τοίνυν ἡ βουλὴ ἀποπέφαγκε· πρὸς δὲ τούτοις ἀνακρίναντες τοὺς τῶν κοινῶν τι μέλλοντας διοικεῖν, τίς ἐστι τὸν ἴδιον τρόπον, εἰ γονέας εὖ ποιεῖ, εἰ τὰς στρατείας ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐστράτευται, εἰ ἠρία πατρῷα ἔστιν, εἰ τὰ τέλη τελεῖ· ὧν οὐδὲν ἂν ἔχοι συμβεβηκὸς Ἀριστογείτων αὐτῷ δεῖξαι. (18) Ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ γονέας εὖ ποιεῖν κακῶς οὗτος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα πεποίηκεν· ὅτε δ' ὑμεῖς ἐστρατεύεσθε πάντες, οὗτος ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· τοσοῦτον δ' ἀπολέλοιπε τοῦ πατρὸς μνῆμά τι ἔχειν, ὦ Ἀθηναῖοι, δεῖξαι, ὥστ' οὐδ' ἐν Ἐρετρίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτήσαντος ἐκεῖ τὰ νομιζόμενα ἐποίησεν αὐτῷ· τῶν δ' ἄλλων Ἀθηναίων εἰσφερόντων ἐκ τῶν ἰδίων, οὗτος οὐδὲ τῶν δημοσίων καὶ ὧν ὦφλε τὸ ἀργύριον ἅπαν ἐκτέτικεν. (19) Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἐναντία τοῖς νόμοις ἅπασι πράττων διατετέλεκε, καὶ τοῦτον μόνον ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τοῖς ἐζητηκόσι καὶ εἰδόσιν ἀποπέφαγκεν· οὐ γὰρ παρ' ἐκείνης ὑμεῖς πυθόμενοι τοῦτον ἴστε πονηρὸν καὶ ἄδικον ὄντα, ἀλλ' ἕκαστος ὑμῶν ἀκριβῶς οἶδε τὴν τούτου πονηρίαν. Ὥστε τὸ πολλάκις λεγόμενον ἀληθὲς εἰπεῖν ἐστιν, ὅτι περὶ μὲν τούτου τὴν ψῆφον ὑμεῖς μέλλετε φέρειν, περὶ δ' ὑμῶν οἱ περιεστηκότες καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.

20. Διὸ καὶ σωφρόνων ἐστὶ δικαστῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, μήθ' ὑμῖν αὐτοῖς ἐναντίαν ἐνεγκεῖν τὴν ψῆφον μήτε πᾶσι τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις, ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν καταψηφισαμένους πάντας παραδοῦναι τοῖς ἐπὶ τοῦτο τεταγμένοις θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ μὴ προέσθαι καὶ μὴ προδοῦναι τὴν ὁσίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον, ἀναμνησθέντας ὅτι τούτου κατέγνωκεν ἡ βουλὴ δῶρα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν, τούτου κατέγνωκεν ὁ πατὴρ καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας ἀδικεῖν ἑαυτόν, καὶ ἵνα τὸ πρᾳότατον εἴπω τῶν ὀνομάτων, τούτου καταχειροτονήσας ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι. (21) Οὗτος πολλὰ κακὰ διαπεπραγμένος ἐπὶ τοιούτοις εἴληπται πράγμασι νῦν ἀδικῶν, ἐφ' οἷς αἰσχρόν ἐστιν ὑμῖν τοῖς δικάζουσιν ἀτιμώρητον ἐᾶσαι τοῦτον. Τίνα γὰρ τρόπον, ὦ Ἀθηναῖοι, περὶ τῶν ἄλλων ἀποφάσεων οἴσετε τὴν ψῆφον; ἢ διὰ τίνας προφάσεις τῶν ἤδη κεκριμένων ἔσεσθε κατεψηφισμένοι; ἢ διὰ τί τὸ μὲν ἀποφαίνειν τὴν βουλὴν τοὺς εἰληφότας τὰ χρήματα φαίνεσθε σπουδάζοντες, τὸ δὲ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀποπεφασμένους ἐῶντες; (22) μὴ γὰρ ἰδίους ἀγῶνας τούτους ὑπολάβητε εἶναι κατὰ τῶν νῦν μόνων ἀποπεφασμένων, ἀλλὰ κοινοὺς καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Δωροδοκία γὰρ καὶ προδοσία κρινομένη παρ' ὑμῖν δυοῖν θάτερον ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου

concionibus improbos diris publice exsecrabantur, et, si quis donis acceptis verba faceret et de rebus publicis statueret, hunc perditum esse volebant; quorum e numero hic nunc est Aristogiton. (17) Deinde in legibus largitionum actiones fecerunt et in solo hoc corruptionis crimine decuplicem acceptæ pecuniæ summam pro mulcta irrogarunt, existimantes eum qui pro habendis coram populo orationibus pretium acceperit, non pro populi commodis concionaturum esse, sed pro eorum qui pretium dederint utilitate; eo nomine nunc Aristogitonem senatus detulit. Præterea de iis qui rerum publicarum aliquid administraturi essent, inquirebant quinam uniuscujusque essent mores privati, an parentibus benefaceret, an legitimam pro civitate militasset militiam, an patria ei essent monumenta, an penderet tributa; quorum nihil est quod Aristogiton sibi contingere dicere possit. (18) Nam quum parentibus benefaciendum esset, hic male tractavit genitorem suum; dum vos in expeditione versabamini, hic in carcere delitescebat; porro tantum abest, Athenienses, ut patris monumentum aliquod ostendere habeat, ut ne justa quidem patri in Eretria defuncto peregerit; denique quum ceteri Athenienses ex propriis facultatibus tributa conferant, hic ne publicæ quidem pecuniæ, quam condemnatus ærario debebat, totam summam persolvit. (19) Ut paucis defungar, omnibus hic legibus continuo fecit contraria, et hunc solum senatus Areopagiticus quærentibus jam præsciis indicavit; non enim ex illo vos edocti hunc scitis esse improbum et injurium, sed quisque vestrum penitus noverat ejus nequitiam. Itaque illud quod toties dicitur recte etiam nunc dicendum est, vos quidem de hoc suffragia laturos esse, de vobis autem circumstantes ceterosque omnes.

20. Quapropter prudentium est judicum, Athenienses, neque vobis ipsis contraria ferre suffragia neque reliquis Atheniensibus, sed communi omnium consensu damnatum hunc puniendum tradere quibus hoc est muneris, nec deserere nec prodere sanctam et juratam sententiam, memores hunc condemnatum esse a senatu quippe muneribus contra vos acceptis corrumpi se passum, hunc condemnatum esse a patre quem et vivum et mortuum injuria affecerit, et, ut mitissimo verborum utar, hunc a populo sublatis manibus condemnatum vobis tradi plectendum. (21) Hic post alia multa facinora nunc in ejusmodi rebus deliquisse deprehensus est, ut turpe vobis foret si judicio vestro impunitus dimitteretur. Quo enim pacto, Athenienses, de ceteris senatus delationibus statuetis? vel quas prætendetis rationes quibus jam judicatos condemnaveritis? vel qui fit ut deferendos quidem a senatu qui pecuniam acceperint, summopere curare videamini, delatos vero punire ut negligatis? (22) Haud enim privatas esse putetis has actiones, iisque solis intendi qui nunc delati sint, sed esse communes et ad reliquos pertinere omnes. Nimirum vestrum de corruptione quæ per munera fit et de proditione judicium ex duobus efficiet alterum; aut enim in

ποιήσει τοὺς ἄλλους, ἢ χρήματα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν
contra vos præter legem atque fœdera producunt in aciem, quos, ne si Heraclidæ quidem duces belli forent, in Atticum agrum cum hostilibus armis invadere fas erat. Verum nec deos reverentur nec homines : alioqui nunquam hæc facerent. At vos eos, si dii volunt, punietis. Hoc igitur cogitate, vos ex vestra urbe in pugnam prodire, a foco paterno diisque tum aliis tum civilibus profectos, nec conditorum homicidas sed prosapiam esse, ex diisque vestris eadem vos atque majores vestros precibus petere, atque ita tum deorum tum dæmonum habere vindictam adjutricem. At cum impiis et injustis viris pugnatis, qui sua regione, in qua sunt nati, perdita et relicta, vel ira deorum vel sua ignavia, vestram invadunt et ex alieno prodeunt; nec tam vel a sua singuli Vesta vel ab aliis aut avitis diis profecti sunt, quam a Furiis et Fraude dæmonibus ad pœnas dandas huc impelluntur. Etenim nec numero vobis nec armis præstant; neque vestra freti ignavia tam confidenter vestra transeunt, verum illos deus aliquis ad luenda impietatis et injustitiæ supplicia deducit. Quapropter hoc unicuique vestrûm sit persuasum, permultum ad victoriam facere fidentiam. Quocirca, quandoquidem et favent dii et licet vobis hos antecellere, hostium arma si per exiguum tempus sustinueritis, æternam in omne tempus parabitis virtutis gloriam, atque omnibus eorum vos esse posteros probabitis, qui quondam barbaros in Marathonem vestram egressos primo statim impetu vicerunt, multaque hominum millia e terra sua ejecerunt, nec paucos eorum trucidarunt, nihil anxie circumspicientes, neque si quod ipsis ex Peloponneso auxilium venturum esset, neque si pauci cum multis manum consererent; sed sua ipsorum virtute freti, cum hoste congressi vicerunt. Postea Platæis simul cum aliis Græcis qui ejusdem partis erant vicerunt; vicerunt etiam ad Artemisium et ante Salaminem prœlio navali, sic ut etiamnum Græciæ servatores appellentur. Sed et alia multa majores vestri præclara obierunt certamina, quorum victoriæ præmiorum pignora quasi pali fixæ sunt urbes magnæ, quæ multorum dierum a vestra distantes itinere vestro parent præconi. Quamobrem diis invocatis Olympiis, qui nobis merito plus quam hostibus tribuunt, precario cum latronibus congrediamur. Confidite : diis justa impertientibus secunde pugnabitis. Exta fausta et æquitas ut vobis fidentiam, ita metum illis, afferent. Quæ autem juvenes excitant maxime, vosmetipsos audite, et urbis magnitudinem ac felicitatem suam et gloriam unusquisque; sunt etiam juventutis ludicra pulchri pueri ac mulieres, gymnasia, venationes, quibus vos

γάλῃ ἐλευθερίᾳ πλεῖστά τε καὶ κάλλιστα ἀπολαύετε· περὶ ὧν μαχεῖσθε νυνὶ ὑμετέρων ὄντων περιττὸν ἀνδράσιν οἷς ταῦτα σπάνια. Παρακελευσάμενοι οὖν ὑμῖν αὐτοῖς, ἀνὴρ ἀνδρὶ καὶ δημότης δημότῃ καὶ φυλέτης φυλέτῃ, ἴτε τύχῃ ἀγαθῇ, ἐπειδὰν ἡγῆταί τις ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

rebus cum libertate abundantissime et florentissime fruimini; de his, quorum uberrima vobis nunc copia est, vos jam pugnabitis contra viros, apud quos eadem perrara sunt. Quare mutuo vos cohortati, et vir virum et popularem popularis et tribulis tribulem, secunda fortuna, quum quis in hostes vos ducet, sequimini.

ΗΡΩΔΟΥ ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ.

Διότι μὲν ἀνάγκη λέγειν καὶ τηλικοῖσδε καὶ μὴ πολὺ νεωτέροις περὶ τοῦ παρόντος πράγματος, ἔχω λέξαι· διότι δὲ εἰκός ἐστι σιωπᾶν ἔχοντα λέγειν, οὔτε παρ' ἄλλου δύναμαι μαθεῖν οὔτε αὐτὸς ἐξευρίσκω. Περὶ μὲν γὰρ ἑτέρου πράγματος ἔχοι τις ἂν ἐγκαλεῖν τοῖς λέγουσι ματαιότητα ἢ πολυπραγμοσύνην, αἰτιασάμενος ἐπίστασθαι τὰ παρόντα πράγματα· τὰ δὲ εἰς τὸν πόλεμον ἀνήκοντα πᾶσι μέν ἐστιν ἐν κοινῷ, μάλιστα δὲ ἀναγκαῖον καὶ προσῆκον ταῖσδε ταῖς ἡλικίαις ἐπίστασθαι περὶ αὐτῶν καὶ λέγειν. Οἷς γὰρ ὁ κίνδυνος οἰκειότατος γίνεται, τούτοις ἀναγκαῖόν ἐστι μάλιστα μέλειν· οἷς δὲ μέλειν ἐπιτέτακται, τούτους εἰκὸς ἐξευρίσκειν μάλιστα. Τοῦ μὲν οὖν λέγειν πολλὰς ἀνάγκας εὑρίσκω, τοῦ δὲ σιωπᾶν οὐδεμίαν ὁρῶ συγγνώμην. Ἐγὼ γὰρ ἐβουλόμην μὲν ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν αἰτίους εἶναι μετὰ τῶν θεῶν· εἰ δὲ τοῦτο διατρίβετε καὶ δι' ἄλλους εὖ πράττειν ἡδύ, δοκεῖ δή μοι θεῶν τινὸς ἐπιμελείᾳ γίνεσθαι τὸ γινόμενον. Ἃ μὲν γὰρ ὑμᾶς ἐχρῆν παρασκευάσασθαι χρήμασι πείθοντας καὶ τοῖς σώμασι κινδυνεύοντας, ταῦτα πάνθ' ὑμῖν ἡ τύχη ἄνευ πόνου καὶ χρημάτων συνέπραξεν, ὥστε τοὺς ὑμετέρους ἐχθροὺς ἑκόντας ὑμῖν δίκην δοῦναι. Πρῶτον μὲν [οὖν] ὡς ἀγαθόν ἐστι πείθεσθαι τοῖς ἐπαγγελλομένοις πόλεμον, τοῦθ' ὑμᾶς διδάξω, δεύτερον δ' ὡς ἀναγκαῖον.

2. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐπιστάμεθα γινώσκειν τὰ φύσει πολέμια τῇδε τῇ χώρᾳ, προγινώσκοντές τ' ἂν πρὶν παθεῖν εὐλαβούμεθα, τὰ μὲν ἐκείνων ἀσθενῆ καθιστάντες ἐκ παντὸς τρόπου, τὰ δ' ἡμέτερα αὐτῶν κρείσσονα, γινώσκοντες ὅτι τὸ φύσει πολέμιον τῷ μὴ δύνασθαι κακὰ δρᾶν ἡσυχίαν ἄγει. Νῦν δὲ τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν ἐκ τῶν συμφορῶν ἐπιστάμεθα, τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐδέποθ' ἡμῖν φίλον ἐσόμενον, οὐδὲ διαλλαγὴν ἐσομένην ἐκείνῳ πρὸς ἡμᾶς. Οὐ γὰρ ἀδικούμενος ὑφ' ἡμῶν ἀλλ' ἀδικεῖν βουλόμενος ἐχθρὸς ἡμῖν ἐστίν. Ἔχει μέν γε χώραν ἣν ἡμῖν οἱ πατέρες κτησάμενοι παρέδωκαν, ἣν διὰ μὲν τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἕξει, διὰ δὲ δύναμιν ἄκων ἀποδώσει. Μία μὲν αὕτη πρόφασις αὐτῷ κακονοίας πρὸς ὑμᾶς, ἔπειτα δὲ ὅτι ταῖς μὲν Ἑλλήνων πόλεσιν ἱκανόν ἐστι τὴν αὐτῶν δύναμιν διασῶσαι τοῖς ἐπιγιγνομένοις, τοῖς δὲ τυράννοις ταῦτ' οὐκ ἀπόχρη μόνον, ἀλλὰ προσκαταστρέψασθαι δέονται τοὺς πλουσιωτάτους ἀεί. Ἡμεῖς μὲν οὖν δοκοῦμεν οὔτ' αὐτοὶ ῥᾳδίως ἂν τοῦτο παθεῖν, ἄλλοις τε ἐμποδὼν γενέσθαι. Διὰ ταῦθ' ἡμῖν ἐκεῖνος ἄχθεται, βουλόμε-

---

HERODIS OR. DE REPUBLICA.

1. Quas ob causas et huic ætati et non multo minori de re controversa disserendum sit, possim dicere : quare autem qui disserere possit silere debeat, neque ex alio cognoscere neque per me possum invenire. Etenim de alia et dicentes aliquis vanitatis vel curiositatis incusare possis quod rem propositam *non* perspectam habeat : res autem bellicæ ut omnium sunt communes, ita præcipue ab hac ætate sunt per disputationem excutiendæ. Nam quibus est periculum proximum, ii maximam necessario curam adhibent : quibus autem cura datur, hi maximam debent inventioni operam dare. Quapropter et necessitatem dicendi permagnam, nec veniam tacendi ullam video. Vellem enim vosmetipsos esse vestrorum commodorum post deos auctores; quodsi conamini, non minus est, quum aliorum opera vobis consulitis, jucundum, ac mihi id quod accidit deorum alicujus providentia videtur evenisse. Nam quæ vobis opum jactura vitæque periculo comparanda fuerant, hæc vobis omnia sine labore atque sumptu fortuna suppeditat, sic ut hostes nostri ultro nobis dent supplicium. Ac primum quidem, quam sit commodum iis parere qui ad bellum adhortantur, docebo; deinde, quam sit necessarium.

2. Possumus enim nos ea quæ sunt huic regioni naturâ contraria cognoscere, et cognita mature cavere, quum et illa quovis pacto debilia et nostra reddimus fortiora; quandoquidem non ignoramus id quod est natura inimicum nunquam, nisi quum deest malefaciendi facultas, quiescere. Nunc autem e cla l bus quod erat discendum cognovimus, nunquam hunc virum (*Archelaum*) nobis amicum futurum aut nobiscum compositurum. Neque enim quia accepit a nobis injuriam, verum quia vult inferre, hostis est. Habet autem eam regionem quam nobis a se conquisitam majores reliquerunt, quamque vel per imbecillitatem nostram retinebit, vel per potentiam nostram invitus reddet. Atque hunc quidem unum habet malevolentiæ stimulum : alterum, quod quum civitatibus Græcis sufficiat si potentiam suam posteris prodant, hoc tyrannis non est satis, nisi ditissimos etiam quosque semper evertant. Jam nos nec ipsi videmur hoc facile passuri, et alios impedituri. Quapropter ille vobis irascitur, quum

νος σφάλλεσθαι τὰς ἐλπίδας τῶν ἡμῖν πιστευόντων. Ἀπὸ μιᾶς οὖν τέχνης ὁρμώμενος ἡμῶν τε κρατήσειν οἴεται καὶ τούτων ὧν δι' ἡμᾶς οὐκ ἄρξει. Ταῦτα δὲ πρότερον ἐξῆν εἰκάζειν ἡμῖν, νῦν δὲ σαφῶς γινώσκειν ἔργῳ πάσχοντας. Ὧ γὰρ ἁλίσκεται μάλιστα καὶ πόλις καὶ χώρα, τοῦτο τὸ χωρίον οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ἰδόντα στασιάζοντας ἡμᾶς αὐτούς, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὀλίγων ἐπὶ τούτους πάντας οὐκ ὤκνησεν ἐλθεῖν. Ἠπίστατο γὰρ ἐλθὼν ὅτι τοῖς πολλοῖς μὲν ἐπιχειρήσας οὐδὲν ἂν ἔπραξεν ὧν ἐβούλετο (τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους συγκαταπολεμήσας οὐκ ἄρξειν τῶν πλειόνων ἔμελλεν· ἱκανοὶ γὰρ ἦσαν ἂν αὐτὸν ἀμύνασθαι)· εἰ δὲ τοὺς πολλοὺς μετὰ τῶν ὀλίγων καταστρέψαιτο, ῥᾳδίως ἁπάντων ᾤετο κρατήσειν. Οὕτω μὲν αὐτὸν βούλεσθαι πέφυκεν ἡμᾶς στασιάζειν. Εἰ δ' αὐτῷ ταῦτα συμφέρει, καὶ πράσσειν οἴεσθε αὐτόν. Τὸ δ' ἐκείνου συμφέρον ὅσον ἡμῖν κακόν ἐστιν, ἀθρήσετε πρὸς τὸ μέγιστον τῶν ἄλλων ἀντιτιθέντες. Ὁμολογεῖται γὰρ πόλεμος τῶν ἄλλων κακῶν τοσούτῳ μέγιστον εἶναι, ὅσῳπερ εἰρήνη τῶν ἀγαθῶν. Ἴσῳ μέντοι μεγέθει τὸν πόλεμον ἡ στάσις ὑπερβάλλει, ὅσῳπερ ὁ πόλεμος τὴν εἰρήνην. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ξενικῷ πολέμῳ τὴν πατρίδα σώζοντες ἀποθνήσκουσιν, ἐν δὲ τῷ πολιτικῷ διαφθείροντες ἑαυτούς, ὥστε μήτε τοὺς ἀποκτείναντας εὐδοκιμεῖν. Ἄλλοις μὲν γὰρ πολεμοῦντες πολεμοῦμεν ὑπὲρ τῶν φίλων· καὶ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους νικῶντες ἑτέρους κτῶνται φίλους, ὅταν δὲ τοὺς οἰκείους, ἀποστεροῦνται καὶ τῶν ὑπαρχόντων. Ἁρπαγὴν δὲ χώρας καὶ χρημάτων φθορὰν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἡδονὴν καὶ τοῖς φίλοις συμφορὰν ὅσην δύναται, πολὺς ἀριθμὸς καθ' ἕκαστον ἐξηγήσασθαι. Καὶ τούτων οὐδ' ἀπαλλαγῆναι ῥᾴδιον, ἐπειδὰν ἄρξηταί τις· τὸν διάλογον γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Οἱ γὰρ πλησίον οἰκοῦντες οὐκ ἄχθονται στασιαζόντων τῶν πλησίον, οἱ μὲν ἀσθενέστεροι, ὅπως ἂν μὴ ἄρχωνται, οἱ δ' ὅμοιοι τὴν δύναμιν, ὅπως ἂν κρείσσονες γένωνται, οἱ δ' ἰσχυροί, ὅπως ἂν ῥᾳδιέστερον ἄρχωσι.

3. Καὶ τούτων οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ σημεῖον ἄλλοθεν
176 λαβεῖν· ἡμεῖς γὰρ τοῖς ἄλλοις σημεῖον ἐσμέν. Χώραν γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες πλείστην καὶ πλεῖστα δυναμένην παρέχειν οὐ μόνον τοῖς ἐνοικοῦσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς παροίκοις, οὐ φαινόμεθα πλουσιώτεροι τῶν παρ' ἡμῶν ἐξαγομένων ὄντες· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἑαυτοῖς κατατίθενται τὰ παραγινόμενα, ἡμεῖς δ' εἰς τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκομεν, τὰ κοινὰ μὲν ἴδια ποιοῦντες, τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν κοινά. Καίτοι πῶς οὐ δεινόν ἐστι τούτους κοινῇ τρέφειν, οἳ τὴν πόλιν οὐ κοινὴν ἡμῖν παρέχουσι; πρὸς τούτοις τε γῆν ἔχοντες εὐφυεστάτην ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας, καὶ τὸ σύμμαχον ἐγγενὲς παρεχομένην καὶ ἵππους, οὐχ ὅπως διαλύομεν τοὺς βουλομένους ἀδικεῖν, ἀλλ' ἐπαγόμεθα τοὺς ἀμυνοῦντας μισθῷ πείθοντες καὶ φυλασσόμεθα ξένους, καὶ καταφρονεῖται μὲν ἡ δύναμις τῆς χώρας, καταγελώμεθα δ' αὐτοί. Τούτων πάντων καὶ ἑτέρων πολλῶν τὸν αἴτιον αὐτοὶ παρόντες θεάσασθε, τοιαύτην ἐπίδειξιν

eorum qui vobis confidunt spem cupiat eludi. Eadem igitur opera se et nos existimat et eos quorum per nos imperio privabitur subacturum. Atque hæc primum nobis conjectura licebat assequi, nunc autem re doctis firmiter cognoscere. Qua enim re potissimum et urbs capitur, et regio, hæc eum non latuit, quum seditionem nostram animadverteret; neque cum paucis hos omnes aggredi cunctatus est. Siquidem norat se, si plurimos aggrederetur, nihil quod studeret effecturum — quandoquidem debellatis infirmioribus potiores ad resistendum instructos non esset subacturus —, sin plurimos cum paucis everteret, omnium facile potiturum. Atque ita fit ut ille cupiat nos seditione laborare. Quodsi est illi commodum, quam sit vobis hoc illius commodum noxium, cum alio maximo id contendentes videte. Nam quum tam esse maximum malum bellum, quam est maximum bonum pax, credatur; eodem tamen intervallo bellum seditio, quo pacem illud, superat. Ut enim in externo bello patriam servando, sic in civili nosmetipsos perdendo morimur, ita ut ne victores quidem bene audiant. Cum aliis porro prœliantes pro amicis bellum gerimus; et quum alienis devictis amicos comparemus alios, nostris vero superatis, etiam priores amittimus. Jam regionis vastatio atque opum pernicies et inimicis voluptas amicisque calamitas quanta hinc sequatur, paucis singulatim explicari non potest. Neque facile est his malis, postquam semel exorta sunt, liberari: vix enim conciliatorem invenias. Nam qui prope habitant vicinorum seditionem non moleste ferunt, imbecilliores, ne pareant; pares, ut potiores fiant; superiores, ut imperent facilius.

3. Atque horum non video cur longe petendum sit exemplum, quum ipsi aliis exemplo simus. Etenim quum regionem habeamus inter Græcos maximam et omnia tum incolis tum advenis suppeditare præpollentem, nunquam iis qui a nobis deducantur ditiores videmur: siquidem illi sibi quod accedit reponunt, nos in alienos insumimus, ac tum publica reddimus privata, tum privata, publica. Quis vero non indignum ducat eos ali publice, qui urbem suam nobis publicam et communem non faciant? quumque regionem habeamus ad alios repellendos aptissimam, et socios atque equos ex se præbentem, non horum opera injurios removemus, verum adjutores mercede conducimus et hospites vitamus; atque ita, tum regionis contemnitur potentia, tum ipsi deridemur. Horum autem omnium atque aliorum insuper malorum auctorem coram vidi-

ἐπιδείξαντα πᾶσιν, οἵαν οὐδεὶς οὕτω σκληρὸς οὐδὲ μισάνθρωπός ἐστιν ὅστις ἀδάκρυτος ἂν διηγήσαιτο. Τί γὰρ οὐκ ἐγένετο τῶν μεγίστων κακῶν; οὐ παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ πατέρες γέροντες καὶ μητέρες θεωροὶ κατέστησαν ἀποθνησκόντων, οἱ μὲν πατέρων, αἱ δ' ἀνδρῶν, αἱ δὲ παίδων, αἱ μὲν ἐν ταῖς αὑτῶν χερσὶ τελευτώντων τὸν βίον, αἱ δ' ἐν τοῖς πολεμίοις διαφθειρομένων; οἰκίας δὲ κατασκαπτομένας καὶ χρήματα διαρπαζόμενα; καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὁπότε τύχοι τῶν αὐτῶν ἱερῶν κοινωνῶν ὁ ταῦτα δρῶν καὶ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὤν, ᾧ προσῆκεν ἐπαμῦναι κατά γε νόμον, ἀλλὰ μὴ παρανόμως ἀπολέσαι; ὅτε καὶ τοῖς γέρουσιν ἐφάνη συμφορὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς ὀρφανοῖς ὡσαύτως. Καὶ τούτων τὸν αἴτιον πῶς οὐ χρὴ κακῶς δρᾶν δυναμένους γε, ἀμυνομένους μὲν ὧν ὑπῆρξε, τιμωροῦντας δὲ τοῖς ἀποθανοῦσιν, οἰκτείροντας δὲ τοὺς ἀποστερηθέντας; οὐ γὰρ μόνον τοσοῦτον ἀγαθόν ἐστιν, ὅτι τῶν παροιχομένων ληψόμεθα δίκην, ἀλλ' ὅτι παράδειγμα τοῦτο δείξαντες ἀποδιδάξομεν τοὺς ἄλλους μὴ νομίζειν εὕρημα τὴν ἡμετέραν διαφορὰν μηδὲ μεθ' ἡμῶν ἐπιβουλεύειν ἡμῖν. Ἐὰν δὲ τοῦτο γένηται, πολλὰς ἐλπίδας ἔχω μηδὲ στασιάσειν ἡμᾶς, ὅταν ἐπίκουροι μηδαμόθεν ἴωσι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν.

4. Οὕτω μὲν οὖν ἀγαθόν ἐστιν ἡμῖν ἐθελοντὰς ὁμολογῆσαι συμπολεμεῖν τοῖς παρακαλοῦσιν· ὡς δ' ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐκ τῶν ἐπιλοίπων χρὴ σκοπεῖν. Ἀρχέλαος γὰρ οὔτ' ἐπὶ Πελοποννησίους ἦλθε μετὰ Ἀθηναίων, οὔτε διὰ τῆς χώρας ἰέναι βουλομένους ἔπαυσεν, οὔτε χρήματα παρέσχεν ἐπὶ τούτους, οὐδὲ ἔστι πρόφασις τῆς ἔχθρας πλὴν ὅτι οὐκ ἤθελε συμπολεμεῖν αὐτοῖς πρὸς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἡσυχίαν ἦγεν. Ἐπειδὴ τοίνυν τοῖς Πελοποννησίοις ἱκανὴ πρόφασίς ἐστι πολεμίους νομίζειν τοὺς μὴ συμπολεμήσαντας αὐτοῖς, εὐλαβηθῶμεν ὅπως μὴ διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν ἡμῖν πολεμήσωσιν, εἰ παρακαλούμενοι μὴ βουλησόμεθα συμπολεμεῖν μετὰ Πελοποννησίων· οὐ γὰρ ἠδικεῖτο ὑπὸ Ἀθηναίων οὐδέν. Ἡμῖν δὲ δὴ τίς λόγος ὑπολείπεται; πότερον ὡς οὐκ ἀδικούμεθα; διδάξομεν αὐτοὺς ταὐτὰ δρᾶν ἅπερ ἐκεῖνος· οὐ γὰρ ἄδικον, εἴπερ ὁ τάδε δράσας οὐκ ἀδικεῖ. Ἀλλ' ἀδικεῖσθαι μὲν φήσομεν, ἀμύνεσθαι δ' οὐ βουλησόμεθα; πολλὴν ἄρα δειλίαν ποιήσομεν τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς καλῶς δρᾶν. Ἀλλὰ βούλεσθαι μέν, δύνασθαι δ' οὔ; τίς οὖν οὐ καταφρονήσει τῆς δυνάμεως ἡμῶν, εἰ τοὺς Ἕλληνάς γε ἔχοντες ἐπικούρους οὐδὲ οὕτω δυνησόμεθα τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι, καὶ τὸ μέγιστον, εἰ δευτέραν αἰτίαν σχήσομεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, πρότερον μὲν ὅτι τὸν [πρότερον] Μηδικὸν οὐ συνεπολεμήσαμεν, δεύτερον δὲ τὸν νῦν ἐπαγγελλόμενον. Καίτοι πρὸς ἐκεῖνον μὲν ἱκανὴν πρόφασιν εἴχομεν· πρὸ ἡμῶν μὲν γὰρ ἠθέλομεν αὐτοῖς συνδιακινδυνεύειν· οὕτω γὰρ ἐπὶ πάσης ἐγίνετο μᾶλλον, ἢ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολιπόντας περὶ τῆς ἐκείνων διαμάχεσθαι· νῦν δὲ
177 τί φήσομεν; αὐτοὶ γὰρ ἥκουσιν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας ἐθέλοντες κινδυνεύειν. Ἔτι δὲ πῶς οὐ δει-

stis, quum tale sui specimen omnibus ederet, quale nemo quantumvis durus et inhumanus absque lacrimis posset exponere. Quod enim de gravissimis malis defuit? non et pueri et mulieres et senes parentes, illi patres, aliæ viros, aliæ liberos, vel in suis manibus vel inter hostes mori viderunt? nonne conspexistis ædium subversiones atque opes raptas? et, quod erat omnium gravissimum, hæc sæpe fiebant ab eo qui sacrorum eorundem atque ejusdem tribus esset particeps, quem juvare secundum leges, non contra leges decebat perdere? Quo tempore ætas senibus pariter ac orbatis calamitati et malo erat. Atque horum auctorem quis nobis affligendum quum possimus neget, tum juvandos mortuos, tum orbatis misericordiam tribuendam? Neque enim hoc tantum erit commodi, quod rerum præteritarum pœnas expetemus, sed etiam reliquos hoc exemplo docebimus, ne dissensionem nostram in lucro ponant neque nobiscum nobis insidientur. Id porro si contingat, nunquam seditione nos laboraturos confido, si nusquam insidiantibus adjutores occurrant.

4. Atque his quidem de causis commodum est cum iis qui adhortantur bellum voluntario capessere: quam sit autem necessarium ex sequentibus cognoscite. Etenim Archelaus nec Peloponnesios cum Atheniensibus invasit, nec per suam ire regionem vetuit, neque pecuniam contra illos suppeditavit, neque ullam dedit inimicitiæ causam, nisi quod cum illis Athenienses oppugnare noluit, verum quietem sectatus est. Quare si satis est causæ Peloponnesiis, quum hostes judicant eos qui noluerunt una bellum gerere, cavendum est ne nobis eadem de causa bellum inferant, si vocati una pugnare noluerimus: etenim nullam ab Atheniensibus injuriam acceperat. Nobis vero quænam est reliqua ratio? An quia læsi non sumus? Docebimus eos eadem, quæ ille, facere: si enim qui id fecit injuste non egit, nulla omnino est injustitia. An vero læsos esse fatebimur, ulcisci nos velle negabimus? Admodum igitur ignavos reddemus eos qui nobis benefacere cogitant. An denique velle, sed non posse dicemus? Quis ergo nostras vires non contemnet, si ne Græcorum quidem auxilio poterimus hostes ulcisci, et, quod est maximum, secundam apud Græcos culpam subibimus, qui nec in primo bello Persico, nec in hoc quod nunc indicitur, socios nos præbeamus? Quanquam in illo non deerat nobis excusatio: pro nobis enim volebamus una cum illis periclitari; atque hoc honestius ducebamus, quam si nostra relicta de illorum regione depugnaremus. Nunc autem quid dicemus? siquidem ipsi pro nobis ac nostris adsunt periclitaturi. Præterea nonne indignum, si soli

νὸν εἰ μόνοι τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν Ἑλληνίδα συμμαχίαν οὐ συναριθμησόμεθα; Τοῦτο δ' ὅσον ἐστίν, αὐτὸς οὗτος δεδήλωκεν· ἐπιθυμῶν γὰρ καὶ χρήματα βουλόμενος τοῖς Ἕλλησιν δοῦναι ὅπως γένοιτο σύμμαχος, οὐκ ἐδυνήθη διαπράξασθαι. Καὶ τοῦτο σχεδόν ἐστι δυοῖν σημεῖον, καὶ ὅτι ἀγαθόν ἐστι καὶ ὅτι χαλεπόν. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ἐὰν ταῦτά τις ἀντιλέγῃ, τοσαῦτά μοι λελέχθω.

5. Ἤδη δὲ λόγον ἤκουσα λεγόμενον, ὅς μοι σημεῖόν ἐστιν ἱκανὸν ὅτι βέλτιστά ἐστιν ἃ ἐγὼ λέγω τοῖς ἐναντιωσομένοις. Εἴπερ ὁ λόγος ἐκεῖνος ἰσχυρότατός ἐστιν, οὐκ ἄξιόν ἐστιν ἔτι φοβηθῆναι. Λέγουσι γὰρ ὡς κρείσσων Ἀρχέλαός ἐστι, καὶ τοιοῦτος ὢν πρόσοικος μᾶλλον ἢ Πελοποννήσιοι· τοῦτον μὲν γὰρ εἰ βουλοίμεθα, δυναίμεθ' ἂν ἀμύνεσθαι, Πελοποννησίους δ' οὐκ ἄν· οὐκοῦν κρεῖσσον στασιάζειν πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς μᾶλλον ἢ δουλεύειν ἑτέροις. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἀνάγκην ἑώρων οὖσαν ἡμῖν ἑλέσθαι δυοῖν θάτερον, ἐβουλευσάμην ἂν ὁπότερον χρή μ' ἑλέσθαι· τὴν δ' ἡσυχίαν εὑρίσκω πρὸς Πελοποννησίους οὖσαν. Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἀντιτιθέντων τὰ πράγματα τοῖς πράγμασιν. Οὐ γὰρ ὅμοια πρὸς ὅμοια συντιθέασι, πρῶτον μὲν ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ τούτων σαφῶς ἐπιστάμεθα, τὰ δ' ὑπ' ἐκείνων ὑπονοοῦμεν. Τὰ μὲν γὰρ ἐπάθομεν, τὰ δ' οὐκ ἐπιστάμεθα εἰ πεισόμεθα. Πῶς οὖν ἴσον ἐστὶ τοῖς μὲν ἤδη γεγενημένοις μὴ θυμοῦσθαι, τὰ δ' εἰκαζόμενα φοβεῖσθαι μᾶλλον; ἐκ ποίων δὲ χρὴ παραδειγμάτων ὀρρωδεῖν αὐτά; πότερον οὐχ ὁρῶμεν τοὺς πλησιαιτάτους ἡμῖν προσοικοῦντας τῶν Ἑλλήνων Φωκέας ἐλευθέρους ὄντας, προσεχομένους δὲ Βοιωτοὺς οὔτε φόρον φέροντας ἐκείνοις, οὔτε ἄρχοντα οὐδένα Λακεδαιμονίων αὐτόθι, ἔτι δὲ διὰ πλείονος Κορινθίους αὐτονόμους ὄντας καὶ τῶν ἑαυτῶν κρατοῦντας, Ἀχαιοὺς δὲ πρὸς τούτοις οὔτε πλείονας ὄντας ἡμῶν οὔτε κατὰ πλείους οἰκοῦντας, Ἠλείους δὲ καὶ Τεγεάτας καὶ τοὺς ἄλλους Ἀρκάδας, ἀστυγείτονας ὄντας; Ἔνθ' οὐδεὶς εὕρηκέ πω Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα, ὥσπερ οὐδ' ἐνθάδε Μακεδόνα· πολιτείας δὲ πανταχοῦ καὶ νόμους ἐπιστάμεθα κειμένους, καὶ τὰ κοινὰ κοινῇ καρπουμένους.

6. Ἴσως ἄν τις εἴποι, ἀλλ' ὀλιγαρχίαν ἁπανταχοῦ καθιστᾶσι. Τοιαύτην γε οἵαν ἡμεῖς εὐχόμενοι πολὺν χρόνον καὶ ποθοῦντες, ὀλίγον χρόνον ἰδόντες, ἀφῃρέθημεν· εἰ δὴ προσήκει ὀλιγαρχίας λέγειν ἐκείνας πρὸς τὰς ἐνθάδε. Ποῦ γὰρ οὕτω μικρὰ πόλις ἐν ᾗ τὸ τρίτον μέρος οὐ μετέχει τῶν πραγμάτων αὐτόθι; ὅτῳ δὲ μήτε ὅπλα μήτε ἄλλη δύναμίς ἐστι τὰ κοινὰ πράσσειν, οὐχ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀλλ' ὑπὸ τῆς τύχης ἀπεστερήθη τῶν πραγμάτων. Ἀπεστέρηται δὲ τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἂν παράδειγμα θῆται. Παρὰ δὲ ταῦτα, παρ' ὑμᾶς ἐστίν. Οἶμαι μὲν γὰρ ἡμᾶς οὐδ' ἂν εὐχομένους ἄλλως εὔξασθαι πολιτεύεσθαι, παραδείγματα μὲν τοιαῦτα παρεχομένους ὀρρωδεῖν οὐκ εἰκὸς αὐτούς, ἃ μὴ γενέσθαι δεινόν ἐστι μᾶλλον ἢ γενέσθαι. Καὶ Λακεδαιμονίους μὲν οὐκέτι πέφυκεν ἡμῖν ἐπιτίθεσθαι· πόρρω γὰρ οἰκοῦ-

Græcorum in societate Græca non censebimur? Id vero quantum sit, hic ostendit ipse: nam quum pecunia cuperet Græcorum societatem emere, non potuit obtinere. Quod quidem et commodam rem esse et difficilem simul demonstrat. Ac de his quidem, si quis ea contra proferat, hæc dicta sint.

5. Sed alium audio sermonem, qui ea quæ contra dico optima esse perspicue ostendit. Etenim si adversariorum ratio foret firmissima, deponendus jam esset metus. Aiunt enim præstare Archelaum, quamvis talem, accolam Peloponnesiis: nam hunc facile si velimus repellamus, Peloponnesios non item: quare seditione præstat inter nos conflictari quam aliis servire. At ego si necessario viderem eligendum alterutrum, utrum potius esset deliberarem: verum quietem nobis cum Peloponnesiis intercedere video. Miror præterea istorum contentionem qui dissimilia inter se comparent. Paria enim cum paribus neutiquam comparant, primum quidem quia horum facta cognoscimus aperte, illorum suspicione complectimur. Si quidem illa sensimus, hæc an sensuri simus ignoramus. Non igitur æquum est ob res gestas non indignari, quas autem assequimur conjectura magis timere. Quibus vero exemplis metum hunc concipiamus? Non videmus proximos nobis Græcos Phocenses esse liberos, propinquos Bœotos nec tributo nec magistratu ullo Laconico premi, remotiores etiam Corinthios sui juris esse suisque frui, Achivos præterea qui nos nec multitudine nec oppidis superant, nec non Eleos, Tegeatas et Arcadas reliquos eodem se habere modo? sic, ut nullus ibi regnarit adhuc Laco, sicut nec hic Macedo. Jam respublicas ubique constitutas et leges positas novimus, ac rerum communium usum esse communem.

6. Sed eos forte quis paucorum imperium ubique dicet instituere. Tale profecto, quale nos quum diu optassemus ac desiderassemus, brevi sumus constituto spoliati: si quidem comparanda sunt illa paucorum cum istis imperia. Ubi enim tam parvam urbem reperias, in qua non tertia pars præsit rebus? cui autem neque armorum gerendorum neque reliquæ reipublicæ administrandæ facultas est, is non tam per Lacedæmonios quam per fortunam privatus est imperio. Privatus quidem est, donec documentum ediderit. Omnia vero ista penes vos sunt. Nam reipublicæ quidem formam vix aliam, arbitror, possimus exoptare; exemplis autem propositis ea non debemus timere, quæ non contingere sit quam contingere gravius. Lacedæmonii porro

σιν ἀφ' ἡμῶν, ἀπαράσκευοί τ' εἰσὶ πρὸς τὴν χώραν. Ὧ γὰρ ἡμεῖς ἰσχύομεν μάλιστα, οὐχ ὀλίγον διαφέρουσι, πλησίοι εἶναι αὐτῷ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ εἰκότως ἐπιβουλεύουσιν· ἐὰν δ' ἐγχειρῶσιν, οὐ λήσουσιν· ἐὰν δὲ προγινώσκωμεν, οὐχ ἀμελήσομεν αὐτῶν. Ὥστε οὐδαμῇ καλῶς αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι σχήσει.

7. Εἰ δὲ καὶ τόνδε τις τὸν λόγον λέξει, ὡς Ἀρχέλαος παῖδας ἔχει καὶ διὰ τοὺς παῖδας οὐχ οἷόντε συμπολεμεῖν, πρῶτον μὲν ἄξιον θαυμάσαι τοῦτον, ὅστις περὶ μὲν δέκα παίδων λέξειε, περὶ δὲ τῶν ἁπάντων οὐ λέγει οὐδὲ περὶ τῆς πόλεως, καὶ τὸ μὲν τῶν παίδων (l. πάντων s. πολλῶν) συμφέρον ἀποστερεῖ, περὶ δὲ τῶν ὀλίγων καθίστησιν. Εἰ μὲν οὖν ἀναγκαῖον ἦν παθεῖν τι τοὺς παῖδας, οὐ θαυμαστὸν ἦν λέξαι· νῦν δὲ δῆλόν ἐστιν
178 ὅτι κρατοῦντες ἐκείνου καὶ τῶν παίδων ἅμα κρατήσομεν, ὥστε ἀφελόντες τῶν ἐκείνου κακῶν ῥᾳδίως ἀπολαβεῖν τοὺς παῖδας.

8. Ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λόγος ἀμύνεσθαι μὲν τὸν ἀδικοῦντα κελεύει, τιμωρεῖν δὲ τοῖς ἀποθανοῦσι, χαρίζεσθαι δὲ τοῖς παρήκουσι (l. προσήκουσι), δέχεσθαι δὲ τὴν τύχην, συμμάχους τε τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, πολεμίους δὲ τοῖς βαρβάροις, καὶ πιστεύειν μὲν τοῖς ὠφελοῦσιν, ὀρρωδεῖν δὲ τοὺς μὴ τοιούτους, ἐχθροὺς δὲ νομίζειν τοὺς ἀδικοῦντας, φίλους δὲ τοὺς ἐπαμύνοντας, πρὸς τούτοις τε τὰ γιγνωσκόμενα τῶν εἰκαζομένων κυριώτερα ἡγεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν οὑμὸς λόγος· τοῖς δὲ ἐναντιουμένοις εἰς τοῦτο ἥξουσι τόλμης τἀναντία δεῖ δύνασθαι τὸν λόγον, ἀνέχεσθαι μὲν ἀδικουμένους, ὠφελεῖν δὲ τοὺς ἀδικοῦντας, φεύγειν δὲ τοὺς βουλομένους ὠφελεῖν, ἀπιστεῖν δὲ τοῖς φίλοις, πιστεύειν δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ὀρρωδεῖν δὲ τὰ πόρρω, τὰ δὲ πλησίον ὑπερορᾶν, ἔπειτα τοῖς Ἕλλησι μὴ γίνεσθαι συμμάχους, τοῖς δὲ βαρβάροις, καὶ πρὸς τούτῳ τοῖς ἐχθροτάτοις, ἔτι δὲ ἀτιμωρήτους μὲν τεθνάναι τοὺς ἀποθανόντας, ἀτίμους δὲ τοὺς προσήκοντας εἶναι, καὶ μήτε πολιτείαν εἶναι μήτε νόμον μήτε δίκας. Τοιαῦτα ἀνάγκη τὸν λόγον τὸν τῶν ἀντιλεξόντων δύνασθαι· ταῦτα γάρ ἐστιν ἐναντία τούτοις οἷς ἐγὼ λέγω. Πειθόμενοι οὖν ἐκείνοις τούτων οὐχ ἁμαρτήσεσθε· δεξάμενοι δὲ τὴν συμμαχίαν καὶ προθυμηθέντες, ὧν ἐπάθομέν τε δίκην ληψόμεθα καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πεισόμεθα τοιαῦτα.

non facile nos invaserint: sunt enim longe a nobis remoti, nec nimis ad eam rem instructi. Nam propinquitas, qua nos valemus plurimum, non parvum apud illos discrimen facit. Quare primum non temere nos aggredientur: sin facient, non latebunt; si præsciemus, non negligemus. Quo fit, ut nulla ratione nos commode queant invadere.

7. Quod si quis hoc etiam dixerit, pueros (*Thebanos*) habere (*obsides*) Archelaum ac propter eos non esse bellandum, admirari primum eum libeat, qui decem puerorum mentionem faciat, omnium atque civitatis ipsius obliviscatur; et quum multorum utilitatem negligat, paucorum rationem habeat. Jam si necessario pueris aliquid esset exspectandum, nullam hæc verba admirationem moverent: nunc illo devicto, pueros quoque in nostra potestate fore manifestum est, adeo ut eos malis ab illo timendis liberatos facile recuperaturi simus.

8. Ac mea quidem oratio jubet injuriarum auctorem ulcisci, mortuos juvare, necessariis gratificari, fortunam accipere, Græcis amicos, barbaris hostes esse, juvantibus confidere, alios metuere, lædentes pro hostibus, juvantes pro amicis habere, denique res cognitas suspicionibus certiores ducere. Atque hæc quidem mea vult oratio: qui autem ea erunt audacia contrariam ut instituant, eorum oratio contraria necesse est jubeat; damnum ultro accipere, lædentes juvare, prodesse volentes fugere, amicis diffidere, fidere hostibus, longinqua metuere, propinqua contemnere, non cum Græcis, sed cum barbaris, iisque inimicissimis, inire societatem, inultos mortuos, inhonestos necessarios relinquere, rempublicam, leges juraque abolere. Atque hæc oportet adversariorum velle orationem: quandoquidem hæc iis quæ ego dico sunt contraria. Quamobrem, si illis parebitis, hæc vobis non deerunt: sin societatem arripiemus, et pœnas rerum perpessarum expetemus nec in posterum similia perferemus.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΑΙΑΣ.

181 Ἐβουλόμην ἂν τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν δικάζειν οἵπερ καὶ ἐν τοῖς πράγμασι παρῆσαν· οἶδα γὰρ ὅτι ἐμὲ μὲν ἔδει σιωπᾶν, τούτῳ δ' οὐδὲν ἂν ἦν πλέον λέγοντι· νῦν δὲ οἱ μὲν παραγενόμενοι αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἄπεισιν, ὑμεῖς δὲ οἱ οὐδὲν εἰδότες δικάζετε. Καίτοι ποία τις ἂν δίκη δικαστῶν μὴ εἰδότων γένοιτο, καὶ ταῦτα διὰ λόγων; τὸ δὲ πρᾶγμα ἐγίνετο ἔργῳ. Τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ Ἀχιλλέως ἐκόμισα ἐγὼ φέρων, τὰ δὲ ὅπλα ὅδε, ἐπιστάμενος ὅτι οὐ τῶν ὅπλων μᾶλλον ἐπεθύμουν οἱ Τρῶες ἀλλ' ἢ τοῦ νεκροῦ κρατῆσαι. Τοῦ μὲν γὰρ εἰ ἐκράτησαν, ᾐκίσαντό τε ἂν τὸ σῶμα καὶ τὰ λύτρα τοῦ

ANTISTHENIS AJAX.

Vellem equidem nobis eosdem dari judices, qui rebus gestis etiam interfuerunt; tum enim profecto nec me quicquam esset opus loqui, nec huic verba prodessent: nunc autem qui rebus interfuerunt non adsunt, vos autem, qui notitiam rei nullam habetis, judices estis. Quale vero sit judicum ignarorum judicium, præsertim verbis peragendum, quum res facto constiterit? Atque ego quidem Achillis cadaver sustuli, hic autem arma, quum Trojanos non tam armorum quam corporis potiundi desiderio teneri sciret. Hoc enim si cepissent, et contumeliis ipsum affecissent et

Ἕκτορος ἐκομίσαντο· τὰ δὲ ὅπλα τάδε οὐκ ἂν ἀνέθεσαν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ἀπέκρυψαν, δεδιότες τόνδε τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὃς καὶ πρότερον ἱεροσυλήσας αὐτῶν τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ νύκτωρ ὥσπερ τι καλὸν ἐργασάμενος ἐπεδείκνυτο τοῖς Ἀχαιοῖς. Κἀγὼ μὲν ἀξιῶ λαβεῖν ἵν' ἀποδῶ τὰ ὅπλα τοῖς φίλοις, οὗτος δὲ ἵν' ἀποδῶται, ἐπεὶ χρῆσθαί γε αὐτοῖς οὐκ ἂν τολμήσειε· δειλὸς γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐπισήμοις ὅπλοις χρήσαιτο, εἰδὼς ὅτι τὴν δειλίαν αὐτοῦ ἐκφαίνει τὰ ὅπλα.

2. Σχεδὸν μὲν οὖν ἐστὶν ἅπαντα ὅμοια. Οἵ τε γὰρ διαθέντες τὸν ἀγῶνα βασιλεῖς ἱκανοὶ ὄντες περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπέτρεψαν ἄλλοις, οἵ τε οὐδὲν εἰδότες δικάσειν ὑπισχνεῖσθε περὶ ὧν οὐκ ἴστε. Ἐγὼ δὲ ἐπίσταμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς ἂν βασιλεὺς ἱκανὸς ὢν περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπιτρέψειεν ἄλλοις μᾶλλον ἤπερ ἀγαθὸς ἰατρὸς διαγνῶναι νοσήματα ἄλλῳ παρείη.

3. Καὶ εἰ μὲν ἦν μοι πρὸς ἄνδρα ὁμοιότροπον, οὐδ' ἂν ἡττᾶσθαί μοι διέφερε· νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὃ διαφέρει πλέον ἐμοῦ καὶ τοῦδε. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν δράσειε φανερῶς, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἂν λάθρᾳ τολμήσαιμι πρᾶξαι. Κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν ἀνασχοίμην κακῶς ἀκούων, οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχων, ὁ δὲ κἂν κρεμάμενος, εἴ γε κερδαίνειν τι μέλλοι, ὅστις γε μαστιγοῦν παρεῖχε τοῖς δούλοις καὶ τύπτειν ξύλοις τὰ νῶτα καὶ πυγμαῖς τὸ πρόσωπον, κἄπειτα περιβαλόμενος ῥάκη, τῆς νυκτὸς εἰς τὸ τεῖχος εἰσδὺς τῶν πολεμίων, ἱεροσυλήσας ἀπῆλθε. Καὶ ταῦτα ὁμολογήσει ποιεῖν, ἴσως δὲ καὶ πείσει λέγων ὡς καλῶς πέπρακται. Ἔπειτα τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων ὅδε ὁ μαστιγίας καὶ ἱερόσυλος ἀξιοῖ κρατῆσαι;

4. Ἐγὼ μὲν οὖν ὑμῖν λέγω τοῖς οὐδὲν εἰδόσι κριταῖς καὶ δικασταῖς, μὴ εἰς τοὺς λόγους σκοπεῖν περὶ ἀρετῆς κρίνοντας, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα μᾶλλον. Καὶ γὰρ ὁ πόλεμος οὐ λόγῳ κρίνεται ἀλλ' ἔργῳ· οὐδ' ἀντιλέγειν
182 ἔξεστι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ἢ μαχομένους κρατεῖν ἢ δουλεύειν σιωπῇ. Πρὸς ταῦτα ἀθρεῖτε, καὶ σκοπεῖτε ὡς, εἰ μὴ δικάσετε καλῶς, γνώσεσθε ὅτι οὐδεμίαν ἔχει λόγος πρὸς ἔργον ἰσχὺν, οὐδ' ἔστιν ὑμᾶς ὅ τι λέγων ἀνὴρ ὠφελήσει, εἴσεσθε δὲ ἀκριβῶς ὅτι δι' ἀπορίαν ἔργων πολλοὶ καὶ μακροὶ λόγοι λέγονται. Ἀλλ' ἢ λέγετε ὅτι οὐ ξυνίετε τὰ λεγόμενα, καὶ ἀνίστασθε, ἢ δικάζετε ὀρθῶς. Καὶ ταῦτα μὴ κρύβδην φέρετε, ἀλλὰ φανερῶς, ἵνα γνῶτε ὅτι καὶ αὐτοῖς τοῖς δικάζουσι δοτέα δίκη ἐστὶν, ἂν μὴ δικάσωσιν ὀρθῶς. Κἄπειτ' ἴσως γνώσεσθε ὅτι οὐ κριταὶ τῶν λεγομένων ἀλλὰ δοξασταὶ κάθησθε. Ἐγὼ δὲ διαγινώσκειν μὲν ὑμῖν περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἐπιτρέπω, διαδοξάζειν δὲ ἅπασιν ἀπαγορεύω, καὶ ταῦτα περὶ ἀνδρὸς ὃς οὐχ ἑκὼν ἀλλ' ἄκων ἀφῖκται εἰς Τροίαν, καὶ περὶ ἐμοῦ ὃς πρῶτος ἀεὶ καὶ μόνος καὶ ἄνευ τείχους τέταγμαι.

Hectoris pretium recuperassent: arma vero non diis obtulissent potius quam hujus viri probi metu abscondissent, qui etiam nuper deæ statuam nocte per sacrilegium furatus, Græcis quasi præclarum quiddam effecisset, ostentabat. Et ego quidem, ut amicis arma reddam, ea postulo; hic autem ut vendat, quandoquidem uti non auderet: haud enim gnavior insignibus utatur armis, quum per ea suam prodi sciat ignaviam.

2. Atque omnia fere sunt similia. Nam qui certamen instituerunt reges quum possent de virtute judicare, aliis hoc negotium commiserunt, et vos omnium ignari, de iis vos quæ non intelligitis judicaturos recipitis. Ego vero hoc scio, regem nullum, qui de virtute judicare possit, id aliis commissurum, non magis quam peritus medicus ad alium morborum judicium deferret.

3. Quod si mihi cum simili viro res esset, ne vinci quidem puderet: nunc inter me et hunc discrimen est maximum. Etenim hic nihil aperte faciet, ego nihil occulte. Ego male audire nolim, ut nec male affici; hic vel suspendi se patiatur, modo sit lucri spes aliqua: qui tergum flagris servorum et fustibus, pugnis faciem exposuit, atque ita pannis involutus, nocte in hostium urbem ad committendum sacrilegium irrepsit. Neque hæc se negabit fecisse, verum etiam recte facta, credo, persuadebit. Ac sacrilegus hic et mastigia sibi Achillis arma postulat?

4. Equidem vos jubeo judices imperitos non verba potius quam facta spectare, quandoquidem de virtute judicatis. Nam et bellum factis non verbis geritur; neque cum hostibus disputare licet, sed vel vincendum est vel silentio serviendum. Hæc vos animadvertite et considerate: si enim non recte judicaveritis, nihil ad facta valere verba, nec dicendo quenquam vobis prodesse posse, manifestum fiet; simul et hoc intelligetis, per factorum inopiam multos haberi longosque sermones. Quocirca vel non intelligere vos quæ dicantur fatemini et surgite, vel recte judicate. Idque non occulte, sed palam, ut ipsos quoque judices manere pœnam, si secus judicarint, sciatis. Hoc deinde cognoscetis, non judices vos dictorum, sed arbitros sedere. Ut enim judicare vobis de me rebusque meis permitto, ita arbitrari nemini, præsertim inter eum qui non ultro sed invitus ad Trojam venit, et me qui semper primus ac solus et absque mœnibus in acie consisto.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

182 Οὐ πρὸς σέ μοι μόνον ὁ λόγος, δι' ὃν ἀνέστην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας· πλείω γὰρ ἀγαθὰ πεποίηκα τὸ στρατόπεδον ἐγὼ ἢ ὑμεῖς ἅπαντες. Καὶ ταῦτα καὶ ζῶντος ἂν ἔλεγον Ἀχιλλέως, καὶ νῦν τεθνεῶτος λέγω πρὸς ὑμᾶς. Ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἄλλην μάχην μεμάχησθε, ἣν οὐχὶ καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν· ἐμοὶ δὲ τῶν ἰδίων κινδύνων οὐδεὶς ὑμῶν οὐδὲν ξύνοιδε. Καίτοι ἐν μὲν ταῖς κοιναῖς μάχαις, οὐδὲ εἰ καλῶς ἀγωνίζοισθε, πλέον ἐγίγνετο οὐδέν· ἐν δὲ τοῖς ἐμοῖς κινδύνοις, οὓς ἐγὼ μόνος ἐκινδύνευον, εἰ μὲν κατορθώσαιμι, ἅπαντα ὑμῖν ἐπετελεῖτο ὧν ἕνεκα δεῦρο ἀφίγμεθα, εἰ δὲ σφαλείην, ἐμοῦ ἂν ἑνὸς ἀνδρὸς ἐστέρησθε. Οὐ γὰρ ἵνα μαχοίμεθα τοῖς Τρωσὶ δεῦρο ἀφίγμεθα, ἀλλ' ἵνα τήν τε Ἑλένην ἀπολάβοιμεν καὶ τὴν Τροίαν ἕλοιμεν. Ταῦτα δ' ἐν τοῖς ἐμοῖς κινδύνοις ἐνῆν ἅπαντα. Ὅπου γὰρ ἦν κεχρημένον ἀνάλωτον εἶναι τὴν Τροίαν, εἰ μὴ πρότερον τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ λάβοιμεν τὸ κλαπὲν παρ' ἡμῶν, τίς ἐστιν ὁ κομίσας δεῦρο τὸ ἄγαλμα ἄλλος ἢ ἐγώ; ὃν σύ γε ἱεροσυλίας κρίνεις. Σύ γε οὐδὲν οἶσθα, ὅστις τὸν ἄνδρα τὸν ἀνασώσαντα τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ, ἀλλ' οὐ τὸν ὑφελόμενον παρ' ἡμῶν Ἀλέξανδρον, ἀποκαλεῖς ἱερόσυλον. Καὶ τὴν Τροίαν μὲν ἁλῶναι ἅπαντες εὔχεσθε, ἐμὲ δὲ τὸν ἐξευρόντα ὅπως ἔσται τοῦτο ἀποκαλεῖς ἱερόσυλον; καίτοι εἴπερ καλόν γε ἦν ἑλεῖν τὸ Ἴλιον, καλὸν καὶ τὸ εὑρεῖν τὸ τούτου αἴτιον. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι χάριν ἔχουσι, σὺ δὲ καὶ ὀνειδίζεις ἐμοί· ὑπὸ γὰρ ἀμαθίας ὧν εὖ πέπονθας οὐδὲν οἶσθα. Κἀγὼ μὲν οὐκ ὀνειδίζω σοι τὴν ἀμαθίαν· ἄκων γὰρ αὐτὸ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πεπόνθατε ἅπαντες· ἀλλ' ὅτι διὰ τὰ ὀνείδη τὰ ἐμὰ σωζόμενος οὐχ οἷός τε εἶ πείθεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσαπειλεῖς ὡς κακὸν δράσων τι τούσδε, ἐὰν ἐμοὶ τὰ ὅπλα ψηφίσωνται. Καὶ πολλάκις γε ἀπειλήσεις καὶ πολλά, πρὶν καὶ σμικρόν τι ἐργάσασθαι· ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῶν εἰκότων τι χρὴ τεκμαίρεσθαι, ὑπὸ τῆς κακῆς ὀργῆς οἴομαί σε κακόν τι σαυτὸν ἐργάσασθαι.

2. Καὶ ἐμοὶ μέν, ὅτι τοὺς πολεμίους κακῶς ἐποίησα, δειλίαν ὀνειδίζεις· σὺ δὲ ὅτι φανερῶς ἐμόχθεις καὶ μάτην ἠλίθιος ἦσθα, μετὰ πάντων τοῦτο δράσας, οἴει βελτίων εἶναι. Ἔπειτα περὶ ἀρετῆς πρὸς ἐμὲ λέγεις· ὃς πρῶτον μὲν οὐκ οἶσθα οὐδ' ὅπως ἔδει μάχεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος τάχ' ἄν ποτε ἀποκτενεῖς σεαυτόν, κακῷ περιπεσών τῳ. Οὐκ οἶσθα ὅτι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν οὔθ' ὑπ' αὐτοῦ χρὴ οὔθ' ὑφ' ἑτέρου οὔθ' ὑπὸ τῶν πολεμίων κακὸν οὐδ' ὁτιοῦν πάσχειν; σὺ δὲ ὥσπερ οἱ παῖδες χαίρεις ὅτι σέ φασιν οἵδε ἀνδρεῖον εἶναι· ἐγὼ δὲ δειλότατόν γε ἁπάντων καὶ δε-
183 διότα τὸν θάνατον μάλιστα, ὅστις γε πρῶτον ὅπλα ἔχεις ἄρρηκτα καὶ ἄτρωτα, δι' ἅπερ σέ φασιν οὐ τρωτὸν εἶναι. Καίτοι τί ἂν δράσαις εἴ τις σοὶ τῶν πολεμίων τοιαῦτα ὅπλα ἔχων προσέλθοι; ἦ που καλόν τι καὶ

ANTISTHENIS ULYSSES.

Non mihi tecum solum, propter quem surrexi, sed cum aliis etiam omnibus res est: nam plus ego commodi quam vos omnes exercitui attuli. Atque hoc et vivente dixissem Achille, et mortuo nunc ad vos dico. Vos enim nullum obiistis prælium, cujus ego particeps non fuerim: at in meis privatis periculis nemo vestrûm partem habet. Jam in communibus pugnis ne victoria quidem permultum proderat: in meis vero discriminibus, quæ solus subibam, sive feliciter me gererem, omnia vobis quorum causa huc venimus, contingebant, sive secus, uno me fuissetis orbati. Neque enim ad manus cum Trojanis conserendas huc appulimus, verum ad Helenam recuperandam et capiendam Trojam. Hæc porro meis in discriminibus erant omnia posita. Posteaquam enim non potuit per oraculum Troja capi, priusquam deæ statuam nacti essemus, quis eam huc præter me deduxit? quem tu quidem sacrilegii insimulas. Imperitus es profecto, qui eum a quo est restituta statua, non Alexandrum qui nobis eam surripuit, sacrilegum voces. Quumque omnes Trojæ excidium optaveritis, me, qui ejus efficiendi rationem invenerim, appelles sacrilegum? Atqui si pulchrum erat Trojam capere, ejus quoque rei viam invenire pulchrum erat. Quumque alii gratias agant, tu a probris abstinere non potes: nam per imperitiam beneficia non agnoscis. Quanquam non imperitiæ te insimulo; quoniam illa tum tibi tum aliis omnibus contingit invitis: sed quod meis probris servari te non confiteris, verum insuper minaris, quasi hos, si mihi arma adjudicarint, male sis accepturus. Ac sæpe multumque minaberis, antequam ad rem venias: quinetiam si quid est indulgendum conjecturæ, existimo te in teipsum præ rabie aliquid male consulturum.

2. Et mihi quidem quod hostes læsi, ignaviam exprobras, te autem putas, quoniam palam luctabaris et cum reliquis frustra te fatigabas, fortiorem esse. Deinde mecum de virtute disputas, qui primum ne hoc quidem quomodo pugnandum sit scias, verum instar efferatæ suis ira raptus etiam teipsum aliquando per cladem aliquam occideris. An ignoras virum fortem nec a se nec ab alio nec ab inimicis lædi debere? Tu vero quasi puer, quoniam hi fortem te dicunt, gaudes: at ego te ignavissimum et mortis metuentem maxime dixero, qui primum arma habeas quæ nec frangi nec vulnerari possint, quorum te ope tradunt invulneratum semper esse. Quid autem feceris, si quis hostium cum similibus armis te aggrediatur? An hoc insigne et mi-

θαυμαστὸν ἂν εἴη, εἰ μηδέτερος ὑμῶν μηδὲν δρᾶσαι δύναιτο. Ἔπειτα οἴει τι διαφέρειν τοιαῦτα ὅπλα ἔχειν ἢ ἐντὸς τείχους καθῆσθαι; καὶ σοὶ μόνῳ δὴ τεῖχος οὐκ ἔστιν, ὡς σὺ φῄς· μόνος μὲν οὖν σύ γε ἑπταβόειον περιέρχῃ τεῖχος προβαλλόμενος ἑαυτοῦ· ἐγὼ δὲ ἄοπλος οὐ πρὸς τὰ τείχη τῶν πολεμίων ἀλλ' εἰς αὐτὰ εἰσέρχομαι τὰ τείχη, καὶ τῶν πολεμίων τοὺς προφύλακας ἐγρηγορότας αὐτοῖς ὅπλοις αἱρῶ, καὶ εἰμὶ στρατηγὸς καὶ φύλαξ καὶ σοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ οἶδα τά τ' ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν τοῖς πολεμίοις, οὐχὶ πέμπων κατασκεψόμενον ἄλλον, ἀλλ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν σκοποῦσιν ὅπως σώσουσι τοὺς ναύτας, οὕτω δὲ καὶ ἔγωγε καὶ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας σώζω. Οὐδ' ἔστιν ὅντινα κίνδυνον ἔφυγον αἰσχρὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ μέλλοιμι τοὺς πολεμίους κακόν τι δράσειν· οὐδ' εἰ μὲν ὄψεσθαί μέ τινες ἔμελλον, γλιχόμενος ἂν τοῦ δοκεῖν ἐτόλμων· ἀλλ' εἴτε δοῦλος εἴτε πτωχὸς καὶ μαστιγίας ὢν μέλλοιμι τοὺς πολεμίους κακόν τι δράσειν, ἐπεχείρουν ἂν, καὶ εἰ μηδεὶς ὁρῴη. Οὐ γὰρ δοκεῖν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ δρᾶν ἀεὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ φιλεῖ τι. Οὐδὲ ὅπλα ἔστι μοι τεταγμένα, ἐν οἷς προκαλοῦμαι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι, ἀλλ' ὅντινα ἐθέλει τις τρόπον, καὶ πρὸς ἕνα καὶ πρὸς πολλοὺς ἕτοιμός εἰμ' ἀεί. Οὐδ' ἡνίκα κάμνω μαχόμενος, ὥσπερ σὺ, τὰ ὅπλα ἑτέροις παραδίδωμι, ἀλλ' ὁπότ' ἂν ἀναπαύωνται οἱ πολέμιοι, τότε αὐτοῖς τῆς νυκτὸς ἐπιτίθεμαι, ἔχων τοιαῦτα ὅπλα ἃ ἐκείνους βλάψει μάλιστα. Καὶ οὔτε νὺξ πώποτέ με ἀφείλετο, ὥσπερ σὲ πολλάκις μαχόμενον ἄσμενον πέπαυκεν· ἀλλ' ἡνίκα ἂν ῥέγχῃς σὺ, τηνικαῦτα ἐγὼ σώζω σε, καὶ τοὺς πολεμίους ἀεὶ κακόν τι ποιῶ, ἔχων τὰ δουλοπρεπῆ ταῦτα ὅπλα καὶ τὰ ῥάκη καὶ τὰς μάστιγας, δι' ἃς σὺ ἀσφαλῶς καθεύδεις.

3. Σὺ δ' ὅτι φέρων ἐκόμισας τὸν νεκρὸν, ἀνδρεῖος οἴει εἶναι; ὃν εἰ μὴ ἠδύνω φέρειν, δύο ἄνδρες ἂν ἐφερέτην. Κἄπειτα κἀκεῖνοι περὶ ἀρετῆς πως ἂν ἡμῖν ἠμφισβήτουν, κἀμοὶ μὲν ὁ αὐτὸς ἂν πρὸς αὐτοὺς ἦν λόγος· σὺ δὲ τί ἂν ἔλεγες ἀμφισβητῶν πρὸς αὐτούς; ἢ δυοῖν μὲν οὐκ ἂν φροντίσαις, ἑνὸς δ' ἂν αἰσχύνοιο ὁμολογῶν δειλότερος εἶναι; οὐκ οἶσθ' ὅτι οὐ τοῦ νεκροῦ τοῖς Τρωσὶν ἀλλὰ τῶν ὅπλων ἔμελεν ὅπως λάβοιεν; τὸν μὲν γὰρ ἀποδώσειν ἔμελλον, τὰ δὲ ὅπλα ἀναθήσειν εἰς τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς. Τοὺς γὰρ νεκροὺς οὐ τοῖς οὐκ ἀναιρουμένοις αἰσχρόν, ἀλλὰ τοῖς μὴ ἀποδιδοῦσι θάπτειν. Σὺ μὲν οὖν τὰ ἕτοιμα ἐκόμισας, ἐγὼ δὲ τὰ ὀνειδιζόμενα ἀφειλόμην ἐκείνους.

4. Φθόνον δὲ καὶ ἀμαθίαν νοσεῖς, κακὼ ἐναντιωτάτω αὐτοῖς· καὶ ὁ μέν σε ἐπιθυμεῖν ποιεῖ τῶν καλῶν, ἡ δὲ ἀποτρέπει. Ἀνθρώπινον μὲν οὖν τι πέπονθας· διότι γὰρ ἰσχυρὸς εἶ, οἴει καὶ ἀνδρεῖος εἶναι, καὶ οὐκ οἶσθα ὅτι σοφίᾳ περὶ πόλεμον καὶ ἀνδρείᾳ οὐ ταὐτόν ἐστιν ἰσχῦσαι, ἀμαθία δὲ κακὸν μέγιστον τοῖς ἔχουσιν. Οἶμαι δὲ, ἄν ποτέ τις ἄρα σοφὸς ποιητὴς περὶ ἀρετῆς γένηται, ἐμὲ μὲν ποιήσει πολύτλαν τε καὶ πολύμητιν καὶ

randum foret, si neuter vestrûm quicquam posset efficere? Et aliquid interesse putas, arma hæc habeas, an intra mœnia consistas? Nam solum te mœnibus carere prædicas; atqui solus cum septemplici muro obambulas : at inermis ego hostium mœnia non aggredior sed ingredior, et hostiles custodes vigilantes una cum armis capio, ac dux et custos tui sum reliquorumque omnium, nec minus hostium res quam nostras compertas habeo, non per speculatores, sed per meipsum; et quemadmodum gubernatores vectorum saluti noctes diesque dant operam, similiter ego te atque alios omnes conservo. Neque discrimen ullum propter turpitudinem fugio, dum hostibus nocere possim; nec si me quidam conspecturi sint, gloriæ causa quicquam aggrediar : sed si vel servi vel mendici vel mastigiæ personam induens hostes possim lædere, id vel nemine vidente conor. Nam non videri prælium, sed facere aliquid noctes diesque gestit. Neque certa mihi sunt arma, quibus hostes ad pugnam provoco, verum quocumque quis velit modo, sive cum uno sive cum pluribus semper paratus sum depugnare. Neque etiam quum prælium me fatigat, aliis arma, quemadmodum tu, trado; verum quando quiescunt hostes, tum in eos nocte cum talibus armis impetum facio, quæ illos lædant plurimum. Nec unquam nox me impedivit quæ non raro tibi quietem a pugnando optatam attulit : sed quum tu stertis, tum ego te tueor, et aliquam semper hostibus cladem concilio, cum servilibus his armis pannisque et flagris, quorum tu auxilio secure dormis.

3. An vero, quoniam cadaver sustulisti, fortem te ducis? quod si non tu solus, duo certe viri deferre potuissent. Tum illi quoque de virtute fortassis nobiscum contendissent, ac mihi quidem fuisset idem ad illos dicendum : tu vero quid in contentione protulisses? An duobus ignaviorem te fateri possis, uno non ausis? An ignoras Trojanos non cadaver sed arma capere studuisse; nam ut illud reddituri, ita hæc diis erant in templo dedicaturi. Etenim cadavera non tam est turpe non sepelire, quam sepelienda non reddere. Quare tu quod erat facile sustulisti, ego quæ probris erant obnoxia intercepi.

4. Laboras autem invidia simul et imperitia, quæ sunt maxime contraria mala : quumque illa te ad res præclaras excitet, hæc deterret. Quapropter humanum tibi quiddam accidit : quum robustus sis et fortem te existimas, sed non eandem habere vim in bello sapientiam atque fortitudinem non animadvertis; imperitia vero malum est maximum. Ac si quis unquam poeta qui de virtute judicare sapiat extiterit, is me, ni fallor, patientem, prudentem, industrium,

πολυμήχανον καὶ πτολίπορθον καὶ μόνον τὴν Τροίαν ἑλόντα, σὲ δὲ, ὡς ἐγῷμαι, τὴν φύσιν ἀπεικάζων τοῖς τε νωθέσιν ὄνοις καὶ βουσὶ ταῖς φορβάσιν ἄλλοις παρέχουσι δεσμεύειν καὶ ζευγνύναι αὐτούς.

ΑΛΚΙΔΑΜΑΝΤΟΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ

ΚΑΤΑ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥΣ ΠΡΟΔΟΣΙΑΣ.

184 Πολλάκις ἤδη ἐνεθυμήθην καὶ ἐθαύμασα, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τὰς γνώμας τῶν λεγόντων, τί ποτε ἄρα βουλόμενοι ῥᾳδίως δεῦρο παριόντες συμβουλεύουσιν ὑμῖν, ἀφ' ὧν ὠφέλεια μὲν οὐδεμία ἐστὶ τῷ κοινῷ, λοιδορίαι δὲ πλεῖσται γίνονται ἐν ἀλλήλοις, εἰκῇ τε λόγους ἀναλίσκουσιν ἀκαίρους περὶ ὧν ἂν τύχωσι. Λέγουσι δὲ τὴν αὑτῶν δόξαν ἕκαστος βουλόμενοί τι λαβεῖν· οἱ δὲ καὶ μισθὸν πραττόμενοι συναγορεύουσι παρ' ὁποτέρων ἂν νομίζωσι πλεῖον λήψεσθαι. Καὶ εἰ μέν τις ἐν τῷ στρατοπέδῳ πλημμελεῖ ἢ βλάπτει τὸ κοινὸν χρήματα ἑαυτῷ ποριζόμενος, τούτων μὲν μηδένα τὸν φροντίζοντα εἶναι· εἰ δέ τις ἡμῶν αἰχμάλωτον ἀγαγὼν ἐκ τῶν πολεμίων ἢ γέρας εἴληφε πλέον ἕτερος ἑτέρου, τούτων ἕνεκα μεγάλας διαφορὰς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔχομεν διὰ τὰς τούτων σπουδάς. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν καὶ δίκαιον μήτε ἔχθρας ἰδίας φροντίζειν, μήτε ἰδίᾳ φιλεταιρίᾳ χρησάμενον ἕνεκα ἀνδρὸς ἑνὸς χρήματα περὶ πλείονος ποιήσασθαι, καὶ μὴ ὅ τι ἂν μέλλῃ τῷ πλήθει συνοίσειν. Οὐ μὲν δὴ ἀλλὰ παραλιπὼν τοὺς ἀρχαίους πόνους τε καὶ λόγους, πειράσομαι Παλαμήδη τόνδε ἐν ὑμῖν δικαίως εἰς κρίσιν καταστῆσαι. Ἔστι δὲ τὸ πρᾶγμα, ὡς ἂν εἰδῆτε, προδοσία· ἐφ' ᾗ δεκαπλασία τῶν ἄλλων ζημία ἐστὶν ἐπικειμένη. Καίτοι, ὡς ὑμεῖς ἴστε πάντες, ἐμοὶ καὶ τούτῳ οὐδεμία πώποτ' ἔχθρα οὐδ' ἔρις ἐνεγένετο περὶ οὐδενὸς πράγματος, καὶ μὴν οὐδ' ἐν παλαίστρᾳ οὐδ' ἐν συμποσίῳ, ἔνθα φιλεῖ ἔριδας πλείστας καὶ λοιδορίας γίνεσθαι. Ὁ δὲ ἀνήρ ἐστι φιλόσοφός τε καὶ δεινὸς, οὗ μέλλω κατηγορεῖν· ὥστε εἰκότως τὸν νοῦν προσέχειν ὑμᾶς καὶ μὴ ἀμελῆσαι περὶ τῶν νυνὶ λεγομένων.

2. Σχεδὸν μὲν γὰρ ἴστε καὶ αὐτοὶ ἐν οἵῳ κινδύνῳ ἐγενόμεθα, ὅτε ἡμῶν οἱ μὲν εἰς τὰς ναῦς καταπεφευγότες ἦσαν, οἱ δὲ εἰς τὰς τάφρους ἐνέπιπτον, εἴς τε τὰς σκηνὰς οἱ πολέμιοι, πᾶσά τε ἀπορία ἦν ποῖ ποτε προβήσοιτο ἡ τοῦ μέλλοντος κακοῦ τελευτή. Ἔχει δὲ ὧδε ὑμῖν. Ἐτυγχάνομεν πλησίον τῶν πυλῶν ἐν τῷ αὐτῷ συντασσόμενοι ἐγώ τε καὶ Διομήδης, πλησίον δ' ἦν Παλαμήδης καὶ Πολυποίτης. Συνιόντων δὲ ἡμῶν ὁμόσε τοῖς ἀνδράσιν, ἐκδραμὼν τοξότης ἐκ τῶν πολεμίων ἐστοχάσατο τούτου, ἁμαρτὼν δὲ αὐτοῦ βάλλει ἐγγὺς ἐμοῦ, οὗτός τε λόγχην ἀφίησιν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐκεῖνος ἀνελόμενος ᾤχετο εἰς τὸ στρατόπεδον. Ἐγὼ δὲ ἀνελὼν τὸν οἰστὸν δίδωμι Εὐρυβάτῃ δοῦναι Τεύκρῳ, ἵνα χρῷτο. Ἀνοχῆς δὲ γενομένης ἀπὸ τῆς μάχης ὀλίγον χρόνον, δείκνυσί μοι τὸν οἰστὸν ὑπὸ τοῖς πτεροῖς

urbium expugnatorem, ac solum Trojam cepisse dixerit, te vero comparaverit cum segnibus asinis et vaccis gregalibus, quæ animalia hominibus se præbent vincienda et jugo submittenda.

ALCIDAMANTIS ULYSSES

CONTRA PALAMEDEM PRODITIONIS.

Sæpenumero consilium eorum sum demiratus, Græci, qui temere vobis e suggestu suadent ea, quæ nec utilitatem publicam efficiunt ullam, et contumelias fere gignunt utrinque plurimas; et quum ineptos de re qualibet sermones habent, tum suam quisque sententiam lucri causa proferunt, atque iis adeo, a quibus plurimum se sperant accepturos, patrocinantur nonnulli. Jam si quis in exercitu quid peccet vel commune sibi studens lædat, id neminem *videmus* curare: sin aliquis nostrûm vel hostem captivum habet vel præmium accepit majus, eorum studio magnas inter nos contentiones excitamus. Ego vero probum et justum virum censeo nec privatas respicere inimicitias, nec unius amici studio pluris opes quam populare commodum facturum. Sed ego, priscis laboribus atque sermonibus relictis, Palamedem hunc vestro judicio conabor juste proponere. Est autem crimen, ut sciatis, proditionis: quod quidem decies gravior quam alia manet mulcta. Præterea quod nostis omnes, nulla mihi cum hoc unquam nec inimicitia nec lis de ulla re incidit, nec in palæstra nec in convivio, quamvis ibi plurimæ contentiones et contumeliæ soleant exsistere. Ipse vero, quem accusabo, prudens est et versutus: sic ut merito vobis attendendum sit nec quæ dicuntur negligenda.

2. Etenim nec ipsi ignoratis quo fuerimus in discrimine, quum alii nostrûm ad naves confugerant, alii in fossas decidebant, et castra hostes invaserant, ac magnopere futurus eventus esset incertus. Quum autem nos ad portas eodem in loco, Diomedes et ego, consisteremus in acie, nec procul Palamedes et Polypœtes distarent, sagittarius quidam ex hostibus excurrens, dum hunc petit, ad me aberrat; tum hic hastam in illum emittit, qua ille sublata redit in castra. At ego sagittam tollens Eurybati do ad Teucrum perferendam, ut utatur. Postquam vero pugna nonnihil interquievit, ostendit mihi literas sub alis teli latentes. Hic ego stupe-

γράμματα ἔχοντα. Ἐκπλαγεὶς δὲ ἐγὼ τῷ πράγματι, προσκαλεσάμενος Σθένελόν τε καὶ Διομήδην ἐδείκνυον αὐτοῖς τὰ ἐνόντα. Ἡ δὲ γραφὴ ἐδήλου τάδε « Ἀλέξανδρος Παλαμήδει. Ὅσα συνέθου Τηλέφῳ, πάντα σοι ἔσται, ὅ τε πατὴρ Κασσάνδραν γυναῖκα δίδωσί σοι, καθάπερ ἐπέστειλας· ἀλλὰ τὰ ἀπὸ σοῦ πραττέσθω διὰ τάχους. » Ἐνεγέγραπτο μὲν ταῦτα· καί μοι προσελθόντες μαρτυρήσατε οἱ λαβόντες τὸ τόξευμα.

factus, advocatis Diomedi atque Sthenelo, quid contineatur, ostendo. Erant autem hæc perscripta : **Alexander Palamedi S. De quibus cum Telepho egisti, concedentur omnia, et pater tibi Cassandram, ut scripseras, despondet; tu tua celeriter perage.** Atque hæc quidem erant scripta : cujus vos rei, qui telum accepistis, testes advoco.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

TESTES.

3. Ἐπέδειξα ἂν καὶ αὐτὸ τὸ τόξευμα ὑμῖν, ὡς ἀλη-
185θὲς ἦν· νῦν δὲ ἐν τῷ θορύβῳ ἔλαθεν αὐτὸ Τεῦκρος ἀποτοξεύσας. Δεῖ δέ με καὶ τὰ λοιπὰ διελθεῖν ὡς ἔχει, μηδ' εἰκῇ οὕτως ἄνδρα σύμμαχον περὶ θανάτου κρίνειν, αἰσχίστην αἰτίαν προστιθέντα, καὶ ταῦτα πρότερον ἐν ὑμῖν εὐδοκιμηκότα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ πρὶν ἐμβαλεῖν δεῦρο πολὺν χρόνον ἐν ταὐτῷ ἐγενόμεθα, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν εἶδεν ἔχοντα τοῦτον σημεῖον ἐν τῇ ἀσπίδι· ἐπειδὴ δὲ κατεπλεύσαμεν δεῦρο, τρίαιναν ἐπεγράψατο. Τίνος ἕνεκα; ἵνα δῆλος εἴη τῷ ἐπιγράμματι, ὅ τε ἀντιτεταγμένος τοῦτον τοξεύοι διὰ τὸ σύνθημα, οὗτός τε εἰ; ἐκεῖνον ἐσακοντίζοι. Τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ καὶ ἐκ τούτων εἰκότως τὴν ἄφεσιν τῆς λόγχης. Φημὶ γὰρ καὶ ἐν ἐκείνῃ γράμματα εἶναι, πηνίκα τε καὶ πότε προδώσει· πιστὰ γὰρ ἦν οὕτω παρ' ἀλλήλων τὰ πεμπόμενα, οὗτός τε ἐκείνοις καὶ ἐκεῖνοι τούτῳ πέμποντες διὰ τοιούτου εἴδους καὶ μὴ δι' ἀγγέλων. Ἔτι δὲ καὶ τόδε σκεψώμεθα. Ψήφισμα ἡμῖν ἐγένετο, ὃς ἂν βέλος τι λάβῃ ἐκ τῶν πολεμίων, ἀποφέρειν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας, διὰ τὸ σπανίοις αὐτοῖς χρῆσθαι ἡμᾶς· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πειθαρχοῦσι τοῖς ἐψηφισμένοις, αὐτὸς δὲ βέλη ἀνελόμενος πέντε (τοξεύειν) φανερός ἐστιν οὐδὲ ἓν πρὸς ὑμᾶς ἐνηνοχώς, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ἄν μοι δοκεῖ θανάτῳ ζημιωθῆναι. Ἆρά γε ἐνθυμεῖσθε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὅτι ταῦτα τοῦ σοφιστοῦ τῆς διανοίας καὶ τοῦ φρονήματος αὐτοῦ, ὃς τυγχάνει φιλοσοφῶν ἐφ' οἷς ἥκιστα ἐχρῆν αὐτὸν ταῦτα πράττειν; Τοῦ τε τὰ πράγματα τὰ παρεστηκότα γενέσθαι καὶ τὴν στρατείαν πᾶσαν ἐπιδείξω αἴτιον γεγονότα ἡμῖν τόν τε πατέρα αὐτοῦ καὶ τοῦτον αὐτόν. Ἀνάγκη δὲ διὰ μακροτέρων λόγων ῥηθῆναι τὰ γενόμενα.

3. Quinetiam telum vobis ipsum ostendissem, nisi id in tumultu per incuriam Teucer emisisset. Sed reliqua mihi quoque exponenda sunt, ne inique videamur capitale crimen turpissimum commilitoni imponere, præsertim qui vobis hactenus carus fuerit. Nam priusquam huc appelleremus, diu una fuimus, quum illum nemo signum in clypeo viderat gerentem : postquam vero fuimus huc delati, tridentem inscripsit. Cur? nisi ut hæc eum inscriptio manifestum redderet, sive hunc hostis peteret, sive hic in illum jacularetur. Quid quod hinc etiam jure de hasta emissa conjecturam facio. Nam in illa quoque perscriptum dixerim, quando nos esset proditurus : sic enim hic illis et illi huic vicissim, quæ volebant, hoc modo sine nunciis indicabant. Nunc etiam hoc perpendite. Decreto cautum inter nos erat, ut, si quis telum ab hostibus accepisset, ad principes deferret, quandoquidem nos raris illis utimur : atque alii quidem huic parent mandato; verum hic, quum tela quinque sustulisset, ne unum quidem ad vos detulit. Adeo ut vel hac de causa merito mihi capite plectendus videatur. Non hæc ex callida mente versutoque ejus consilio, Græci, prodire, quæ ipsum deceant minime, cogitatis? Quin imo hunc rerum qui nunc est statum totamque expeditionem huic atque hujus parenti acceptum docebo referendum, nisi quod pluribus verbis est opus.

4. Τούτῳ πατήρ ἐστι πένης, ὄνομα Ναύπλιος, τέχνην ἔχων ἁλιείαν. Οὗτος πλείστους τῶν Ἑλλήνων ἠφάνικε, χρήματά τε πολλὰ ἐκ τῶν νεῶν ὑφήρηται, κακά τε πλεῖστα τοὺς ναυτίλους εἴργασται, πανουργίας τε οὐδεμιᾶς λείπεται· γνώσεσθε δὲ προϊόντος τοῦ λόγου, τὰς ἀληθείας ἀκούσαντες τῶν γενομένων. Ἄλεῳ γὰρ τῷ Τεγέας βασιλεῖ ἀφικομένῳ εἰς Δελφοὺς ἐχρήσθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅτι αὐτῷ ἔκγονος ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰ γένοιτο, ὑπὸ τούτου δεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπολέσθαι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἄλεως διὰ τάχους ἀφικνεῖται οἴκαδε, καὶ καθίστησι τὴν θυγατέρα ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, εἰπών, εἴ ποτε ἀνδρὶ συγγενήσεται, θανατώσειν

4. Pater huic pauper est, Nauplius nomine, arte piscator. Is Græcorum plurimos de medio sustulit, opes multas e navibus abstulit, plurimis injuriis nautas affecit, omnique est versutia plenus : id quod in progressu sermonis, veritate rerum gestarum cognita, intelligetis. Aleo Tegeæ regi, quum Delphos venisset, prædixit deus, quicumque ex ejus filia nasceretur nepos, ab eo liberos ipsius interemptum iri. Hoc audito confestim domum reversus, Aleus Minervæ sacerdotem facit filiam, et mortem, si unquam cum viro rem

αὐτήν. Τύχης δὲ γενομένης ἀφικνεῖται Ἡρακλῆς στρατευόμενος ἐπ' Αὐγέαν εἰς Ἦλιν, καὶ αὐτὸν ξενίζει ὁ Ἄλεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο. Ἐπεὶ δὲ κύουσαν αὐτὴν ᾔσθετο ὁ πατὴρ Ἄλεως, μεταπέμπεται τὸν τούτου πατέρα, πυθόμενος πορθμέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ δεινόν. Ἀφικομένου δὲ τοῦ Ναυπλίου δίδωσιν αὐτῷ τὴν παῖδα καταποντίσαι. Ὁ δὲ παραλαβὼν ἦγεν αὐτήν· καὶ ὡς γίνονται ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει, τίκτει Τήλεφον. Ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστειλεν, ἄγων αὐτὴν ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον ἐς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Τεύθρας ἄπαις ὢν τὴν μὲν Αὔγην γυναῖκα ποιεῖται, τὸν δὲ παῖδα αὐτῆς ἐπονομάσας Τήλεφον τίθεται υἱὸν ἑαυτοῦ, δίδωσί τε Πριάμῳ αὐτὸν εἰς τὸ ὀλίγον παιδεῦσαι. Χρόνου δὲ προϊόντος Ἀλέξανδρος ἐπεθύμησεν εἰς τὴν Ἑλλάδ' ἀφικέσθαι, τό τε ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς θεωρῆσαι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ τὸ κάλλος τῆς Ἑλένης ἀκούων δηλονότι, καὶ τὴν τοῦ Τηλέφου γέννησιν ἀκηκοώς, ὁπόθεν τε εἴη καὶ τίνα τρόπον καὶ ὑπὸ τίνος ἐπράθη. Ὥστε Ἀλέξανδρος οὕτω τὴν ἀποδημίαν ἐποιεῖτο διὰ προφάσεως τοιαύτης εἰς τὴν Ἑλλάδα. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ οἱ Μόλου παῖδες ἀφικνοῦνται ἐκ Κρήτης, δεόμενοι Μενελάου αὐτούς τε διαλλάξαι καὶ διελεῖν τὴν κτῆσιν αὐτοῖς, ὅτι εἴη ὁ πατὴρ τετελευτηκὼς αὐτοί τε στασιάζοιεν περὶ τῶν πατρῴων χρημάτων. Εἶεν· τί οὖν γίνεται; πλεῖν αὐτῷ 186 ἔδοξε, καὶ ἐπιστείλας τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιμελεῖσθαι τῶν ξένων, ἵνα μηδενὸς ἔσοιντο ἐνδεεῖς, ἕως ἂν αὐτὸς ἔλθῃ ἐκ Κρήτης, ὁ μὲν ᾤχετο· Ἀλέξανδρος δὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ἐξαπατήσας, καὶ λαβὼν ἐκ τῶν οἴκων ὅσα πλεῖστα ἐδύνατο, ἀποπλέων ᾤχετο, οὐκ αἰδεσθεὶς οὔτε Δία ξένιον οὔτε θεῶν οὐδένα, ἄνομα καὶ βάρβαρα ἔργα διαπραξάμενος, ἄπιστα πᾶσι καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις ἀκοῦσαι. Ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ πάλιν εἰς Ἀσίαν, ἄγοντος τὰ χρήματα καὶ τὴν γυναῖκα, ἔστιν ὅπου ἀντελάβου τινὸς ἢ βοῇ ἐσήμηνας τοῖς περιοίκοις ἢ βοήθειαν συνέλεξας; οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ἀλλὰ περιεῖδες Ἕλληνας ὑπὸ βαρβάρων ὑβρισθέντας. Ἐπεὶ δ' ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες τὴν ἁρπαγὴν καὶ Μενέλεως ᾔσθετο, ἤγειρε τὴν στρατιὰν καὶ διέπεμπεν ἡμῶν ἄλλον ἄλλοσε εἰς τὰς πόλεις αἰτήσοντας στρατόν. Καὶ δὴ καὶ τοῦτον ἔπεμψεν εἰς Χίον πρὸς Οἰνοπίωνα καὶ εἰς Κύπρον πρὸς Κινύραν. Ὁ δὲ Κινύραν τε ἔπεισε μὴ συστρατεύειν ἡμῖν, δῶρά τε πολλὰ παρ' αὐτοῦ λαβὼν ἀποπλέων ᾤχετο· καὶ Ἀγαμέμνονι μὲν ἀποδίδωσι χαλκοῦν θώρακα, ὅστις οὐδενὸς ἄξιος ἦν, τὰ δὲ ἄλλα αὐτὸς εἶχε χρήματα. Ἀπηγγέλλετο δὲ ὅτι ἑκατὸν ναῦς ἀποπέμψει ὁ Κινύρας, ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ οὐδεμίαν παρ' αὐτοῦ ἥκουσαν. Ὥστε καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ἄν μοι δοκεῖ θανάτῳ ζημιωθῆναι, εἰ ἄρα γε κολάσασθαι ἄξιόν ἐστι τὸν σοφιστήν, ὃς ἐπὶ τοῖς φίλοις τὰ αἴσχιστα μηχανώμενος πέφανται.

5. Ἄξιον δὲ καταμαθεῖν ἃ καὶ φιλοσοφεῖν ἐπικεχείρηκεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους καὶ παραπείθων, φάσκων

habeat, interminatur. Quum autem Hercules Elim ad Augeam in prœlium forte contenderet, ab Aleo in æde Minervæ hospitio excipitur : et puella conspecta, per ebrietatem cum ea miscetur. Atque ut eam Aleus gravidam rescivit, hujus patrem arcessit, quem portitorem et callidum esse cognoverat; eique filiam submergendam tradit. Hic dum eam abducit, illa Telephum in monte Parthenio parit : et ab ipso deinde, neglectis Alei mandatis, una cum infante Teuthranti Mysiæ regi venditur. Is quum prole careret, Augen sibi uxorem jungit, et filium Telephum appellatum adoptat, atque apud Priamum *re bellica* (εἰς πόλεμον) instituendum collocat. Post accidit, ut Alexander in Græciam proficisci vellet, tum Delphici templi spectandi causa, tum quia Helenæ pulchritudinem, ac Telephi ortum et venditionem, inaudierat. Quare quum Alexander hac de causa solveret in Græciam, interea Moli liberi ad Menelaum e Creta veniunt, et ut ipsorum dividat hereditatem, qui patre mortuo de bonis inter se concertarent, ab eo petunt. Quid ergo fit? Navigandum ille censet, et uxori fratribusque hospitum cura, donec ex Creta redeat, data, discedit : at Alexander, uxore decepta, surreptisque quæcumque poterat auferre, nec hospitalem Jovem nec deorum quenquam reveritus, aufugit, quum ea per iniquitatem et barbariem gessisset, quæ nunquam sunt posteri credituri. Jam quum in Asiam ille cum opibus et muliere rediret, num quem alicubi apprehendisti? num voce signum cuiquam dedisti? num auxilium collegisti? Nihil potes horum dicere, verum a barbaris Græcos contumeliis affici passus es. Postquam vero raptum Græci cognoverant ac rescierat Menelaus, copias conscribebat et nostrûm singulos ad singulas civitates militum causa dimittebat. Hunc autem in Chium ad Œnopionem et in Cyprum ad Cinyram legavit. Ipse vero tum Cinyram ne militaret nobiscum persuasit, tum plurimis donis ab eo acceptis Agamemnoni thoracem æneum, qui nullius erat pretii, dedit, sibi servavit reliqua. Quumque centum naves missurum Cinyram nuntiavit, ex iis nullam videtis adesse. Quare vel hac de causa merito mihi capite plectendus videatur, siquidem par est puniri eum, quem turpissima quæque in amicos commentum constet.

5. Quinetiam ea, quæ per fraudem ac dolum confingere conatus est, operæ pretium sit cognoscere : ait enim se

τάξεις ἐξευρηκέναι πολεμικάς, γράμματα, ἀριθμούς, μέτρα, σταθμούς, πεττούς, κύβους, μουσικήν, νόμισμα, πυρσούς. Καὶ οὐδὲ αἰσχύνεται ὅταν αὐτίκα ἐλέγχηται φανερῶς ἐν ὑμῖν ψευδόμενος. Νέστωρ γὰρ ὅδε πρεσβύτερος ἡμῶν ἁπάντων, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Πειρίθου γάμοις μετὰ Λαπιθῶν ἐμαχέσατο Κενταύροις ἐν φάλαγγι καὶ ἐν τάξει· Μενεσθεὺς δὲ πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις καὶ λόχους καὶ φάλαγγας συστῆσαι, ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστράτευσε Θρᾷκας ἄγων, ὥστ' οὐ Παλαμήδους τὸ ἐξεύρημά ἐστιν, ἀλλ' ἄλλων πρότερον. Γράμματα μὲν δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε, παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ τὰ ἐπιγράμματα,

Μουσάων πρόπολον τῇδ' Ὀρφέα Θρῆκες ἔθηκαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει,
Οἰάγρου φίλον υἱόν, ὃς Ἡρακλῆ ἐξεδίδαξεν,
εὑρὼν ἀνθρώποις γράμματα καὶ σοφίην.

Μουσικὴν δὲ Λίνος ὁ Καλλιόπης, ὃν Ἡρακλῆς φονεύει, ἀριθμούς γε μὴν Μουσαῖος ὁ τῶν Εὐμολπιδῶν, Ἀθηναῖος, ὡς καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ δηλοῖ,

ὄρθιον ἑξαμερὲς τετόρων καὶ εἴκοσι μέτρων. —
ὡς δεκάτην γενεὴν ἑκατὸν βιοτεύειν ἄνδρας.

Νομίσματα δὲ οἱ Φοίνικες ἐξεῦρον, λογιώτατοι καὶ δεινότατοι ὄντες τῶν βαρβάρων; ἐξ ὁλοσφύρου γὰρ ἴσον μερισμὸν διείλοντο, πρῶτοί τε χαρακτῆρα ἔβαλον εἰς τὸν σταθμὸν τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον. Παρ' ὧν οὗτος ἑλὼν σοφίζεται τὸν ῥυθμόν. Ὥστε αὐτοῦ ταῦτα πάντα πρεσβύτερα φαίνεται, ὧν οὗτος προσποιεῖται εὑρετὴς εἶναι. Μέτρα δὲ καὶ σταθμὰ ἐξεῦρε, καπήλοις καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις ἀπάτας καὶ ἐπιορκίας, πεττούς γε μὴν τοῖς ἀργοῖς τῶν ἀνδρῶν ἔριδας καὶ λοιδορίας. Καὶ κύβους αὖ μέγιστον κακὸν κατέδειξε, τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νενικηκόσι καταγέλωτα καὶ ὄνειδος· τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν κύβων γενόμενα ἀνόνητα γίνεται, τὰ δὲ πλεῖστα καταναλίσκεται παρα-
87 χρῆμα. Πυρσοὺς αὖ ἐσοφίσατο, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ κακῷ, ἃ διενοεῖτο ποιεῖν, χρήσιμα δὲ τοῖς πολεμίοις. Ἀρετὴ δέ ἐστιν ἀνδρὸς τοῖς ἡγεμόσι προσέχειν καὶ τὸ προσταττόμενον ποιεῖν καὶ τῷ πλήθει ἀρέσκειν παντί, αὐτόν τε παρέχειν ἄνδρα πανταχοῦ ἀγαθόν, τούς τε φίλους εὖ ποιοῦντα καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς. Ὧν τἀναντία πάντων οὗτος ἐπίσταται, τοὺς μὲν ἐχθροὺς ὠφελεῖν, τοὺς δὲ φίλους κακῶς ποιεῖν.

6. Ἀξιῶ δ' ὑμᾶς ἔγωγε κοινῇ σκεψαμένους βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ καὶ μὴ ἀφεῖναι αὐτὸν ὑποχείριον λαβόντας. Εἰ δὲ κατελεήσαντες αὐτὸν διὰ τὴν δεινότητα τῶν λόγων ἀφήσετε, θαυμαστὴ παρανομία γενήσεται ἐν τῷ στρατεύματι· εἰδὼς γὰρ αὐτῶν ἕκαστος ὅτι Παλαμήδης περιφανῶς τοσαῦτα ἡμαρτηκὼς οὐδεμίαν δίκην ἔδωκε, καὶ αὐτοὶ πειράσονται ἀδικεῖν. Ὥστε ἐὰν νοῦν ἔχητε, ψηφιεῖσθε τὰ βέλτισθ' ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ τῶν λοιπῶν οὕνεκεν παράδειγμα ποιήσεσθε τοῦτον τιμωρησάμενοι.

militares acies, literas, numeros, mensuras, pondera, calculos, cubos, musicam, monetam facesque reperisse; nec eum, dum e vestigio mendacii coram vobis prolati convincitur, pudet. Etenim Nestor, qui nos omnes ætate superat, in Pirithoi nuptiis ipse quoque phalange et acie instructa cum Lapithis contra Centauros depugnavit: ac Menestheus dicitur primus aciem composuisse, turmasque et phalanges instituisse, quando Neptuni filius Eumolpus Athenienses cum Thracibus adoriebatur; quocirca non Palamedis hoc, sed aliorum antiquiorum est inventum. At literas primus Orpheus ex Musarum dono protulit, quemadmodum etiam in illius sepulcro posita testantur carmina,

Musarum hic famulum posuerunt Orphea Thraces,
Ignea quem poterant perdere tela Jovis,
Œagri caram prolem, Alcidæque magistrum,
Litera cui quondam multa reperta fuit.

Musicam vero Linus, Calliopes filius, quem occidit Hercules, invenit: ut numeros Musæus Atheniensis Eumolpi filius, quod etiam declarant ejus poemata,

Rectum, sextuplex, mensurarumque quater sex. —
Sic decimam ætatem centenorum esse virorum.

At monetam nonne repererunt Phœnices, quum essent inter barbaros ingeniosissimi? Nam de solido partes fecerunt æquales, ac primi notam pro ratione ponderis incusserunt. Quorum hic inventa sibi tribuit. Quo fit ut ea, quorum hic originem sibi asserit, ipso antiquiora deprehendantur omnia. Mensuras enim atque pondera forensibus hominibus et institoribus ad fraudes et perjuria reperit, nec non otiosis calculos ad contentionem et contumeliam. Cubos quoque malum maximum monstravit, victis dolorem et mulctam, victoribus irrisionem et probum: neque enim prosunt cuborum lucra, et pleraque confestim absumuntur. Faces denique excogitavit, sed quibus ad nostrum damnum hostiumque commodum uteretur. Enimvero viri boni est imperatores attendere, exsequi jussa, placere omnibus, ubique probum se præbere et amicis bene et hostibus male faciendo; contra quæ hic omnia facit, et tum hostes juvat, tum amicis nocet.

6. Ac vos ego de hoc homine communiter deliberare cupio, neque eum in vestram redactum potestatem dimittere. Sin ei propter dicendi vehementiam tribuetis misericordiam, maxima in exercitu orietur iniquitas; etenim quum intellexerint ne Palamedem quidem, qui tantum flagitium aperte commiserat, pœnas dedisse ullas, ipsi quoque peccare volent. Quare, si sapietis, quæ sint vobis ipsis optima statuetis, et in hujus supplicio reliquis exemplum proponetis.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥΣ ΓΡΑΠΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΓΡΑΦΟΝΤΩΝ Η ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

Ἐπειδή τινες τῶν καλουμένων σοφιστῶν ἱστορίας μὲν καὶ παιδείας ἠμελήκασι, καὶ τοῦ δύνασθαι λέγειν ὁμοίως τοῖς ἰδιώταις ἀπείρως ἔχουσι, γράφειν δὲ μεμελετηκότες λόγους καὶ διὰ βιβλίων δεικνύντες τὴν αὑτῶν σοφίαν σεμνύνονται καὶ μέγα φρονοῦσι καὶ πολλοστὸν μέρος τῆς ῥητορικῆς κεκτημένοι δυνάμεως τῆς ὅλης τέχνης ἀμφισβητοῦσι, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπιχειρήσω κατηγορίαν ποιήσασθαι τῶν γραπτῶν λόγων, οὐχ ὡς ἀλλοτρίαν ἐμαυτοῦ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἡγούμενος, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑτέροις μεῖζον φρονῶν καὶ τὸ γράφειν ἐν παρέργῳ μελετᾷν οἰόμενος χρῆναι, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τὸν βίον καταναλίσκοντας ἀπολελεῖφθαι πολὺ καὶ ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας ὑπειληφώς, καὶ πολὺ δικαιότερον ἂν ποιητὰς ἢ σοφιστὰς προσαγορεύεσθαι νομίζων.

2. Πρῶτον μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄν τις καταφρονήσειε τοῦ γράφειν, ἐξ ὧν ἐστὶν εὐεπίθετον καὶ ῥᾴδιον καὶ τῇ τυχούσῃ φύσει πρόχειρον. Εἰπεῖν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ παραχρῆμα περὶ τοῦ παρατυχόντος ἐπιεικῶς, καὶ ταχείᾳ χρήσασθαι τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων εὐπορίᾳ, καὶ τῷ καιρῷ τῶν πραγμάτων καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἀνθρώπων εὐστόχως ἀκολουθῆσαι, καὶ τὸν προσήκοντα λόγον εἰπεῖν οὔτε φύσεως ἁπάσης οὔτε παιδείας τῆς τυχούσης ἐστίν· ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ γράψαι καὶ κατὰ σχολὴν ἐπανορθῶσαι, καὶ παραθέμενον τὰ τῶν προγεγονότων σοφιστῶν συγγράμματα πολλαχόθεν εἰς ταὐτὸν ἐνθυμήματα συναγεῖραι, καὶ μιμήσασθαι τὰς τῶν εὖ λεγομένων ἐπιτυχίας, καὶ τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν ἰδιωτῶν συμβουλίας ἐπανορθώσασθαι, τὰ δὲ αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ πολλάκις ἐπισκεψάμενον ἀνακαθᾶραι καὶ μεταγράψαι καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ῥᾴδιον πέφυκεν. Ἔστι δ' ἅπαντα τὰ μὲν ἀγαθὰ καὶ καλὰ σπάνια καὶ χαλεπὰ καὶ διὰ πόνων εἰωθότα γίγνεσθαι, τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ φαῦλα ῥᾳδίαν ἔχει κτῆσιν, ὥστ' ἐπειδὴ τὸ γράφειν τοῦ λέγειν ἑτοιμότερον ἡμῖν ἐστίν, εἰκότως ἂν αὐτοῦ καὶ τὴν κτῆσιν ἐλάττονος ἀξίαν νομίζοιμεν.

3. Ἔπειτα τοῖς μὲν λέγειν δεινοῖς οὐδεὶς ἂν φρονῶν ἀπιστήσειεν ὡς οὐ μικρὸν τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν μεταρρυθμίσαντες ἐπιεικῶς λογογραφήσουσι, τοῖς δὲ γράφειν ἠσκημένοις οὐδεὶς ἂν πιστεύσειεν ὡς ἐπὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ λέγειν οἷοί τε ἔσονται. Τοὺς μὲν γὰρ τὰ χαλεπὰ τῶν ἔργων ἐπιτελοῦντας εἰκός, ὅταν ἐπὶ τὰ ῥᾴω τὴν γνώμην μεταστήσωσιν, εὐπόρως μεταχειρίσασθαι τὴν τῶν πραγμάτων ἀπεργασίαν· τοῖς δὲ τὰ ῥᾴδια γεγυμνασμένοις ἀντίτυπος καὶ προσάντης ἡ τῶν χαλεπωτέρων ἐπιμέλεια καθίσταται. Γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τῶνδε τῶν παραδειγμάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἆραι μέγα φορτίον δυνάμενος ἐπὶ τὰ κουφότερα μετελθὼν ῥᾳδίως μεταχειρίσαιτ' ἄν· ὁ δὲ πρὸς τὰ κοῦφα τῇ δυνάμει διικνούμενος οὐδὲν ἂν τῶν βαρυτέρων οἷός τε εἴη φέρειν. Καὶ πάλιν ὁ μὲν ποδώκης δρομεὺς ῥᾳδίως παρέπε-

DE ORATIONUM SCRIPTORIBUS SIVE DE SOPHISTIS.

Quoniam sophistarum, quos vocant, nonnulli scientiam quidem et doctrinam nihil curant ac dicendi facultatis perinde ac privati et a fori usu remoti inexpertes sunt, scribendis autem orationibus operam navantes librisque sapientiam suam ostendentes gloriantur magnosque gerunt spiritus, et quum tantillam facultatis oratoriæ partem teneant, de tota arte contendunt : ob hanc causam contra scriptas orationes accusationem instituam, non quod alienam a me facultatem earum scribendarum esse puto, sed quod alia majoris facio, et de scribendo in subcesiva tantum opera cogitari debere censeo atque eos qui vitam in id impendunt, tum ab arte oratoria tum a philosophia longe abesse multoque justius poetas quam sophistas appellari existimo.

2. Primum igitur scribendi negotium aliquis contempserit quod aggressu facile et obvio cuique in promptu est. Nam ex tempore de quavis re dicere convenienter et ingenii celeritate paratam habere sententiarum verborumque copiam ac momenta rerum opportuna auditorumque affectus assequi sollerter et orationes iis accommodare, id non vulgari cuique licet nec communis est scientiæ; verum multo temporis dispendio conscribere aliqua scriptaque per otium corrigere et, appositis priorum sophistarum voluminibus, hinc inde sententias in unum congerere et quæ bene dicta occurrant, ea imitari, deinde alia e privatorum consilio emendare, alia iterum iterumque apud animum perpensa expurgare et mutare, vel indoctis facile esse contingit. Videlicet quæcunque sunt bona et pulchra, eadem etiam rara et difficilia sunt nec sine labore fieri solent; humilia autem ac vilia studio obtinentur exiguo. Itaque quum scribendi facultatem quam dicendi facilius nobis comparemus, ultro consequitur ut minoris eam faciendam esse censeamus.

3. Deinde dicendo valentes nemo sanus dubitet quin, si ingenii habitum transformare aliquantum velint, convenienter etiam scripturi sint; qui vero in scribendo exercitati sunt, eos ob id ipsum etiam dicere posse nemo confidat. Nimirum qui difficiles operum partes explere noverint, hos sponte intelligitur, si ad faciliora animum transduxerint, absque molestia muneris labore defuncturos esse, verum facilia solummodo doctis contraria et ardua difficiliorum tractatio existit. Exempla rem tibi comprobent. Quodsi quis onus magnum tollere valet, ad leviora transgressus facile habebit negotium; cujus autem vires levioribus tantum sufficiunt, is gravioris aliquid ferre nequit

σθαι τοῖς βραδυτέροις δύναιτ' ἄν· ὁ δὲ βραδὺς οὐκ ἂν οἷός τε εἴη τοῖς θάσσοσιν ὁμοδρομεῖν. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὁ μὲν τὰ πόρρω δυνάμενος ἐπισκόπως ἀκοντίζειν ἢ τοξεύειν καὶ τῶν ἐγγὺς τεύξεται ῥᾳδίως, ὁ δὲ τὰ πλησίον βάλλειν ἐπιστάμενος οὔπω δῆλον εἰ καὶ τῶν πόρρω δυνήσεται τυγχάνειν. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ περὶ τοὺς λόγους ὁ μὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα καλῶς αὐτοῖς χρώμενος οὐκ ἄδηλον ὅτι μετὰ χρόνου καὶ σχολῆς ἐν τῷ γράφειν διαφέρων ἔσται λογοποιός· ὁ δ' ἐπὶ τοῦ γράφειν τὰς διατριβὰς ποιούμενος οὐκ ἀφανὲς ὅτι μεταβὰς ἐπὶ τοὺς αὐτοσχεδιαστικοὺς λόγους ἀπορίας καὶ πλάνου καὶ ταραχῆς ἕξει πλήρη τὴν γνώμην.

4. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν λέγειν ἀεί τε καὶ διὰ παντὸς χρήσιμον εἶναι, τοῦ δὲ γράφειν ὀλιγάκις εὔκαιρον τὴν δύναμιν αὐτῷ καθίστασθαι. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι λέγειν μὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα καὶ δημηγοροῦσι καὶ δικαζομένοις καὶ τὰς ἰδίας ὁμιλίας ποιοῦσιν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ πολλάκις ἀπροσδοκήτως καιροὶ πραγμάτων παραπίπτουσιν, ἐν οἷς οἱ μὲν σιωπῶντες εὐκαταφρόνητοι δόξουσιν εἶναι, τοὺς δὲ λέγοντας ὡς ἰσόθεον τὴν γνώμην ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἄλλων τιμωμένους ὁρῶμεν. Ὅταν γὰρ νουθετῆσαι δέῃ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἢ παραμυθήσασθαι τοὺς δυστυχοῦντας ἢ πραῦναι τοὺς ἀπολλυμένους ἢ τὰς ἐξαίφνης ἐπενεχθείσας αἰτίας ἀπολύσασθαι, τηνικαῦθ' ἡ τοῦ λέγειν δύναμις τῇ χρείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐπικουρεῖν οἵα τέ ἐστιν, ἡ δὲ γραφὴ σχολῆς δεῖται καὶ μακροτέρους ποιεῖται τοὺς χρόνους τῶν καιρῶν· οἱ μὲν γὰρ ταχεῖαν τὴν ἐπικουρίαν ἐπὶ τῶν ἀγώνων ἀπαιτοῦσιν, ἡ δὲ κατὰ σχολὴν καὶ βραδέως ἐπιτελεῖ τοὺς λόγους. Ὥστε τίς ἂν φρονῶν ταύτην τὴν δύναμιν ζηλώσειεν, ἣ τῶν καιρῶν τοσοῦτον ἀπολείπεται; πῶς δ' οὐ καταγέλαστον, εἰ τοῦ κήρυκος παρακαλοῦντος « τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν πολιτῶν, » ἢ τοῦ ὕδατος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἤδη ῥέοντος, ἐπὶ τὸ γραμματεῖον ῥήτωρ πορεύοιτο συνθήσων καὶ μαθησόμενος λόγον; ὡς ἀληθῶς γὰρ εἰ μὲν ἦμεν τύραννοι τῶν πόλεων, ἐφ' ἡμῖν ἂν ἦν καὶ δικαστήρια συλλέγειν καὶ περὶ τῶν κοινῶν βουλεύεσθαι πραγμάτων, ὥστε ὁπότε γράψαιμεν τοὺς λόγους, τηνικαῦτα τοὺς ἄλλους πολίτας ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν παρακαλεῖν· ἐπεὶ δ' ἕτεροι τούτων κύριοί εἰσιν, ἆρ' οὐκ εὔηθες ἡμᾶς (ἄλλην τινὰ) μελέτην ποιεῖσθαι λόγων ἐναντίως ἔχουσαν ἀκριβῶς; εἰ γὰρ οἱ τοῖς ὀνόμασιν ἐξειργασμένοι καὶ μᾶλλον ποιήμασιν ἢ λόγοις ἐοικότες, καὶ τὸ μὲν αὐτόματον καὶ (πλέον) ἀληθείαις ὅμοιον ἀποβεβληκότες, μετὰ παρασκευῆς δὲ πεπλάσθαι καὶ συγκεῖσθαι δοκοῦντες ἀπιστίας καὶ φθόνου τὰς τῶν ἀκουόντων γνώμας ἐμπιπλῶσι, — τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ γὰρ εἰς τὰ δικαστήρια τοὺς λόγους γράφοντες φεύγουσι τὰς ἀκριβείας καὶ μιμοῦνται τὰς τῶν αὐτοσχεδιαζόντων ἑρμηνείας, καὶ τότε κάλλιστα γράφειν δοκοῦσιν ὅταν ἥκιστα γεγραμμένοις ὁμοίους πορίσωνται λόγους. Ὁπότε δὲ καὶ τοῖς λογογράφοις τοῦτο πέρας τῆς ἐπιεικείας ἐστίν, ὅταν τοὺς αὐτοσχεδιάζοντας μιμήσωνται,

Porro pedes præstans cursor juxta tardum facile incesserit, sed tardus velocioris cursum haud exæquabit. Rursus si quis scopum longinquum jaculo vel sagitta scite tangit, a propinquo is non aberrabit; qui vero proximum ferire didicit, num remotiorem quoque assecuturus sit, minime liquet. Eodem igitur modo res habet circa orationes. Quippe qui quovis momento apte iis utitur, manifesto etiam tempore dato et otio componendis orationibus excellet; scribendo autem tempus terens vix est dubium quin, si de improviso verba fundenda sint, animum habeat vagum, perplexum, turbatum.

4. Censeo autem vitæ quoque humanæ per omnia semper utilem esse facultatem dicendi, scribendi autem raro in vitæ usus habere opportunitatem. Quis enim nescit quam sit necessarium ut ex tempore dicere sciant quicunque vel coram populo agant vel in judiciis vel privatis in colloquiis, atque sæpius fieri ut subito rerum momenta incidant, in quibus qui tacent contemptibiles esse videantur, dicentes vero quasi divino quodam animo præditos honore a reliquis affici cernamus. Quoties enim peccantes admonendi vel infelices consolandi vel furore abrepti (ἐπιμαινομένους?) deliniendi, vel obortæ derepente controversiæ dirimendæ sunt, dicendi facultas utilem se hominum usibus præstat, dum scriptio otio indiget ac tempus absumit tempestivo longius. Nam quum momenti opportunitas in certaminibus agendi celeritatem flagitet, illa moras nectens sero orationes conficit. Quo igitur pacto sanus aliquis facultatem desideret, quam tempestivitas tam longe post se relinquit? Nonne ridiculus foret orator, qui, jam clamante præcone « *Quisnam civium concionari vult,* » vel jam fluente in judiciis aqua clepsydræ, ad tabellam accederet ut orationem componeret mandaretque memoriæ? Sane quidem si tyrannide civitates premeremus, penes nos esset convocare judicia et de rebus publicis consulere ita ut postquam scriptæ orationes essent, tum demum ad audiendas cives advocaremus. Jam vero quum penes alios horum potestas sit, nonne absurdum est nos orationum meditationem instituere rerum conditioni aperte contrariam? Etenim orationes exacta verborum cura elaboratæ et poematis quam orationibus similiores, quæ nihil habent quod sponte natum et vero simile sit, sed data opera conficta et compositæ sunt, diffidentia et invidia audientium animos implent. Evidentissimum habes rei argumentum. Scilicet qui orationes in judiciis pronuntiandas scribunt, nimiam istam accurationem devitant et ex tempore dicentes imitantur ac tunc optime scribere sibi videntur si minime similes scriptis orationes exhibeant. Quodsi vero ipsis scriptoribus hic est diligentiæ finis, ut extemporalia loquentes imitentur, qui non

πῶς οὐ χρὴ καὶ τῆς παιδείας ἐκείνην μάλιστα τιμᾶν, ἀφ' ἧς πρὸς τοῦτο τὸ γένος τῶν λόγων εὐπόρως ἕξομεν;

5. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦτ' ἄξιον εἶναι τοὺς γραπτοὺς λόγους ἀποδοκιμάζειν, ὅτι τὸν βίον τῶν μεταχειριζομένων ἀνώμαλον καθιστᾶσι. Περὶ πάντων μὲν γὰρ τῶν πραγμάτων γεγραμμένους ἐπίστασθαι λόγους ἕν τι τῶν ἀδυνάτων πέφυκεν, ἀνάγκη δέ ἐστιν, ὅταν τις τὰ μὲν αὐτοσχεδιάζῃ τὰ δὲ τυποῖ, τὸν λόγον ἀνόμοιον ὄντα ψόγον τῷ λέγοντι παρασκευάζειν, καὶ τὰ μὲν ὑποκρίσει καὶ ῥαψῳδίᾳ παραπλήσια δοκεῖν εἶναι, τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ φαῦλα φαίνεσθαι παρὰ τὴν ἐκείνων ἀκρίβειαν.

6. Δεινὸν δ' ἐστὶ τὸν ἀντιποιούμενον φιλοσοφίας τῆς τοῦ λέγειν καὶ παιδεύσειν ἑτέρους ὑπισχνούμενον, ἂν μὲν ἔχῃ γραμματεῖον ἢ βιβλίον, δεικνύναι δύνασθαι τὴν αὑτοῦ σοφίαν, ἂν δὲ τούτων ἄμοιρος γένηται, μηδὲν τῶν ἀπαιδεύτων βελτίω καθεστάναι, καὶ χρόνου μὲν δοθέντος δύνασθαι λόγον ἐξενεγκεῖν, εὐθέως δὲ περὶ τοῦ προτεθέντος ἀφωνότερον εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, καὶ λόγων μὲν τέχνας ἐπαγγέλλεσθαι, τοῦ δὲ λέγειν μηδὲ μικρὰν δύναμιν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ φαίνεσθαι. Καὶ γὰρ ἡ μελέτη τοῦ γράφειν ἀπορίαν τοῦ λέγειν πλείστην παραδίδωσιν. Ὅταν γάρ τις ἐθισθῇ κατὰ μικρὸν ἐξεργάζεσθαι τοὺς λόγους καὶ μετὰ ἀκριβείας καὶ ῥυθμοῦ τὰ ῥήματα συντιθέναι καὶ βραδείᾳ τῇ τῆς διανοίας κινήσει χρώμενος ἐπιτελεῖν τὴν ἑρμηνείαν, ἀναγκαῖόν ἐστι τοῦτον, ὅταν εἰς τοὺς αὐτοσχεδιαστοὺς ἔλθῃ λόγους, ἐναντία πράσσοντα ταῖς συνηθείαις ἀπορίας καὶ θορύβου πλήρη τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ πρὸς ἅπαντα μὲν δυσχεραίνειν, μηδὲν δὲ διαφέρειν τῶν ἰσχνοφώνων, οὐδέποτε δ' εὐλύτῳ τῇ τῆς ψυχῆς ἀγχινοίᾳ χρώμενον ὑγρῶς καὶ φιλανθρώπως μεταχειρίζεσθαι τοὺς λόγους, ἀλλ' ὥσπερ οἱ διὰ μακρῶν χρόνων ἐκ δεσμῶν λυθέντες οὐ δύνανται τοῖς ἄλλοις ὁμοίαν ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα τὰ σχήματα καὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἀποφέρονται μεθ' ὧν καὶ δεδεμένοις αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἦν πορεύεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ γραφὴ βραδείας τὰς διαβάσεις τῇ γνώμῃ παρασκευάζουσα καὶ τοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἔθεσι ποιουμένη τὴν ἄσκησιν ἄπορον καὶ δεσμῶτιν τὴν ψυχὴν καθίστησι καὶ τῆς ἐν τοῖς αὐτοσχεδιαστοῖς εὐροίας ἁπάσης ἐπίπροσθεν γίνεται.

7. Νομίζω δὲ καὶ τὴν μάθησιν τῶν γραπτῶν λόγων χαλεπὴν καὶ τὴν μνήμην ἐπίπονον καὶ τὴν λήθην αἰσχρὰν ἐν τοῖς ἀγῶσι γίνεσθαι. Πάντες γὰρ ἂν ὁμολογήσειαν τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων καὶ τὰ πολλὰ τῶν ὀλίγων χαλεπώτερον εἶναι μαθεῖν καὶ μνημονεῦσαι. Περὶ μὲν οὖν τοὺς αὐτοσχεδιασμοὺς ἐπὶ τῶν ἐνθυμημάτων δεῖ μόνον τὴν γνώμην ἔχειν, τοῖς δὲ ὀνόμασιν ἐκ τοῦ παραυτίκα δηλοῦν· ἐν δὲ τοῖς γραπτοῖς λόγοις καὶ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν (ἐνθυμημάτων καὶ) συλλαβῶν ἀναγκαῖόν ἐστι ποιεῖσθαι τὴν μνήμην καὶ τὴν μάθησιν ἀκριβῆ. Ἐνθυμήματα μὲν οὖν

eam etiam maximi faciamus disciplinæ partem, qua ad hoc eloquentiæ genus apte instituamur?

5. Verum propterea quoque scriptas orationes reprobandas esse puto quod vitam his utentium inæqualem reddunt. Nam fieri nequit ut de quavis re scriptas orationes teneas; unde necessario sequitur ut, si quis partim ex tempore dicat partim figuratam orationem promat, inæqualitas hæc oratori vitio vertatur, quum alia declamationem histrionis vel rhapsodi referant, alia juxta exquisitum illorum artificium humilia viliaque esse videantur.

6. Mirum vero est eum, qui artis oratoriæ scientiam sibi vindicat aliisque se magistrum offert, si quidem tabellas vel librum habeat, ostendere posse sapientiam suam, sin his destitutus sit, ineruditis nihil esse præstantiorem, ac tempore concesso posse orationem promere, sin statim de proposito argumento disserendum sit, indoctis se mutiorem præbere, et eloquentiæ quidem artem profiteri, dicendi autem facultate ne minima quidem præditum videri. Etenim assidua meditatio quæ scribendo insumitur, causa est ut, ubi dicendum sit, summa consilii inopia laboremus. Nam qui minutatim orationes elaborare et magna diligentia rhythmice verba componere et lento ingenii motu dictionem perficere consueverit, is ad orationes e tempore habendas adductus, quum suetis contraria agat, necesse est animum perplexum et turbatum habeat et ubique offendat neque ab iis quibus lingua hæsitat differre videatur, nec unquam expedita ingenii sollertia suaviter et liberaliter eloquio uti possit. Sed quemadmodum qui post longa temporis spatia e vinculis solvuntur, non ut ceteri iter facere queunt, verum in habitus motusque, quibus vincti ingredi cogebantur, relabuntur, sic scribendi consuetudo ingenii gressum tarditate quadam afficiens et a dicendi arte prorsus alienans impeditum et captivum animum tenet, et ne leniter extemporalis oratio fluat, obstat.

7. Porro scriptas orationes ediscere molestum et memoria tenere operosum et oblivione in causis labi turpe esse puto. Nam minuta magnis et multa paucis difficilius edisci omnes confiteantur. Jam vero in extemporalibus ad sententias solummodo attendendum est, verba autem in ipsa oratione invenienda sunt; in scriptis vero orationibus etiam verba sententiarum atque adeo syllabæ accurate discenda et retinenda. Sententias autem paucas et magnas oratio habet, nomina vero et vocabula multa et exilia et

ὀλίγα καὶ μεγάλα τοῖς λόγοις ἔνεστιν, ὀνόματα δὲ καὶ ῥήματα πολλὰ καὶ ταπεινὰ καὶ μικρὸν ἀλλήλων διαφέροντα. Καὶ τῶν μὲν ἐνθυμημάτων ἅπαξ ἕκαστον δηλοῦται, τοῖς δ' ὀνόμασι πολλάκις τοῖς αὐτοῖς ἀναγκαζόμεθα χρῆσθαι· διὸ τῶν μὲν εὔπορος ἡ μνήμη, τοῖς δὲ δυσανάληπτος ἡ μνήμη καὶ δυσφύλακτος ἡ μάθησις καθέστηκεν. Ἔτι τοίνυν αἱ λῆθαι περὶ μὲν τοὺς αὐτοσχεδιασμοὺς ἄδηλον τὴν αἰσχύνην ἔχουσιν. Εὐλύτου γὰρ τῆς ἑρμηνείας οὔσης καὶ τῶν ὀνομάτων οὐκ ἀκριβῶς συνεξεσμένων, ἂν ἄρα καὶ διαφύγῃ τι τῶν ἐνθυμημάτων, οὐ χαλεπὸν ὑπερβῆναι τῷ ῥήτορι καὶ τῶν ἐφεξῆς ἐνθυμημάτων ἀψάμενον μηδεμιᾷ τὸν λόγον αἰσχύνῃ περιβαλεῖν· ἀλλὰ καὶ τῶν διαφυγόντων, ἂν ὕστερον ἀναμνησθῇ, ῥᾴδιον ποιήσασθαι τὴν δήλωσιν. Τοῖς δὲ γεγραμμένα λέγουσιν ἂν κατὰ μικρὸν ὑπὸ τῆς ἀγωνίας ἐκλίπωσί τι καὶ παραλλάξωσιν, ἀπορίαν ἀνάγκη καὶ πλάνον καὶ ζήτησιν ἐγγίνεσθαι, καὶ μακροὺς μὲν χρόνους ἐπίσχειν, πολλάκις δὲ τῇ σιωπῇ διαλαμβάνειν τὸν λόγον, ἀσχήμονα δὲ καὶ καταγέλαστον καὶ δυσεπικούρητον καθεστάναι τὴν ἀπορίαν.

8. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἀκροατῶν ἄμεινον χρῆσθαι τοὺς αὐτοσχεδιάζοντας τῶν τὰ γεγραμμένα λεγόντων. Οἱ μὲν γὰρ πολὺ πρὸ τῶν ἀγώνων τὰ συγγράμματα διαπονήσαντες ἐνίοτε τῶν καιρῶν ἁμαρτάνουσιν· ἢ γὰρ μακρότερα τῆς ἐπιθυμίας λέγοντες ἀπεχθάνονται τοῖς ἀκούουσιν, ἢ βουλομένων ἔτι τῶν ἀνθρώπων ἀκροᾶσθαι προαπολείπουσι τοὺς λόγους. Χαλεπὸν γάρ, ἴσως δ' ἀδύνατόν ἐστιν ἀνθρωπίνην πρόνοιαν ἐφικέσθαι τοῦ μέλλοντος, ὥστε προϊδεῖν ἀκριβῶς τίνα τρόπον αἱ γνῶμαι τῶν ἀκουόντων πρὸς τὰ μήκη τῶν λεγομένων ἕξουσιν. Ἐν δὲ τοῖς αὐτοσχεδιασμοῖς ἐπὶ τῷ λέγοντι γίνεται ταμιεύεσθαι τοὺς λόγους πρὸς τὰς δυνάμεις τῶν γνωμῶν ἀποβλέποντι καὶ τὰ μήκη συντέμνειν καὶ τὰ συντόμως ἐσκεμμένα διὰ μακροτέρων δηλοῦν.

9. Χωρὶς τοίνυν τούτων οὐδὲ τοῖς παρ' αὐτῶν τῶν ἀγώνων ἐνθυμήμασι διδομένοις ὁμοίως ὁρῶμεν ἑκατέρους χρῆσθαι δυναμένους. Τοῖς μὲν γὰρ ἄγραφα λέγουσιν, ἄν τι παρὰ τῶν ἀντιδίκων ἐνθύμημα λάβωσιν ἢ διὰ τὴν συντονίαν τῆς διανοίας αὐτῶν παρὰ σφῶν αὐτῶν διανοηθῶσιν, εὔπορόν ἐστιν ἐν τάξει θεῖναι· τοῖς γὰρ ὀνόμασιν ἐκ τοῦ παραυτίκα περὶ ἁπάντων δηλοῦντες, οὐδ' ὅταν πλείω τῶν ἐσκεμμένων λέγωσιν, οὐδαμῇ τὸν λόγον ἀνώμαλον καὶ ταραχώδη καθιστᾶσι· τοῖς δὲ μετὰ τῶν γραπτῶν λόγων ἀγωνιζομένοις ἂν ἄρα τι χωρὶς τῆς παρασκευῆς ἐνθύμημα δοθῇ, χαλεπὸν ἐναρμόσαι καὶ χρῆσθαι κατὰ τρόπον· αἱ γὰρ ἀκρίβειαι τῆς τῶν ὀνομάτων ἐξεργασίας οὐ παραδέχονται τοὺς αὐτοματισμούς, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ μηδὲν χρῆσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης ἐνθυμήμασι δοθεῖσιν ἢ χρώμενον διαλύειν καὶ συνερείπειν τὴν τῶν ὀνομάτων οἰκονομίαν, καὶ τὰ μὲν ἀκριβῶς τὰ δ' εἰκῇ λέγοντα ταραχώδη καὶ διάφωνον καθιστάναι τὴν ἑρμηνείαν. Καίτοι τίς ἂν εὖ φρονῶν ἀποδέξαιτο τὴν τοιαύτην μελέτην, ἥτις καὶ

inter se simillima. Ac sententia quæque semel exponitur, verbis vero sæpius iisdem uti cogimur. Quare illæ facile memoriæ inhærent, hæc vero ediscere et in memoria custodire et refocillare difficile est. Huc accedit quod oblivionis dedecus in extemporalibus latet; nam quum dictio sit expedita nec in singulis verbis ad unguem perpolita, haud difficulter orator, si qua sententia eum fugerit, ad sequentes transit, nullam orationi maculam adspergens; idem, si postea eorum quæ oblitus erat aliquid in mentem recurrat, nullo labore expositionem ejus subjungit. Qui vero scripta dicunt, si vel minimum aliquid præ angore omittunt vel mutant, necessario in angustias et errores deferuntur et quærunt et diu morantur, sæpe etiam silentio orationem interrumpunt, adeo ut indecora sit et ridicula consilii inopia, unde ægre se expediant.

8. Desideriis quoque auditorum melius uti ex tempore dicentes quam scripta declamantes censeo. Hi enim diu ante actionem libellos suos elaborantes interdum de temporibus falluntur. Aut longiora dicentes quam desiderantur, audientibus molesti sunt; aut plura his audire volentibus, ante tempus orationem sistunt. Haud facile enim et fortasse omnino non potest fieri, ut humana providentia futura assequatur, ac justa conjectura præsentiat quonam animo longitudinem dicendorum auditores excepturi sint; in extemporalibus autem penes dicentem est moderare orationem, et prouti auditorum animos affectos videat, vel longiora contrahere vel quæ brevius dicere constituerat, uberius prosequi.

9. Præterea sententiis sive argumentis quæ in ipsa actione suppeditantur, non eodem modo uterque uti potest. Nam qui scripta non adhibent, si qua sententia ab adversariis præbeatur vel si mentis intentione ipsi apud se aliquid inveniant, exponendis iis locum facile assignant. Nam quum de omnibus e tempore verba faciant, etiamsi plura dicant quam meditati sint, minime tamen inæqualem et salebrosam orationem reddunt; qui vero scriptis orationibus certant, sententiam, quæ præter præparatas detur, inserere et in usus suos commode convertere haud facile possunt. Scilicet verba artificiose concinnata temerarias fortuitasque mutationes non admittunt, sed necessarium est, ut aut non utaris sententiis forte oblatis, aut, si uti velis, ut verborum dispositionem dissolvas et evertas, adeoque aliis distincto, aliis temerario modo enuntiatis, turbata et dissona dictio evadat. Quis igitur sanæ mentis studium probaverit quod vel bonorum sponte oblatorum

τῶν αὐτομάτων ἀγαθῶν ἐπίπροσθεν τῇ χρήσει καθέστηκε καὶ χείρω τῆς τύχης ἐνίοτε τοῖς ἀγωνιζομένοις τὴν ἐπικουρίαν παραδίδωσι, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγειν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον εἰθισμένων αὐτὴ καὶ τοῖς αὐτομάτοις εὐπορήμασιν ἐμποδών ἐστιν.

10. Ἡγοῦμαι δ' οὐδὲ λόγους δίκαιον εἶναι καλεῖσθαι τοὺς γεγραμμένους, ἀλλ' ὥσπερ εἴδωλα καὶ σχήματα καὶ μιμήματα λόγων, καὶ τὴν αὐτὴν κατ' αὐτῶν εἰκότως ἂν δόξαν ἔχοιμεν, ἥνπερ καὶ κατὰ τῶν χαλκῶν ἀνδριάντων καὶ λιθίνων ἀγαλμάτων καὶ γεγραμμένων ζῴων. Ὥσπερ γὰρ ταῦτα μιμήματα τῶν ἀληθινῶν σωμάτων ἐστί, καὶ τέρψιν μὲν ἐπὶ τῆς θεωρίας ἔχει, χρῆσιν δ' οὐδεμίαν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ παραδίδωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γεγραμμένος λόγος, ἑνὶ σχήματι καὶ τάξει κεχρημένος, ἐκ βιβλίου θεωρούμενος ἔχει τινὰς ἐκπλήξεις, ἐπὶ δὲ τῶν καιρῶν ἀκίνητος ὢν οὐδεμίαν ὠφέλειαν τοῖς κεκτημένοις παραδίδωσιν· ἀλλ' ὥσπερ ἀνδριάντων καλῶν ἀληθινὰ σώματα πολὺ χείρους τὰς εὐπορίας ἔχοντα πολλαπλασίους ἐπὶ τῶν ἔργων τὰς ὠφελείας παραδίδωσιν, οὕτω καὶ λόγος ὁ μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς διανοίας ἐν τῷ παραυτίκα λεγόμενος ἔμψυχός ἐστι καὶ ζῇ καὶ τοῖς πράγμασιν ἕπεται καὶ τοῖς ἀληθέσιν ἀφωμοίωται σώμασιν, ὁ δὲ γεγραμμένος εἰκόνι λόγου τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχων ἁπάσης ἐνεργείας ἄμοιρος καθέστηκεν.

11. Ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις ὡς ἄλογόν ἐστι κατηγορεῖν μὲν τῆς γραφικῆς δυνάμεως, αὐτὸν δὲ διὰ ταύτης φαίνεσθαι τὰς ἐπιδείξεις ποιούμενον, καὶ προδιαβάλλειν τὴν πραγματείαν ταύτην δι' ἧς εὐδοκιμεῖν παρασκευάζεται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἔτι δὲ περὶ φιλοσοφίαν διατρίβοντα τοὺς αὐτοσχεδιαστικοὺς λόγους ἐπαινεῖν καὶ προυργιαίτερον ἡγεῖσθαι τὴν τύχην τῆς προνοίας καὶ φρονιμωτέρους τοὺς εἰκῇ λέγοντας τῶν μετὰ παρασκευῆς γραφόντων. Ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν οὐ παντελῶς ἀποδοκιμάζων τὴν γραφικὴν δύναμιν ἀλλὰ χείρω τῆς αὐτοσχεδιαστικῆς ἡγούμενος εἶναι, καὶ τοῦ δύνασθαι λέγειν πλείστην ἐπιμέλειαν οἰόμενος χρῆναι ποιεῖσθαι, τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους· ἔπειτα προσχρῶμαι τῷ γράφειν οὐκ ἐπὶ τούτῳ μέγιστον φρονῶν, ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξω τοῖς ἐπὶ ταύτῃ τῇ δυνάμει σεμνυνομένοις ὅτι μικρὰ πονήσαντες ἡμεῖς ἀποκρύψαι καὶ καταλῦσαι τοὺς λόγους αὐτῶν οἷοί τ' ἐσόμεθα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν ἐπιδείξεων ἕνεκα τῶν εἰς τοὺς ὄχλους ἐκφερομένων ἅπτομαι τοῦ γράφειν. Τοῖς μὲν γὰρ πολλάκις ἡμῖν ἐντυγχάνουσιν ἐξ ἐκείνου τοῦ τρόπου παρακελεύομαι πεῖραν ἡμῶν λαμβάνειν, ὅταν ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ προτεθέντος εὐκαίρως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν οἷοί τ' ὦμεν· τοῖς δὲ διὰ χρόνου μὲν ἐπὶ τὰς ἀκροάσεις ἀφιγμένοις, μηδεπώποτε δὲ πρότερον ἡμῖν ἐντετυχηκόσιν ἐπιχειροῦμέν τι δεικνύναι τῶν γεγραμμένων· εἰθισμένοι γὰρ ἀκροᾶσθαι τῶν ἄλλων τοὺς λόγους ἴσως ἂν ἡμῶν αὐτοσχεδιαζόντων ἀκούοντες ἐλάττονα τῆς ἀξίας δόξαν καθ' ἡμῶν λάβοιεν. Χωρὶς δὲ τούτων

usum impediat et pejus interdum quam fortuna certantibus auxilium præbeat, et quum ceteræ artes ad meliora vitam humanam adducere soleant, etiam ultro sese offerentibus commodis sit impedimento?

10. Omnino autem scripta ista, me judice, non tam orationes appellandæ sunt quam quasi simulacra orationum et species et imitamina, neque aliter de iis jure merito sentiamus quam de statuis æneis vel lapideis imaginibus vel animalibus pictis. Quemadmodum enim hæc verorum corporum sunt imitationes et voluptatem quidem adspectu suo præbent, utilitatem vero hominum vitæ non afferunt, sic oratio scripta unam aliquam habitus dispositionem exhibens, si in libro spectetur, admiratione quadam percellit, in actionum vero periculis, quum immobilis sit, nullam ea instructis utilitatem præstat. Et sicut vera corpora, quamvis statuis pulchris longe minus luculenter formata sint, multiplices in operibus utilitates præbent, sic oratio, quam ex ingenio in ipsa actione promis, animata est ac vivit et pari gressu res sequitur et veris corporibus æquiparanda est, dum scripta simulacro similem naturam habens omnis efficaciæ expers sit.

11. At forsitan absurdum esse dixeris accusare aliquem scribendi facultatem, accusatorem vero ea ipsa videri artis suæ specimina proponere, adeoque ante criminatione studium insimulare, quo ipse famam sibi comparare apud Græcos instituat, porro philosophiæ deditum extemporales orationes commendare et majoris fortunam facere quam providentiam, atque temere dicentes quam consulto scribentes habere sapientiores. Ego vero primum non prorsus improbavi quæ in scribendo versatur facultatem, sed eam extemporali facultate inferiorem esse censens majusque studium in dicendi artem conferendum esse opinans, hæc disserui. Deinde autem scribendi facultate nunc ego utor, non quod hanc summi facio, sed ut ea gloriantibus ostendam parvo me labore orationes ipsorum obscurare posse et abolere. Præterea artis speciminum in vulgus edendorum causa ad scribendum accedo. Nam qui frequenter declamationibus meis adsunt, eo ipso velim mei periculum faciant videantque an de proposito quovis argumento scite eleganterque dicere valeam. Qui autem sero tandem ad me audiendum venerunt nec antea unquam me frequentarunt, iis scriptum aliquod exhibere cupio. Hi enim quum aliorum orationibus assueti sint, ex tempore dicentem me audientes fortasse non satis recte de merito meo senserint. Præterea incrementorum quæ in-

καὶ σημεῖα τῆς ἐπιδόσεως, ἣν εἰκὸς ἐν τῇ διανοίᾳ γίνεσθαι, παρὰ τῶν γραπτῶν λόγων ἐναργέστατα κατιδεῖν ἔστιν. Εἰ μὲν γὰρ βέλτιον αὐτοσχεδιάζομεν νῦν ἢ πρότερον, οὐ ῥᾴδιον ἐπικρίνειν ἐστί· χαλεπαὶ γὰρ αἱ μνῆμαι τῶν προειρημένων λόγων καθεστήκασιν· εἰς δὲ τὰ γεγραμμένα κατιδόντας ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ θεωρῆσαι τὰς τῆς ψυχῆς ἐπιδόσεις ῥᾴδιόν ἐστιν. Ἔτι δὲ καὶ μνημεῖα καταλιπεῖν ἡμῶν αὐτῶν σπουδάζοντες καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ χαριζόμενοι λόγους γράφειν ἐπιχειροῦμεν.

12. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὡς εἰκῇ λέγειν παρακελευόμεθα, τὴν αὐτοσχεδιαστικὴν δύναμιν τῆς γραφικῆς προτιμῶντες, ἄξιόν ἐστι πιστεύειν. Τοῖς μὲν γὰρ ἐνθυμήμασι καὶ τῇ τάξει μετὰ προνοίας ἡγούμεθα δεῖν χρῆσθαι τοὺς ῥήτορας, περὶ δὲ τὴν τῶν ὀνομάτων δήλωσιν αὐτοσχεδιάζειν· οὐ γὰρ τοσαύτην ὠφέλειαν αἱ τῶν γραπτῶν λόγων ἀκρίβειαι παραδιδόασιν, ὅσον εὐκαιρίαν αἱ τῶν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λεγομένων δηλώσεις ἔχουσιν. Ὅστις οὖν ἐπιθυμεῖ ῥήτωρ γενέσθαι δεινὸς ἀλλὰ μὴ ποιητὴς λόγων ἱκανός, καὶ βούλεται μᾶλλον τοῖς καιροῖς χρῆσθαι καλῶς ἢ τοῖς ὀνόμασι λέγειν ἀκριβῶς, καὶ τὴν εὔνοιαν τῶν ἀκροωμένων ἐπίκουρον ἔχειν σπουδάζει μᾶλλον ἢ τὸν φθόνον ἀνταγωνιστήν, ἔτι δὲ καὶ τὴν γνώμην εὔπορον καὶ τὴν μνήμην εὔλυτον καὶ τὴν λήθην ἄδηλον κατεστάναι βούλεται, καὶ τῇ χρείᾳ τοῦ βίου σύμμετρον τὴν δύναμιν τῶν λόγων κεκτῆσθαι πρόθυμός ἐστιν, οὗτος εἰκότως ἂν τοῦ μὲν αὐτοσχεδιάζειν ἀεί τε καὶ διὰ παντὸς ἐνεργὸν τὴν μελέτην ποιοῖτο, τοῦ δὲ γράφειν ἐν παιδιᾷ καὶ παρέργῳ ἐπιμελόμενος εὖ φρονεῖν κριθείη παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν.

genium capere consentaneum esse, indicia evidentissima e scriptis orationibus colligere licet. Nimirum an melius nunc quam antea ex tempore dicamus, dijudicare anceps est, quum pristinarum orationum memoria difficulter refocilletur; scripta autem inspicientes quasi in speculo quidnam virium ingenio accesserit, cerni facile potest. Denique gloriæ studio impulsus et monumenta mei relinquere cupiens ad scribendas orationes accingor.

12. Ceterum ne quis crediderit, quum extemporalem facultatem scribendi arti præferamus, adhortari nos ut temere prorsus et inconsulte dicas. Nam sententias earumque dispositionem præparandas oratori, verba duntaxat ex tempore invenienda esse censemus. Haud enim tantam scriptarum orationum concinnitas utilitatem affert, quantam quæ e vestigio dicuntur habent opportunitatem. Quicumque igitur rhetor evadere cupit eximius, non vero verborum artifex mediocris, et temporum momentis uti sollerter quam verbis bene distinctis loqui satius ducit, et benevolentiam auditorum mavult sociam quam invidiam habere adversariam, et mentem expeditam memoriamque facilem esse, et obliviones latere vult, et oratoriam facultatem vitæ usibus accommodam comparare sibi studet: is jure merito extemporalem orationem acri et assidua exercitatione coluerit, scribendo autem nonnisi lusus causa et in subcesiva opera studens sanus esse apud sanos judicabitur.

ΓΟΡΓΙΟΥ ΕΛΕΝΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

127 Κόσμος πόλει μὲν εὐανδρία, σώματι δὲ κάλλος, ψυχῇ δὲ σοφία, πράγματι δὲ ἀρετή, λόγῳ δὲ ἀλήθεια· τὰ δ' ἐναντία τούτων ἀκοσμία. Ἄνδρα δὲ καὶ γυναῖκα καὶ λόγον καὶ ἔργον καὶ πόλιν καὶ πρᾶγμα χρὴ τὸ μὲν ἄξιον ἐπαίνου ἐπαίνῳ τιμᾶν, τῷ δὲ ἀναξίῳ μῶμον ἐπιθεῖναι· ἴση γὰρ ἁμαρτία καὶ ἀμαθία μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ καὶ ἐπαινεῖν τὰ μωμητά. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἀνδρὸς λέξαι τε τὸ δέον ὀρθῶς καὶ ἐλέγξαι τοὺς μεμφομένους Ἑλένην, γυναῖκα περὶ ἧς ὁμόφωνος καὶ ὁμόψηφος ἥ τε τῶν ποιητῶν ἁπάντων πίστις ἥ τε τοῦ ὀνόματος φήμη γέγονεν ἥ τε τῶν συμφορῶν μνήμη. Ἐγὼ δὲ βούλομαι λογισμόν τινα τῷ λόγῳ δοὺς τὴν μὲν κακῶς ἀκούουσαν παῦσαι τῆς αἰτίας, τοὺς δὲ μεμφομένους ψευδομένους ἐπιδεῖξαι, καὶ δεῖξαι τἀληθὲς ἢ παῦσαι τῆς ἀμαθίας.

2. Ὅτι μὲν οὖν φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ γυνὴ περὶ ἧς ὅδε ὁ λόγος, οὐκ ἄδηλον οὐδ' ὀλίγοις. Δῆλον γὰρ ὡς μητρὸς μὲν Λήδας, πατρὸς δὲ τοῦ μὲν γενομένου θεοῦ, λεγομένου δὲ θνητοῦ, Τυνδάρεω καὶ Διός, ὧν ὁ μὲν διὰ τὸ εἶναι ἔδοξεν, ὁ δὲ διὰ τὸ φάναι ἠλέγχθη, καὶ ἦν ὁ μὲν

GORGIÆ HELENÆ LAUDATIO.

Urbem decent viri fortes, corpus pulchritudo, animum sapientia, factum virtus et sermonem veritas: horum autem contraria dedecent. Jam virum, feminam, sermonem, opus, urbem, factum decet, si laudem merentur, celebrare, si non merentur, reprehendere: est enim ejusdem delicti atque inscitiæ tum laudanda vituperare tum laudare vituperanda. Nec non ejusdem est et quod æquum sit dicere et eos refellere qui Helenam reprehendunt, de qua uno ore ac communi suffragio consentiunt et poetarum omnium fides et nominis fama et infortuniorum memoria. Verum ego firmis rationibus tum eam, quæ hactenus male audiit, culpa volo liberare, tum accusatores mendacii convincere, atque aperta veritate inscitiam illorum tollere.

2. Ac primum generis ratione primas eam, de qua loquimur, inter viros ac mulieres tulisse, ne paucis quidem est ignotum. Quis enim nescit ei matrem fuisse Ledam, patrem autem revera deum, verbo tenus hominem, Tyndarum ac Jovem, quorum alter quum esset pater, esse visus est, alter ex dictione deprehensus fuit, eratque ille

ἀνδρῶν κράτιστος, ὁ δὲ πάντων τύραννος. Ἐκ τοιούτων δὲ γενομένη ἔσχε τὸ ἰσόθεον κάλλος, ὃ λαβοῦσα οὐ λαθοῦσα ἔσχε. Πλείστας δὲ πλείστοις ἐπιθυμίας ἔρωτος ἐνειργάσατο, ἑνὶ δὲ σώματι πολλὰ σώματα συνήγαγεν ἀνδρῶν ἐπὶ μεγάλοις μέγα φρονούντων, ὧν οἱ μὲν πλούτου μεγέθη, οἱ δὲ εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξίαν, οἱ δὲ ἀλκῆς οἰκείας εὐεξίαν, οἱ δὲ σοφίας ἐπικτήτου δύναμιν ἔσχον, καὶ ἧκον ἅπαντες ὑπ' ἔρωτός τε φιλο- 128 νείκου φιλοτιμίας τε ἀνικήτου. Ὅστις μὲν οὖν καὶ δι' ὅ τι καὶ ὅπως ἀπέπλησε τὸν ἔρωτα τὴν Ἑλένην λαβών, οὐ λέξω· τὸ γὰρ τοῖς εἰδόσιν ἃ ἴσασι λέγειν πίστιν μὲν ἔχει, τέρψιν δὲ οὐ φέρει. Τὸν χρόνον δὲ τῷ λόγῳ τὸν τότε νῦν ὑπερβὰς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ μέλλοντος λόγου προβήσομαι, καὶ προθήσομαι τὰς αἰτίας δι' ἃς εἰκὸς ἦν γενέσθαι τὸν τῆς Ἑλένης εἰς τὴν Τροίαν στόλον.

3. Ἢ γὰρ τύχης βουλήμασι καὶ θεῶν κελεύσμασι καὶ ἀνάγκης ψηφίσμασιν ἔπραξεν ἃ ἔπραξεν, ἢ βίᾳ ἁρπασθεῖσα, ἢ λόγοις πεισθεῖσα, ἢ ἔρωτι ἁλοῦσα. Εἰ μὲν οὖν διὰ τὸ πρῶτον, οὐκ ἄξιος αἰτιᾶσθαι ὁ αἰτιώμενος· θεοῦ γὰρ προθυμίαν ἀνθρωπίνῃ προμηθείᾳ ἀδύνατον κωλύειν. Πέφυκε γὰρ οὐ τὸ κρεῖσσον ὑπὸ τοῦ ἥσσονος κωλύεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἧσσον ὑπὸ τοῦ κρείσσονος ἄρχεσθαι καὶ ἄγεσθαι, καὶ τὸ μὲν κρεῖσσον ἡγεῖσθαι, τὸ δὲ ἧσσον ἕπεσθαι. Θεὸς δ' ἀνθρώπου κρεῖσσον καὶ βίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Εἰ οὖν τῇ τύχῃ καὶ τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀναθετέον, τὴν Ἑλένην τῆς δυσκλείας ἀπολυτέον. Εἰ δὲ βίᾳ ἡρπάσθη καὶ ἀνόμως ἐβιάσθη καὶ ἀδίκως ὑβρίσθη, δῆλον ὅτι ὁ ἁρπάσας ἢ ὑβρίσας ἠδίκησεν, ἡ δὲ ἁρπασθεῖσα ἢ ὑβρισθεῖσα ἐδυστύχησεν. Ἄξιος οὖν ὁ μὲν ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχείρημα καὶ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ ἔργῳ, λόγῳ μὲν αἰτίας, νόμῳ δ' ἀτιμίας, ἔργῳ δὲ ζημίας τυχεῖν· ἡ δὲ βιασθεῖσα καὶ τῆς πατρίδος στερηθεῖσα καὶ τῶν φίλων ὀρφανισθεῖσα πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἐλεηθείη μᾶλλον ἢ κακολογηθείη; Ὁ μὲν γὰρ ἔδρασε δεινά, ἡ δὲ ἔπαθε· δίκαιον οὖν τὴν μὲν οἰκτεῖραι, τὸν δὲ μισῆσαι.

4. Εἰ δὲ λόγος ὁ πείσας καὶ τὴν ψυχὴν ἀπατήσας, οὐδὲ πρὸς τοῦτο χαλεπὸν ἀπολογήσασθαι καὶ τὴν αἰτίαν ἀπολύσασθαι ὧδε. Λόγος δυνάστης μέγας ἐστίν, ὃς μικροτάτῳ σώματι καὶ ἀφανεστάτῳ θειότατα ἔργα ἀποτελεῖ· δύναται γὰρ καὶ φόβον παῦσαι καὶ λύπην ἀφελεῖν καὶ χαρὰν ἐνεργάσασθαι καὶ ἔλεον ἐπαυξῆσαι. Ταῦτα δὲ ὡς οὕτως ἔχει δείξω· δεῖ δὲ καὶ δόξῃ δεῖξαι τοῖς ἀκούουσιν. Τὴν ποίησιν ἅπασαν καὶ νομίζω καὶ ὀνομάζω λόγον ἔχοντα μέτρον· ἧς τοὺς ἀκούοντας 129 εἰσῆλθε καὶ φρίκη περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρυς καὶ πόθος φιλοπενθής, ἐπ' ἀλλοτρίων τε πραγμάτων καὶ σωμάτων εὐτυχίαις καὶ δυσπραγίαις ἴδιόν τι πάθημα διὰ τῶν λόγων ἔπαθεν ἡ ψυχή. Φέρε δὴ πρὸς ἄλλον ἀπ' ἄλλου μεταστῶ λόγον. Αἱ γὰρ ἔνθεοι διὰ λόγων ἐπῳδαὶ ἐπαγωγοὶ ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ λύπης γίνονται· συγγινομένη γὰρ τῇ δόξῃ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις τῆς ἐπῳ-

virorum optimus, hic omnium dominus. Ex quibus prognata quum esset, divinam habuit pulchritudinem, quam non obscure tulit. Quare multam in multis effecit libidinem, atque uno corpore multa virorum corpora conduxit, qui magnas ob res magnifice sibi placerent, atque alii divitiarum copia, alii antiqua nobilitate, nonnulli propria fortitudine, quidam conquisita pollerent prudentia, qui omnes per amorem contentiosum et invictum studium convenerunt. Et quis quidem ac quare quoque pacto amorem expleverit qui Helenam accepit, non dicam : etenim qui quæ nota sunt narrant, ut fidem meretur, ita delectationem non affert. Celerum illo tempore nunc rejecto ad initium sermonis alterius progrediar, et causas eas, propter quas in Trojam Helena videri possit navigasse, exponam.

3. Etenim vel fortunæ imperio ac deorum jussu et necessitatis nutu fecit ea quæ fecit, vel vi rapta, vel persuasa verbis, vel amore capta. Quodsi ergo primum recipimus, non meretur culpari : non enim potest humana providentia divinum impedire consilium : nec enim solet ab infirmiore potior impediri, sed ab hoc ille regi atque duci, præcedente potiore, sequente infirmiore. Deus autem homini et vi præstat et prudentia et rebus ceteris. Quodsi igitur deo atque fortunæ tribuenda est causa, infamia Helena liberanda. Sin est violenter rapta et contra leges violata et injuste contumelia affecta, raptorem aut stupratorem peccasse fit manifestum, quæ rapta vero aut stuprata est, infortunium subiisse. Quod si sic est, is quidem, qui barbarus barbarum suscepit facinus tum verbo tum lege tum facto, et per verbum culpa et per legem infamia et per factum mulcta puniri debet; quæ autem violata fuit et patria atque amicis orbata, non potius misericordiam consequi quam convitia meretur? Nam ille gravia perpetravit, hæc tulit : quapropter hanc miserari, illum decet odisse.

4. Verum si sermo persuasit ac mentem decepit, hoc quoque facile his verbis excusari et dilui potest. Magnus est imperator sermo, qui minimo et obscurissimo corpore divinissimas res perficit; nam et metum finire et dolorem auferre potest, nec non efficere gaudium et augere misericordiam. Hæc autem ita se habere nunc ostendam. Oportet vero audientium præjudiciis succurrere. Equidem poesin omnem et existimo et voco mensura constantem sermonem, cujus auditores horrore sollicito et lacrymosa misericordia et desiderio replentur ad luctum proclivi, sic ut ex aliena felicitate vel infelicitate proprie per sermonem afficiatur animus : sed age ad alium sermonem nos convertamus. Etenim divinæ sermonum epodi tum delectationem afferunt tum dolorem auferunt : vis enim carminis cum animi opinione conjuncta fascino eum demulcet quo-

Idem : Καρκίνος.... Περὶ δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μνησίμαχόν φησι· « Συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρ« κίνος ὁ ποιητὴς εἰπών·

οὐκ οἶνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους
ὀρθῶς παγείσας * μεν * φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Cf. Lysiæ frag. 151. Literas μεν in versu secundo non habent codd. AB; Sauppius dedit : ... μένας φρένας. Cf. Fr. tragg. p. 87 Didot.

XCI. CONTRA MIXIDEMI ACCUSATIONEM, modo genuina sit oratio.

173.

Musæus. Lysias in oratione contra Mixidemi accusationem, si modo genuina hæc oratio est : « *Pueros ipsi pedissequos duos esse, quorum alterum vocet Musæum, alterum Hesiodum.* » De industria reum sic famulos vocasse patet. De Musæo autem Aristoxenus in Praxidamantiis dicit hunc virum ab aliis e Thracia oriundum, ab aliis indigenam ex Eleusine perhiberi. De eodem tum alii tum Glaucus dixerunt.

174.

Διῆρξα, *ad finem usque magistratum gessi*. Lysias in apologia adversus accusationem Mixidemi.

175.

Etiam alia quædam instituta peregrina, de quibus senatus Areopagiticus judicabat, apud Athenienses ἐπίθετα vocabantur, ut Lysias manifestum facit in oratione contra Mixidemi accusationem.

176.

Lechæum. In defensione adversus Mixidemi accusationem Lysias ait Lechæum sub Mnasippo archonte captum esse.

177.

Πρόπεμπτα. Lysias in oratione contra Mixidemi accusationem, modo genuina Lysiæ oratio sit.

178.

Προχειροτονία. Hæc Athenis tale quid fuisse videtur. Quum senatus de re aliqua consultasset, decretum ejus referebatur ad populum, qui in concione prius decernebat, utrum de senatus consulto deliberandum esset, an in eo acquiescendum. Subindicantur hæc in Lysiæ oratione adversus Mixidemi accusationem.

CXII. ADVERSUS MNESIMACHUM.

179.

De Carcino poeta tragico, Xenoclis filio, Lysias dicit in oratione adversus Mnesimachum : *Cum his facit etiam Carcinus poeta qui dixit :*

Haud vinum perculit; nam natura insitam
recteque compositam... mentem
nulla ciet ad peccandum occasio.

XCIII. ΚΑΤΑ ΜΝΗΣΙΠΤΟΛΕΜΟΥ.

180.

Photius Bibl. cod. 262 p. 489, b, 4 Bekk.: Τινὲς μὲν οὖν τῶν περὶ τοὺς ῥητορικοὺς διατριβόντων λόγους οὐκ ὀρθῶς ὑπήχθησαν εἰπεῖν περὶ Λυσίου ὡς ἀποδεῖξαι μὲν τὰ ἐγκλήματα παρ' ὀντιναοῦν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν τὸ προκεκριμένον ἔχει, αὐξῆσαι δὲ ταῦτα πολλῶν ἐνδεής· καὶ γὰρ ἐλέγχονται φανερῶς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων πολὺ τῆς ἐπ' αὐτῷ διασφαλλόμενοι κρίσεως· καὶ μάλιστά γε τούτους ὁ κατὰ Μνησιπτολέμου διελέγχει· θαυμαστῶς γὰρ τὴν κατηγορίαν πρὸς μέγεθος οὗτος ηὔξησε.

Idem ib. cod. 265, p. 491, b, 7: Ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτω (uti Demosthenis oratio de corona) πρόεισιν ὁ Λυσίου κατὰ Μνησιπτολέμου λόγος, ἐν πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις μέρεσι τὸ παθητικὸν φυλάξας οὐδὲ παυόμενος τῆς ἐπιφορᾶς ἀπέστη, ἐπέτεινε δὲ μᾶλλον, οὐδὲ κατὰ τὸ τέλος τοὺς ἀκροατὰς ἀποστὰς παροξύνειν.

XCIV. ΚΑΤΑ ΜΟΣΧΟΥ.

181.

Harpocratio: Δήμαρχος· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μόσχου· ἄρχων τις ἦν ὁ δήμαρχος· οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν προσόντων ἑκάστῳ δήμῳ χωρίων· ἔτι δὲ καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τούτοις ἦν, καὶ συνῆγον τοὺς δήμους ὁπότε δεήσειεν, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν. Τούτους δέ φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ ὑπὸ Κλεισθένους κατασταθῆναι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις. Ὅτι δὲ ἠνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι, δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.

XCV. ΠΡΟΣ ΝΑΥΣΙΑΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΥΠΟΥ.

« Quid sit τύπος, parum liquet, figuramne alicujus dei, an exemplar, an opus cælatum intelligi oporteat. » Sauppius.

182.

Pollux VII, 120: Καὶ κρηπιδαῖον δὲ μέρος οἰκοδομήματος, Λυσίου εἰπόντος ἐν τῷ περὶ τοῦ τύπου· « τοῦ γείσου συντετελεσμένου καὶ τοῦ κρηπιδαίου. »

183.

Suidas: Λιθουργικὴ καὶ λιθοτριβικὴ διαφέρει· ἡ μὲν λιθουργική, ἣν ἐν τοῖς μετάλλοις ἐργάζονται οἱ τέμνοντες τοὺς λίθους· ἡ δὲ λιθοτριβική ἐστιν, ἣν μετίασιν οἱ καταξαίνοντες καὶ κοσμοῦντες τοὺς λίθους, ὥστ' ἀπειληφέναι τὴν εὐπρέπειαν ἕκαστον τῶν ἔργων. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ναυσίαν περὶ τοῦ τύπου· « ἀλλὰ διὰ τὸ τρεῖς τέχνας ἐργάζεσθαι, τήν τε λιθουργικὴν καὶ λιθοτριβικὴν καὶ πρὸς τούτοις τὸ τετρυφηκέναι (τετρυπηκέναι conj. Valesius). » Cf. Bekk. An. p. 217, 33.

XCVI. ΥΠΕΡ ΝΗΣΟΚΛΕΟΥΣ.

184.

Harpocratio: Ἐπιδιατίθεσθαι. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Θεοπείθη ἐπιτροπῆς ἐπιλόγῳ. Τὸ δὲ πρᾶγμα αὐτὸ λέγεται ἐπιδιαθήκη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Νησοκλέους δηλοῖ. Cf. Lysiæ frg. 108.

XCVII. ΠΡΟΣ ΝΙΚΑΡΧΟΝ ΤΟΝ ΑΥΛΗΤΗΝ, εἰ γνήσιος.

185.

Idem: Ἀκμάζεις ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν νέων πράττεις Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητήν, εἰ γνήσιος.

XCIV. CONTRA MNESIPTOLEMUM.

180.

Nonnulli qui in rhetoricis versantur, non recte dixerunt de Lysia eum ostendere quidem crimina præ quovis oratorum antiquorum posse, amplificandis autem criminibus a multis superari. Nam ex orationibus ejus liquido patet a recto judicio longe eos aberrasse, ac maxime res patet ex oratione contra Mnesiptolemum in qua mirum in modum accusationem auget.

At non eo modo procedit Lysiæ contra Mnesiptolemum oratio, sed in omnibus quibus oportet partibus affectum servans, impetum non reprimit, sed magis subinde auget nec in fine quidem auditores excitare desinit.

XCIV. CONTRA MOSCHUM.

181.

Δήμαρχος. Lysias in oratione contra Moschum. Ὁ δήμαρχος, *pagi princeps*, magistratus quidam erat. Hi agros et loca ad singulos pagos pertinentia describebant, tabulas lexiarchicas custodiebant, pagosque, quum res postularet, convocabant et in suffragia mittebant. Eos Aristoteles in Atheniensium republica dicit a Clisthene institutos esse, eandem habentes curam quam antea habuerant *naucrari*. Demarchos pignora cepisse Aristophanes (fr. 412) in Mulieribus scenas occupantibus manifestum fecit.

XCV. AD NAUSIAM DE FIGURA.

182.

Κρηπιδαῖον quoque domus pars est, dicente Lysia in oratione de figura: « suggrundio confecto et fundamento. »

183.

Λιθουργική et λιθοτριβική differunt. Ars enim λιθουργική eorum est, qui lapides in metallis cædunt; λιθοτριβική vero eorum qui lapides poliunt et aptant, ut toti operi venustas et decus concilietur. Lysias in oratione contra Nausiam de figura: « Verum quia tres artes exercet et lapides cædendi, eosdem poliendi et præterea luxuriandi. »

XCVI. PRO NESOCLE.

184.

Ἐπιδιατίθεσθαι. Lysias in epilogo adversus Theopithem, de tutela.... Ipsa res dicitur ἐπιδιαθήκη, ut idem orator in oratione pro Nesocle declarat.

XCVII. AD NICARCHUM TIBICINEM, si genuina oratio.

185.

Ἀκμάζεις pro *juventilia facis* dicunt Hyperides in oratione contra Mantitheum, et Lysias in oratione adv. Nicarchum tibicinem, modo hæc genuina sit.

186.

Idem : Ἀντιγενίδας· Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητήν, εἰ γνήσιος. Υἱὸς οὗτος ἦν Διονυσίου, ἐνδοξότατος αὐλητής. Cf. Bekk. An. p. 410, 1.

XCVIII. ΠΡΟΣ ΝΙΚΙΑΝ ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΣ.

187.

Clemens Alex. Strom. VI, p. 626 Sylb.: Οὐδὲ ἐκεῖνα παραπέμψομαι· Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος

« τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε »,

Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ λέγει· « τὴν μὲν παρασκευήν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν σχεδόν τι πάντες εἴσεσθε (ἐπίστασθε And.). » Ὁμοίως καὶ Λυσίας (Νικίας codd.) ἐν τῷ πρὸς Νικίαν (Λυσίαν codd.) περὶ (ὑπὲρ codd.; em. S.) παρακαταθήκης· — « τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταί, « φησιν. » Καὶ μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης λέγει· « τὴν μὲν « παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν πα- « ράταξιν ». « Quod D. Ruhnkenius conjecerat, ut Niciam oratorem, de quo nihil traditum exstat, eliminaret, id oratione Isocratis vicesima prima, quæ Niciæ cuidam adversus Euthynum de deposito scripta est, luculenter confirmari optime L. Hœlscherus perspexit. Videtur igitur Lysias Euthyno se contra Niciam defensuro hanc orationem composuisse; quod paullo post Thrasybuli et exsulum in patriam reditum factum esse in Zimmermanni diurn. 1835 p. 407 monui. » Saupius.

XCIX. ΥΠΕΡ ΝΙΚΙΟΥ,

εἰ γνήσιος.

188.

Dionysius Hal. t. V, p. 483, 5 : Καὶ θαυμάζειν ἄξιον, τί δή ποτε παθὼν ὁ Θεόφραστος τῶν φορτικῶν καὶ περιέργων αὐτὸν (Lysiam) οἴεται ζηλωτὴν γενέσθαι λόγων καὶ τὸ ποιητικὸν διώκειν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθινόν. Ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδακότων καὶ δὴ καὶ τὸν Λυσίαν ἐν τούτοις καταριθμεῖται, τὸν ὑπὲρ Νικίου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων λόγον, ὃν εἶπεν ἐπὶ Συρακουσίων αἰχμάλωτος ὢν ὡς ὑπὸ τούτου γεγραμμένον τοῦ ῥήτορος παρατιθείς· κωλύσει δ' οὐδὲν ἴσως καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου· ἔστι δὲ ἥδε· « Ἀντίθεσις δ' ἐστὶ τριττῶς, « ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ « ἢ τοῖς ἐναντίοις [τὰ] ἐναντία προσκατηγορηθῇ· το- « σαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. Τούτων δὲ τὸ « μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες, καθαπερεὶ ποίημα· « διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ· φαίνεται γὰρ « ἀπρεπὲς σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι τοῖς ὀνόμασι « παίζειν καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν· ἐκλύει γὰρ « τὸν ἀκροατήν. Οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου « ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν· « Κλαίω τὸν ἀμά- « χητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. — Ἱκέται μὲν αὐτοὶ « τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς « ἀποφαίνοντες. — Ἀνακαλοῦντές τε συγγένειαν [καὶ] « εὐγένειαν. » Ταῦτα γὰρ εἰ μὲν τῷ ὄντι Λυσίας ἔγραψε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο, χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ. Εἰ δὲ ἑτέρου τινός ἐστιν ὁ λόγος, ὥσπερ ἐστίν, ὁ κατηγορῶν ἃ μὴ προσῆκε τοῦ ἀνδρὸς

186.

Antigenidas, cujus Lysias meminit in oratione ad Nicarchum tibicinem (modo reapse Lysiæ oratio sit), filius erat Dionysii, tibicen clarissimus.

XCVIII. ADVERSUS NICIAM DE DEPOSITO.

187.

Neque illa prætermittam. Cratinus in Pytine quum dixisset :

Apparatum quidem fortasse cognoscitis,

Andocides orator (or. 1 init.) dicit : « Apparatum quidem, o judices, et contentiones adversariorum meorum omnes propemodum scitis. » Similiter etiam Lysias in oratione ad Niciam de deposito ait : « Apparatum quidem et contentionem adversariorum videtis, o judices. » Et post hunc Æschines (or. 3 § 1) ait : « Apparatum quidem videte, Athenienses, et instructam quasi aciem. »

XCIX. PRO NICIA.

188.

Mirari sane licet quo tandem pacto Theophrastus credere potuerit Lysiam fastuosum et affectatum orationis genus sectari et factitium magis artificium quam naturalem simplicitatem. In iis scilicet quæ *de dictione* scribit, tum ceteros reprehendit qui in antithesibus et comparibus et similibus colis aliisque id genus figuris operam posuerint, tum Lysiam quoque in eorum numero recenset, orationem pro Nicia Atheniensium duce scriptam, quam ille apud Syracusanos captivus dixerit, tamquam a Lysia oratore compositam exempli loco proponens. Sed nihil, opinor, impediet, quominus ipsa Theophrasti verba apponamus; sunt vero hæcce : « Antithesis fit tripliciter, quum vel eidem contraria, vel contrario eadem, vel contraria contrariis opponuntur; tot enim modis possunt conjugari; sed paria et similia componere ludicrum est, quasi poema; quare etiam minus convenit studio. Apparet enim haud decore eum, qui rebus studet, ludere verbis, et dictione affectum tollere : id enim auditorem languidum reddit. Sic Lysias in defensione Niciæ ad commiserationem auditores movere cupiens ait : « Ploro perniciem quæ nec pugna nec prœlio navali vinci potuit. » — « Supplices ad deorum aras sedentes, et nos jurisjurandi proditores esse declarantes. » — « Invocantes generis affinitatem et nobilitatem. » Sane quidem, si reapse hæc Lysias scripsit, merito culpandus est, quod ejusmodi verborum jocis in injucundo temporis momento indulserit. Si vero alius cujusdam est, sicuti revera est, oratio, ipse Theophrastus potius, qui hunc injuste incusat, reprehendendus est. Sed non scripsisse Lysiam illam pro Nicia orationem, nec spiritum hujus oratoris neque dictionem scriptum istud prodere, quum multis argumentis demonstrare possem, non hoc tamen loco demonstrandi opportunitas est.

μεμπτότερος. Ὅτι δὲ οὐχ ἔγραψε Λυσίας τὸν ὑπὲρ Νικίου λόγον οὐδ' ἔστιν οὔτε τῆς ψυχῆς οὔτε τῆς λέξεως ἐκείνης τὸ γράμμα πολλοῖς πάνυ τεκμηρίοις ἀποδεῖξαι δυνάμενος οὐχ ἔχω καιρὸν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ.

C. ΚΑΤΑ ΝΙΚΙΔΟΥ ΑΡΓΙΑΣ,

εἰ γνήσιος.

Νικίδου nomen in libris mss. et in editt. habes fr. 193. 195. 196. 197; idem in Νικιδίου leviter corruptum fr. 190 et 192. Ceteris locis, fr. 191. 194. 194 a, editiones Harpocrationis habent Νικίου; sed Νικίδου ex optimo codice A reposuit Sauppius; similiter in fr. 189 Νικίδου scribendum esse patet. — Apud Harpocrationem v. ἐπιβλῆτας (v. fr. 172) quum communi, ut videtur, codicum consensu citetur oratio κατὰ Νικίου φόνου, quæritur an talis Lysiæ oratio exstiterit, an κατὰ Μικίνου φόνου legendum sit. Hoc placuit Sauppio. Quod nostram κατὰ Νικίδου ἀργίας orationem attinet, ea, Sauppius ait, parum abfuit quin adhuc exstaret. « Erat enim tricesima prima codicis Palatini, quum adhuc integer esset; sed quaternio sextus decimus, in quo scripta fuerat, casu importunissimo perditus est. Cf. epist. crit. ad G. Herm. p. 8. sq. »

189.

Diogenes Laert. I, 55, de Solone : Δοκεῖ δὲ καὶ κάλλιστα νομοθετῆσαι.... Καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νεικείδου ed. Menagii; Νικίου cett.) Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι.

190.

Harpocratio : Διαγράψασθαι Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου, εἰ γνήσιος, ἀντὶ τοῦ ἀνελέσθαι τὸ ἔγκλημα. Cod. I : κατανικιδιου; Bekker. κατὰ Νικιδίου.

191.

Idem : Δωροξενία· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νικίου Bekk.). Ἐξηγήσατο τοὔνομα Ὑπερείδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας οὕτω γράφων... V. Hyperidis fragmenta.

192.

Idem : Εὔθυνοι· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νικιδίου Bekk.), εἰ γνήσιος. Εὔθυνοι ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις· ι' τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας. Διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

193.

Idem : Θετταλός· Λυσίας κατὰ Νικίδου. Εἷς τῶν Κίμωνος παίδων Θετταλὸς ἐκαλεῖτο, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως.

194.

Idem : Ἰτεαῖος· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νικίου Bekk.). Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος Ἰτέα, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ἰτεαῖος, ὥς φησι Διόδωρος. Cf. Fragm. Cantabr. lex. rhet. ad calcem Photii p. 671, 5.

194 a.

Idem : Κηττοί· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νικίου Bekk.) ἀργίας. Δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος, ὡς Διόδωρος ὁ περιηγητής φησιν.

195.

Idem : Ὀβολοστατεῖ ἀντὶ τοῦ δανείζει Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Νικίου unus cod. C.), εἰ γνήσιος. Cf. Lysiæ frg. 153.

196.

Idem : Ποταμός· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου ἀργίας. Ποταμὸς δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὗ ὁ δημότης

C. CONTRA NICIDAM DE INERTIA,

modo genuina sit oratio.

189.

Solon præclare etiam leges tulisse videtur... Eum, qui vitam in otio transigit, accusare cuivis liberum esto. Lysias vero in oratione contra Nicidam, Dracontem ait scripsisse hanc legem, Solonem vero tulisse.

190.

Διαγράψασθαι, *actionem expunxisse*, Lysias in oratione contra Nicidam, modo ea genuina sit.

191.

Δωροξενία. Lysias in oratione contra Nicidam. Exposuit de hoc vocabulo Hyperides in or. contra Aristagoram.

192.

Εὔθυνοι. Lysias in oratione adversus Nicidam, modo ea genuina sit. Εὔθυνοι nomen magistratus apud Athenienses. Decem fuere, apud quos qui legatione functi erant, aut magistratum gesserant, aut aliquid rerum publicarum administraverant, rationes reddebant. Disseruit de his Aristoteles in republica Atheniensium.

193.

Thessalus. Lysias in or. contra Nicidam. Unus e Cimonis filiis Thessalus dicebatur, ut Heliodorus refert in opere De acropoli.

194.

Itexus. Lysias in or. contra Nicidam. Itea est pagus Acamantidis tribus, cujus paganus Iteæus dicitur, teste Diodoro periegeta.

194 a.

Cetti. Lysias in or. contra Nicidam de inertia. Pagus est Leontidis tribus, ut ait Diodorus periegeta.

195.

Ὀβολοστατεῖ, *fœneratur*. Lysias in or. contra Nicidam, modo genuina sit.

196.

Potamus. Lysias in or. contra Nicidam de inertia. Potamus est pagus Leontidis tribus, cujus civis vocatur Po-

Ποτάμιος. Ἐχωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις.

197.

Idem : Πτώματα ἐλαιῶν· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου. Λέγοι ἂν ἤτοι τὸν καρπὸν τὸν ἀποπεπτωκότα τῶν φυτῶν, ἢ αὐτὰ τὰ δένδρα κατά τινα τύχην πεπτωκότα.

CI. ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΔΗΜΟΝ ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΒΟΥΛΟΝ.

198.

Idem : Ξύστις· Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικόδημον καὶ Κριτόβουλον. Γυναικεῖόν τι ἔνδυμά ἐστιν ἡ ξύστις πεποικιλμένον, ὡς δῆλον ποιοῦσιν ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν καὶ Ἀντιφάνης ἐν Εὐπλοίᾳ· « ὥσπερ ξύστιδα », ὥσπερ τὸ ποικίλως ὑφασμένον. Ἔστι μὲν καὶ τραγικόν τι ἔνδυμα οὕτω καλούμενον, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις· ἔστι δὲ καὶ ἱππικὸν ἔνδυμα, ὡς Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

CII. ΥΠΕΡ ΝΙΚΟΜΑΧΗΣ.

199.

Marcellinus in Hermog. Στάσεις t. IV, p. 324, 30 Walz : Ἰστέον δὲ ὡς τὸ παραγραφικὸν τὸ ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος τότε μόνον θέλει ἐμπίπτειν ὁ Μαΐωρ, ὅταν διάφοροι τῶν στρατηγῶν αἱ πράξεις, ὅταν δὲ μία ἡ ποιότης ᾖ, ὥσπερ τῶν ι' νέων, οὐκ ἔχει χώραν τὸ κεφάλαιον. « Ἀμέλει, φησίν, ὁ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Νικομάχης διώκων Ἐχφαντίδην καὶ Διοφάνην οὐκ ἦλθεν ἐπὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτο, διὰ τὸ μίαν εἶναι ἀμφοτέρων τὴν ποιότητα. Vox στρατηγῶν corrupta fuerit; κατηγορουμένων dedit Sauppius; ad literas propius accederet παρατεταγμένων. De causa decem juvenum vide t. IV, p. 317; V, p. 124, 13 Walz.

CIII. ΠΡΟΣ ΞΕΝΟΦΩΝΤΑ vel ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΝ.

200.

Photius Lex. : Συγκομιδή· ὡς ἐπὶ καρπῶν. Θουκυδίδης ἐν γ'· « καὶ ἐν συγκομιδῇ καρποῦ ἦσαν. » Καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα· « συγκομίσας δ' ὀπώραν (δὲ δῶρα codd.) καὶ ἀποδόμενος τὸν ἀγρόν. Pro Ξενοφῶντα Etym. M. p. 733, 23 et Varinus lex. s. v. habent Ξενοκράτην. Lectio ὀπώραν debetur Scheibio. Pro ἀγρόν, quod Et. M. habet, apud Photium et Suidam legitur ἀργύριον. Denique ἀποδοὺς, pro ἀποδόμενος est ap. Et. M. et Varinum.

CIV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΝΟΜΑΚΛΕΟΥΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ.

« Cum Lysias etiam pro Phrynichi filia orationem composuisse tradatur, quam suo loco posuimus, haud improbabilis conjectura est, hunc Onomaclem eum esse, quem Theopompo archonte Ol. 92, 2 capite damnatum esse biographus decem oratorum narrat, sed evasisse et postea in triginta virorum numero fuisse intelligimus (cf. Sievers. Comment. de Xen. Hellen. p. 71 et 95. Scheibius de rebus Ath. ab optim. mutatis p. 58). M. Meierus (de lit. att. p. 458) miratur, quomodo de filiabus horum hominum, quorum bona publicata fuerant, lites oriri potuerint. Sed vel Patroclidæ populiscito vel amnestiæ lege liberi eorum videntur restituti esse. Antiphontis, cujus filiæ Lysias item orationem scripsit, causa alia erat : cf. Lysiæ frg. 25. » Sauppius.

201.

Harpocratio : Πεντακοσιομέδιμνον· Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀνομακλέους θυγατρός. Ὅτι δ' τέλη ἐποίησεν Ἀθηναίων ἁπάντων Σόλων, ὧν ἦσαν καὶ οἱ πεντακοσιομέδιμνοι, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

202.

Idem : Ὑβάδαι· Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀνομακλέους θυγατρός. Ἔστι δὲ δῆμος τῆς Λεοντίδος.

---

tamius. Exagitabantur autem a comicis, ut qui facile reciperent præter jus in album relatos, ut præter alios testatur Menander in Sororibus geminis.

197.

Πτώματα ἐλαιῶν. Lysias in or. contra Nicidam. Aut deciduos olearum fructus sic dixerit, aut ipsas arbores quæ fortuito cecidere.

CI. ADVERSUS NICODEMUM ET CRITOBULUM.

198.

Ξύστις. Lysias in or. adversus Nicodemum et Critobulum. Muliebre quoddam indumentum variegatum xystis est, ut docent quum alii comici tum Antiphanes in Euplœa : « *velut xystidem*, » i. e. velut vestem varie textum. Est etiam tragicum quoddam indumentum quod sic dicitur, ut Cratinus in Horis palam facit; denique etiam equestre indumentum est, ut liquet e Nubibus Aristophanis.

CII. PRO NICOMACHE.

199.

Sciendum vero adscriptionem a potiori, ex Majoris sententia non admittendam esse, nisi ubi diversæ sint reorum actiones, neque locum eam habere ubi una eademque sit qualitas, ut v. g. in causa decem juvenum. Itaque Lysias, inquit, in oratione pro Nicomache Ecphantidem et Diophanem reos agens, non venit ad hoc caput, quoniam eadem est amborum qualitas.

CIII. ADVERSUS XENOPHONTEM VEL XENOCRATEM.

200.

Συγκομιδή, *collectio*, dicitur v. c. de frugibus. Thucydides libro tertio (c. 15) : « Et in frugibus colligendis occupati erant. » Et Lysias in oratione ad Xenophontem : « *Quum autem fructus collegisset et agrum reddidisset.* »

CIV. DE ONOMACLIS FILIA.

201.

Πεντακοσιομέδιμνον. Lysias in or. de Onomaclis filia. Solon Atheniensium classes quattuor fecit, e quibus fuere etiam πεντακοσιομέδιμνοι, *quingentis medimnis censi*, ut Aristoteles docuit in Atheniensium republica.

202.

Hybadæ, pagus Leontidis tribus. Lysias in oratione de Onomaclis filia.

CV. ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΦΑΣΙΝ ΤΟΥ ΟΡΦΑΝΙΚΟΥ ΟΙΚΟΥ.

« Hæc non verba Lysiæ esse, sed orationem sic inscriptam fuisse jam ante M. Meierum (de lit. att. p. 247) G. Hermannus viderat (ad Photii Lex. p. 767 Pors.). De re ipsa cf. Meier. l. d. p. 250, qui intellexit hac oratione tutorem aliquem accusatum causam suam defendisse. » S.

203.

Idem : Φάσις λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ δημοσίου ἐγκλήματος, ὅταν τις ἀποφαίνῃ [τι add. Suid.] τῶν δημοσίων ἔχοντά τινα μὴ πριάμενον, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων. ὅτε γὰρ μὴ ἐκμισθώσαιεν οἱ ἐπίτροποι τὸν οἶκον τῶν ἐπιτροπευομένων, ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα, ἵνα μισθωθῇ· ἔφαινε δὲ καὶ εἰ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν μεμίσθωτο. Τοῦ μὲν οὖν προτέρου τὰ μαρτύρια ἔνεστιν εὑρεῖν παρά τε Δεινάρχῳ καὶ Δημοσθένει, τῆς δὲ περὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων φάσεως παρὰ Λυσίᾳ (Λυκούργῳ E. M.) πρὸς τὴν φάσιν τοῦ ὀρφανικοῦ οἴκου. Eadem Photius Lex., Suidas, Etym. Magn. p. 788, 50.

CVI. ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑΛΕΟΝΤΟΣ.

« Qui Theomnestum accusat (Lys. or. 10 § 5), se a Pantaleonte, patruo et tutore suo, patrimonio spoliatum esse dicit. Jure igitur videntur homines docti conjecisse, hanc orationem in eundem illum Pantaleontem habitam esse eumque esse planum illum, de quo Athenæus 14 p. 616. A dixit : cf. Meinek. com. gr. 1 p. 241. Th. Bergk. epist. ad C. Schiller. p. 136 sq. Fortasse Pantaleon frater erat Leontis Salaminii, quem a triginta viris cæsum esse novimus. Ab iisdem patrem suum occisum esse dicit accusator Theomnesti l. d. Quanquam homo ille etiam Παντολέων dici poterat, Πανταλέοντα dictum esse testimonia plura et certiora fidem faciunt. » S.

204.

Schol. Luciani p. 256 ed. Jacobitz. : Ποῦ κεῖται ὁ ζῆλος ἐπὶ τοῦ γυναικὸς ἐρᾶν, ἐζήτησεν ὁ Διονυσόδωρος. Λέγουσι γὰρ τίθεσθαι τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ μακαρίζειν καὶ ἐπὶ τοῦ φθονεῖν. Οὕτω δ' ἐπὶ τοῦ ζηλοτυπεῖν, τουτέστι περὶ γυναῖκας μαίνεσθαι, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Παντολέοντος.

205.

Pollux IV, 23 : Ἱκανότης δὲ εἴρηκε Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Πανταλέοντος ἐπὶ τοῦ ἱκανοῦ λέγειν.

Bekk. An. p. 100, 17 : Ἱκανότης· Λυσίας πρὸς Πανταλέοντα.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΕΜΟΝ.

Videatur oratio πρὸς Τληπόλεμον, fragm. 227.

CVII. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΚΛΗΡΟΥ.

« Orationem sic inscriptam fuisse M. Meierus docuit (de lit. att. p. 457). » S.

206.

Rutilius Lupus De fig. sentent. et eloc. II, § 8 : *Brachylogia. Hoc fieri solet, cum orator brevitate sententiæ præcedit auditoris exspectationem. Lysiæ : « Quæres a me, quo juro obtinere possim. Quo jure? Mihi Polyænus reliquit, prætor dedit possessionem, leges me defendunt, ad te non pertinent, hi veritatem sequuntur. »*

CVIII. ΚΑΤΑ ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

207.

Harpocratio : Ἀπολαχεῖν ἀντὶ ἁπλοῦ τοῦ λαχεῖν Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Φιλίνου, Λυσίας κατὰ Ποσειδίππου. Cf. Bekk. Anecd. p. 217, 3. 430, 9.

CIX. ΠΡΟΣ ΠΥΘΟΔΗΜΟΝ ΑΠΟΣΤΑΣΙΟΥ, εἰ γνήσιος.

« Pythodemus libertum ἀποστασίου accusaverat. Liberto coram polemarcho se defensuro Lysias orationem scripserat. » S.

208.

Pollux VII, 17 : Τὴν δὲ θεράπαιναν καὶ θρεπτὴν ἐρεῖ, ὅστις βούλοιτο ἕπεσθαι Φερεκράτει εἰπόντι ἐν

CV. ADVERSUS ACTIONEM DE PATRIMONIO PUPILLARI.

203.

Φάσις dicitur et de accusatione publica, quum quis criminatur alterum publici quid habere quod non emerit, et de indicio propter pecunias pupillares. Quum enim pecunias pupillorum non elocassent, quivis nomen eorum ad archontem deferebat, ut elocarentur. Deferebatur item nomen eorum, si minoris quam oportebat elocatæ fuissent. Et prioris quidem significationis testimonia reperire licet apud Dinarchum et Demosthenem; posterioris autem, quæ spectat ad opes pupillares, apud Lysiam in oratione adversus actionem de patrimonio pupillari non recte elocato.

CVI. CONTRA PANTALEONTEM.

204.

Ubinam ζῆλος vocabulum de amore in mulierem occurrat quæsivit Dionysodorus. Dicunt enim usurpari id ubi sermo sit de aliquo qui vel beatum aliquem ducat vel alicui invideat. Sed de zelotypia sive de insano circa mulieres studio adhibetur apud Lysiam in oratione contra Pantaleontem.

205.

Ἱκανότης de facultate oratoria dicitur apud Lysiam in oratione contra Pantaleontem.

CVIII. CONTRA POSIDIPPUM.

207.

Ἀπολαχεῖν pro simplici λαχεῖν, *sortito accepisse*, dicunt Antiphon in or. contra Philinum et Lysias in or. contra Posidippum.

CIX. ADVERSUS PYTHODEMUM DE LIBERTI DEFECTIONE.

modo genuina sit oratio.

208.

Famulam θρεπτήν nominaverit, si quis Pherecratem se-

Μυρμηκανθρώποις « Μανίαν θρεπτήν ». Ἔστι δὲ τοὔνομα καὶ ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Πυθόδημον (Πειθόδημον vgo) ὑπὲρ ἀποστασίου.

209.

Harpocratio : Τῆτες ἀντὶ τοῦ τούτῳ τῷ ἔτει Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Πυθόδημον ἀπολογίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, Ἀριστοφάνης Γήρᾳ, καὶ οἱ ἄλλοι.

[CIX a. ΥΠΕΡ ΣΑΤΥΡΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ ΠΡΟΣ ΧΑΡΙΔΗΜΟΝ.]

210.

Photius Bibl. cod. 265, p. 491, b, 29 : Καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐχ ἱκανὸς ὢν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει· τινὲς δὲ αὐτὸν ὑπεβάλοντο Λυσίᾳ, καίτοι καὶ τὸν χρόνον ἔχοντες αὐτοῖς διαμαχόμενον καὶ τὸν τύπον ἅπαντα τῆς ἐργασίας καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἑρμηνείαν. « Oratio deperdita est : eam vero ob id ipsum non jam exstare, quod Callimachus eam non in demosthenicis posuerat, ostendi epistolæ crit. ad G. Hermannum datæ p. 49. » S.

CX. ΠΡΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΑ.

211.

Antiatticista in Bekk. Anecd. p. 109, 3 : Μυκείαν· Λυσίας πρὸς Σοφοκλέα.

CXI. ΚΑΤΑ ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ ΕΞΟΥΛΗΣ.

212.

Harpocratio : Ἐξούλης, ὄνομα δίκης ἣν ἐπάγουσιν οἱ φάσκοντες ἐξείργεσθαι τῶν ἰδίων κατὰ τῶν ἐξειργόντων. Εἴρηται μὲν οὖν τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν, ὅ ἐστιν [ἐξείργειν καὶ add. Suidas] ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν· δικάζονται δὲ ἐξούλης κἀπὶ τοῖς ἐπιτιμίοις οἱ μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ προσηκούσῃ προθεσμίᾳ, ὑπερημέρων γιγνομένων τῶν καταδικασθέντων. Οἱ δὲ ἁλόντες ἐξούλης καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν ἃ ἀφῃροῦντο αὐτοῦ, καὶ τῷ δημοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα. Ἐδικάζετο δὲ ἐξούλης καὶ ὁ χρήστης κατέχειν ἐπιχειρῶν κτῆμα τοῦ χρεωστοῦντος καὶ κωλυόμενος ὑπό τινος. Καὶ ἐπεργασίας δέ τις εἰ εἴργοιτο, δίδωσιν ὁ νόμος δικάζεσθαι πρὸς τὸν εἴργοντα ἐξούλης, καὶ περὶ ἀνδραπόδου δὲ καὶ παντὸς οὗ φησί τις αὐτῷ μετεῖναι. Ταῦτα δὲ σαφῶς Ἰσαῖος διδάσκει καὶ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Στρατοκλέους ἐξούλης. Δείναρχος μέντοι ἐν τῇ Κροκωνιδῶν διαδικασίᾳ ἰδίως κέχρηται τῷ τῆς ἐξούλης ὀνόματι ἐπὶ τῆς ἱερείας τῆς μὴ βουλομένης τὰ ἴδια δρᾶν. Ὅτι δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐκβαλλομένου τάττεται τοὔνομα, καὶ οὐχ, ὡς οἴεται Καικίλιος, μόνων τῶν ἐκ καταδίκης ὀφειλόντων, καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις δῆλον ποιεῖ. Cf. Suidas.

CXII. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

213.

Cicero De orat. I, 54, 231 : *Imitatus est homo romanus et consularis* (P. Rutilius) *veterem illum Socratem, qui cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse judicum. Quin etiam cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit, sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et orato-*

---

qui voluerit in Myrmecanthropis sic dicentem : Μανίαν θρεπτήν, *Maniam servam*. Idem nomen apud Lysiam quoque in or. adversus Pithodemum de defectione.

209.

Τῆτες, *hoc anno*, Lysias in defensione adversus Pythodemum, modo Lysiæ sit, Aristophanes in Γήρᾳ et ceteri.

[CIXa. PRO SATYRO DE TUTELA ADVERSUS CHARIDEMUM]

210.

Orationem quoque pro Satyro de tutela adversus Charidemum scriptam ii qui sincero judicio pollent Demosthenis esse ajunt; Callimachus vero, judex parum idoneus, Dinarcho tribuit. Nonnulli eam Lysiæ vindicarunt, quamquam et temporum ratione hæc sententia impugnatur et forma operis et rebus et elocutione.

CX. ADVERSUS SOPHOCLEM.

211.

Μυκείαν (?), Lysias in or. adversus Sophoclem.

CXI. CONTRA STRATOCLEM DE VI.

212.

Ἐξούλης, nomen actionis, quam ii qui dicunt se a suis bonis arceri, intendunt illis qui ipsos arcent. Ductum est nomen ab verbo ἐξίλλειν, quod est excludere, expellere, ejicere. Hanc autem actionem de vi instituunt etiam illi qui multas aliquibus irrogatas non recipiunt intra convenientem temporis præscripti diem, quod damnati tempus præscriptum præterierint. Qui tamen de vi convicti erant, non solum ei qui ipsos reos peregerat restituebant quæ abstulerant, sed etiam reipublicæ persolvebant ea quæ fuerant æstimata. Eadem actione de vi utebatur creditor, qui quum conaretur bona debitoris retinere, ab aliquo impediebatur. Porro si quis operis absolutione prohiberetur, lex ei adversus prohibentem dabat actionem de vi; item et de mancipio et de quavis re quam quis ad se ex parte pertinere diceret. Clare hæc Isæus docet et Lysias in oratione adversus Stratoclem de vi. Dinarchus vero in Croconidarum controversia peculiariter usus est hac ἐξούλης voce de quadam sacerdote quæ res suas curare nolebat. Porro nomen hoc in omnes cadere qui e bonis suis ejiciantur, non vero, ut Cæcilius censet, in eos solos qui ex judicato debeant, Phrynichus quoque in Runcatricibus palam facit.

riam videri, fortem et virilem non videri. Cf. Quintil. Inst. orat. II, 15, 30; 11, 19 sqq.

Valerius Max. V, 4 : *Socrates autem, græcæ doctrinæ clarissimum columen, cum Athenis caussam dicturus esset defensionemque ei Lysias a se compositam, qua in judicio uteretur, recitasset, demissam et supplicem imminentique procellæ accommodatam, « Aufer », inquit, « quæso istam : nam ego si adduci possem, ut eam in ultima Scythiae solitudine perorarem, tum me ipse morte multandum concederem. »*

Diogenes Laert. II, 40 : Ὁ δ' οὖν φιλόσοφος Λυσίου γράψαντος ἀπολογίαν αὐτῷ διαγνοὺς ἔφη· « Καλὸς μὲν ὁ λόγος, ὦ Λυσία, οὐ μὴν ἁρμόττων ἐμοί. » Δηλαδὴ γὰρ ἦν τὸ πλέον δικανικὸς ἢ ἐμφιλόσοφος. Εἰπόντος δὲ τοῦ Λυσίου « Πῶς, εἰ καλός ἐστιν ὁ λόγος, οὐκ ἄν σοι ἁρμόττοι; « ἔφη· » Οὐ γὰρ καὶ ἱμάτια καλὰ καὶ ὑποδήματα εἴη ἂν ἐμοὶ ἀνάρμοστα ; »

Stobæus Floril. VII, 56 : Σωκράτους φεύγοντος τὴν δίκην Λυσίας λόγον τινὰ συγγράψας ἦλθεν αὐτῷ κομίζων καὶ ἐκέλευε χρήσασθαι. *** Τοῦ δὲ Λυσίου εἰπόντος καὶ μὴν κάλλιστον αὐτὸν εἶναι, « Καὶ τὰ ῥόδα, ἔφη, κάλλιστά ἐστιν, ἀλλ' οὐ πρέπειν αὐτῷ τὸ στεφάνωμα. » « Τεθνήξῃ τοίνυν, « ἔφη ὁ Λυσίας, » εἰ μὴ οὕτως ἀπολογήσῃ. » Ὁ δὲ, « Εἰ γὰρ, » ἔφη, « καὶ μὴ νῦν, πάντως τεθνήξομαι. »

Vit. X oratt. p. 836, B: Εἰσὶ δ' αὐτῷ (Lysiæ) καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι ... καὶ Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν. « Quanquam hæc magis lepidæ fabulæ quam veritatis speciem præ se ferunt, tamen fidem non prorsus derogaverim, cum Lysiam facile hoc familiaritati quæ patri cum Socrate fuerat conjunctissimæ dare potuisse appareat. Sed quæ Antiatticista Bekkeri et interpres Platonis habeant, cum L. Hœlscher (p. 199) ad hanc orationem referat, M. Meier vero (de Andocidis or. contra Alcibiadem 3 p. XIV) ad declamationem, quam multo post Polycratis accusationi Lysias opposuisse traditur, pertinere existimet, Meieri judicium sequor. Hanc enim declamationem a grammaticis usurpatam esse interpres Aristidis testimonio suo docet, quæ vero de oratione illa narrantur, omnia ita comparata sunt, ut auctores rem ab aliis acceptam repetivisse videantur. Aliter locutos fuisse puto, si orationem vel ipsi cognovissent vel cognoscere potuissent. » Sauppius.

CXIII. ΥΠΕΡ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΝ.

« Polycratem aliquot annis post Socratis mortem accusationem scripsisse, Lysiæ igitur defensionem illi oppositam a priore illa, quam Socrati ipsi caussam capitis dicturo obtulerat, diversam fuisse infra videbimus, cum ad Polycratem venerimus. » S.

214.

Schol. codd. BD ad Aristidis Panathen. p. 187, 20 (t. III, p. 319, 35 Dindf.; p. 103 Frommel.) : Ἀγάλματα διιπετὲς Παλλάδιόν φησι τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημοφῶν (Δημόφιλος codd.) παρὰ Διομήδους ἁρπάξας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ. Λέγοι δ' ἂν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων, τοῦ τε κατ' Ἀλαλκόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν παρὰ τῶν Γεφυρῶν καλουμένων, ὡς Φερεκύδης καὶ Ἀντίοχος ἱστοροῦσι, καὶ τῶν κατενηνεγμένων ἐν τῇ τῶν Γιγάντων μάχῃ, ὡς ἐν ἀγράφοις ὁ Φύλαρχός φησι. Κατ' Ἀλαλκόμενον C. O. Muellerus (ad Æsch. Eumen. p. 106); καταλκομένον B, καταλυόμενον reliqui. Τῶν παρὰ τῶν γεφυρῶν ego in Add. ad Fr. hist. t. IV, p. 639. τῶν περὶ αὐτῶν γεφυρῶν codd. BD, τῶν περὶ αὐτεφυρῶν reliqui; τῶν παρ' αὐτοῦ Γεφυραίων καλουμένων Schneidewin. Conj. crit. p. 163; τοῦ παρὰ τῶν Γεφυρῶν καλουμένου Sauppius.

Schol. cod. C. ad l. l. : Ἦσαν δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει τρία ἀγάλματα· ... καὶ τὰ μὲν ἐκ τέχνης ταῦτα· ἵστατο δὲ πρὸ τούτων ἕτερον διοπετές· ἐν γὰρ τῇ Τροίᾳ φασὶν ἐξ οὐρανοῦ τουτὶ πεπτωκέναι. Λαβόντος δὲ Διομήδους ἁρπάσας ἀπὸ τούτου Δημοφῶν (Δημόφιλος codd.) Ἀθήναζε ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ φησίν.

CXII. SOCRATIS DEFENSIO.

213.

Philosophus vero, quum illi Lysias quam pro eo scripserat apologiam recitasset, « Bona, inquit, et præclara est oratio, Lysia, mihi tamen non congruens. » Erat enim illa judiciali instituto vicinior quam philosophico. Percontanti Lysiæ, cur si bona esset, ipsi non congrueret oratio, « Nonne, inquit, et indumenta et calceamenta speciosa esse possunt, neque tamen mihi accommodata? »

Socrati reo Lysias orationem ab ipso compositam attulit eaque uti in judicio jussit. *Recusante philosopho,* Lysia autem orationem pulcherrimam esse dicente, Socrates, « Rosæ quoque, inquit, pulcherrimæ sunt, at non me deceret corona rosacea. » *Morieris* igitur, Lysias respondit, nisi sic te defenderis. » Ille vero : « Etiamsi non nunc, inquit, omnino tamen moriendum est. »

CXIII. PRO SOCRATE ADVERSUS POLYCRATEM.

214.

Cœlitus delapsum Palladium Aristides dicit Trojanum illud, quod Demophon Diomedi eripuit et Athenas transportavit, ut Lysias testatur in oratione pro Socrate adversus Polycratem. Sed fortasse dixit Aristides etiam de ceteris Palladiis cœlitus delapsis, de eo scilicet quod Alalcomeni autochthonis tempore decidit, et de iis quæ a pontibus nomen habent, ut Pherecydes et Antiochus narrant, necnon de iis quæ in Gigantum pugna deciderunt, ut in Agraphis Phylarchus ait.

Erant tria in arce Minervæ simulacra arte factæ. Ante hæc aliud stabat cœlitus delapsum. Apud Trojanos scilicet de cœlo hoc decidisse aiunt, ubi cepit Diomedes, huic vero Demophon eripuit et Athenas transtulit, ut Lysias ait in oratione pro Socrate adversus Polycratem.

215.

Schol. ad Aristidis p. 133, 16 (t. III, p. 480 Dindf.; p. 180 Frommel.) : Ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν Ὀδυσσέα τότε ᾐτιᾶτο θόρυβον ἐν τῷ στρατοπέδῳ ποιεῖν, ὃς τοὺς ἄλλους τοῦ θορυβεῖν ἔπαυεν. [Οὐκέτι αὐτὸν λέγει τὸν Πλάτωνα, ἀλλ' ἕτερον εἰσάγει τινά. Τοῦτο δ' οὐκ ἀργῶς εἶπεν, ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδε τὸν Σωκράτην πρὸς τοὺς νέους ἀεὶ τὸν Ὀδυσσέα θαυμάζοντα [καὶ] τὴν τοιαύτην πρᾶξιν, ὡς Πολυκράτης ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ φησὶ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ αὐτοῦ, ὁ μὲν συνιστῶν ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἐκ τούτου καταλύειν ἐπεχείρει, ἐπαινῶν τὸν Ὀδυσσέα τοῖς μὲν βασιλεῦσι ἐπαινοῦντα λόγῳ, τοὺς ἰδιώτας δὲ τύπτοντα, [ὁ δὲ] οὐδὲν λέγων φροντίζειν μᾶλλον αὐτὸν τῆς τάξεως. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ αὐτὸς τίθησιν.

216-218.

Schol. Platonis p. 330 Bk., p. 893 Turic.: (Ἀνύτου) μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ.

Idem p. 330 Bk., p. 893 Turic.: Μέμνηται αὐτοῦ (Μελήτου) καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ.

Antiatticista in Bekk. Anecd. p. 115, 8: Ὑπουργία ἀντὶ τοῦ ὑπηρεσία, Λυσίας ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ.

CXIV. ΠΡΟΣ ΣΩΣΤΡΑΤΟΝ ΥΒΡΕΩΣ,

εἰ γνήσιος.

219.

Harpocratio : Ἰσοτελὴς καὶ ἰσοτέλεια. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου πολλάκις. Τιμή τις διδομένη τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν μετοίκων, καθ' ἣν καὶ τοῦ μετοικίου ἄφεσις αὐτοῖς ἐγίγνετο, ὡς Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Σώστρατον ὕβρεως, εἰ γνήσιος. Cf. Isæi fragm. or. c. Elpagoram habitæ.

CXV. ΚΑΤΑ ΤΕΛΑΜΩΝΟΣ,

εἰ γνήσιος.

220.

Idem : Εὐνεῖδαι· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Τελαμῶνος, εἰ γνήσιος. Γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον Εὐνεῖδαι, ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες τὴν χρείαν.

221.

Idem : Κάθετος ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Τελαμῶνος. Διείλεχται περὶ τοῦ καθέτου Μελίτων ἐν α' περὶ τῶν Ἀθήνησι γενῶν.

CXVI. ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΠΡΟΔΟΣΙΑΣ,

εἰ γνήσιος.

222.

Vit. X oratt. p. 836, D : Συνέγραψε δὲ λόγῳ καὶ Ἰφικράτει, τὸν μὲν πρὸς Ἁρμόδιον, τὸν δὲ προδοσίας κρίνοντι Τιμόθεον, καὶ ἀμφοτέρους ἐνίκα. Cf. fragmenta orr. XVIII et LXV. Oratio hoc uno loco commemoratur, neque cogitari potest nisi de lite quam Iphicrates et Callistratus Timotheo intenderunt æstate a. 373, Ol. 101 a. 3 extremo : cf. Clinton. F. H. 2 p. 119, Sievers hist. gr. p. 230 sq., Rehdantz vitar. Iphicr., Timothei, Chabriæ p. 85 sqq. Alio loco exposui tempora mihi videri ita digerenda esse, ut Timotheus vere ineunte cum classe Athenis profectus esse, deinde sub initium æstatis Iphicrates et Callistratus eum accusavisse et Iphicrates ejus loco imperator creatus esse, causa vero aliquot mensibus post, hieme a. 373, Ol. 101 a. 4, in judicium

---

215.

Quasi si quis Ulyssem tunc accusaret tumultum in exercitu excitare, quum is aliorum potius tumultum sedaret.] Non amplius Aristides ipsum dicit Platonem, sed alium quendam introducit. Neque hoc temere dixit, sed quod sciebat Socratem in suis cum juvenibus colloquiis Ulyssem atque talem agendi rationem admirari, ut ait Polycrates in oratione contra Socratem et Lysias in oratione pro eodem adversus Polycratem. Quorum Polycrates statuit Socratem reipublicæ statum evertere moliri eo quod laudaret Ulyssem regibus quidem assentientem, verberantem vero privatos; Lysias autem dicit nihil magis Ulyssi curæ fuisse quam aptam rerum ordinationem.

216 218.

Anyti et Meleti Lysias meminit in Socratis defensione.

Ὑπουργία pro ὑπηρεσία, *ministerium*, apud Lysiam in Socratis defensione.

CXIV. ADVERSUS SOSTRATUM DE CONTUMELIA,

modo genuina sit oratio.

219.

Ἰσοτελής et ἰσοτέλεια. Isæus in oratione contra Elpagoram sæpe his vocibus utitur. Ἰσοτέλεια est honor inquilinis qui digni viderentur habitus, quo tributum quod inquilini pendere tenebantur, iis remitteretur, ut docet Lysias in oratione contra Sostratum de contumelia, si quidem recte hæc oratio Lysiæ tribuitur.

CXV. CONTRA TELAMONEM,

modo genuina sit oratio.

220.

Eunidæ. Lysias in oratione contra Telamonem, modo genuina sit oratio. Genti cuidam apud Athenienses nomen erat Eunidarum, qui quidem erant citharœdi sacrorum usibus inservientes.

221.

Κάθετος, agnus qui in mare demittitur. Lysias contra Telamonem. Disseruit de eo agno Melito libro primo de familiis Atheniensium.

CXVI. CONTRA TIMOTHEUM DE PRODITIONE,

modo genuina sit oratio.

222.

Conscripsit Lysias duas orationes etiam Iphicrati; alteram adversus Harmodium, alteram vero proditionis accusanti Timotheum, atque utrumque adversarium vicit.

venisse videatur. Cum hac sententia conjunctum est, ut Iphicratem non ipsum in judicio adfuisse, sed causam a Callistrato solo oratam esse putem. Sequitur, ut etiam hanc orationem declamationem in scholæ umbra elaboratam fuisse censeam. Tempora Lysiæ non obstare, quominus genuinam habeamus, nuper F. Vater demonstrare conatus est et persuasit C. Rehdantzio l. d. p. 171. Mihi Vateri argumenta Dionysium erravisse non videntur ostendere : sed hoc alio loco mihi demonstrandum erit. » Sauppius.

CXVII. ΠΡΟΣ ΤΙΜΩΝΑ.

223.

Suidas : Ἐσχηματισμένος· ὁ προσποιητὸν τρόπον ἔχων καὶ δοκῶν εἶναι κόσμιος. Ὡς παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Τίμωνα· « οἱ δ' ἀλαζονεύονται μὲν Τίμωνι παραπλησίως καὶ ἐσχηματισμένοι περιέρχονται, ὥσπερ οὗτος. » Timonem esse notum illum hominum osorem censent Bergkius et Sauppius.

CXVIII. ΠΡΟΣ ΤΙΜΩΝΙΔΗΝ.

224.

Idem : Διάθεσις καὶ διατίθεσθαι. Ἑκάτερον αὐτῶν κεῖται ἐπὶ τοῦ διαθήκας γράφειν. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· « Μετὰ ταύτην τὴν ἀπόκρισιν ἑτέραν διαθήκην ἐκόμισαν, ἣν ἔφασαν Ἀρχέπολιν ἐν Λήμνῳ διαθέσθαι. » Καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Τιμωνίδην· « Πῶς δ' ἂν τῆς διαθέσεως τοῦ τετελευτηκότος ἀμελήσαιμεν, ἣν ἐκεῖνος διέθετο οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πεισθείς; » Eadem Ulpianus ad Demosthen. or. 2 p. 14 ed. Lutet.

CXIX. ΚΑΤΑ ΤΙΣΙΔΟΣ.

« Tisidem αἰκίας videri accusatum esse Reiskius ad Dionys. 6 p. 1154 et M. Meier de lite attica p. 547 monuerunt. » S.

225.

Anonymus Seguerii (*Notices des manuscrits de la bibl. royale* t. XIV, 2) p. 34 : Ἂν δὲ ὑπὲρ ἑταίρου λέγῃς, καὶ τοῦτο ἐπισημαίνεσθαι δεῖ, ὥσπερ πεποίηκε Λυσίας λέγων· « ἐπιτήδειός μοί ἐστιν Ἄρχιππος οὑτοσί, ὦ δικασταί. »

226.

Dionysius Hal. De vi Demosth. c. 11 (t. VI, p. 983 R.) et Joannes Siceliota εἰς τὸ περὶ εὑρέσεως βιβλίον in codice Barocciano 175 fol. 83 : Κωλύσει δ' οὐδέν, ἴσως δὲ χαριεστέραν ποιήσει τὴν θεωρίαν τεθεῖσα πρῶτον ἡ Λυσίου λέξις ᾗ τὴν Δημοσθένους ἐοικέναι πείθομαι, διήγησίν τινα περιέχουσα ὑβριστικήν· « Ἄρχιππος γὰρ οὑτοσί, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀπεδύ- « σατο μὲν εἰς τὴν αὐτὴν παλαίστραν οὗπερ καὶ Τίσις « ὁ φεύγων τὴν δίκην, ὀργῆς δὲ γενομένης ἐς σκώμ- « ματά τε αὐτοῖς καὶ ἀντιλογίαν καὶ ἔχθραν καὶ λοι- « δορίαν κατέστησαν. Ἔστιν οὖν Πυθέας ἐραστὴς « μὲν τοῦ μειρακίου (πάντα γὰρ εἰρήσεται τἀληθῆ « πρὸς ὑμᾶς), ἐπίτροπος δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς καταλε- « λειμμένος. Οὗτος, ἐπειδὴ Τίσις πρὸς αὐτὸν [τὴν] « ἐν τῇ παλαίστρᾳ λοιδορίαν διηγήσατο, βουλόμενος « χαρίζεσθαι καὶ δοκεῖν δεινὸς καὶ ἐπίβουλος εἶναι, « ἐκέλευσεν αὐτόν, ὡς ἡμεῖς ἔκ τε τῶν πεπραγμένων « ᾐσθήμεθα καὶ τῶν εὖ εἰδότων ἐπυθόμεθα, ἐν μὲν τῷ « παρόντι διαλλαγῆναι, σκοπεῖν δὲ ὅπως αὐτὸν μόνον « που λήψεται. Πεισθεὶς δὲ ταῦτα καὶ διαλλαγεὶς « καὶ χρώμενος καὶ προσποιούμενος ἐπιτήδειος εἶναι « εἰς τοῦτο μανίας τηλικοῦτος ὢν ἀφίσταται, ὥστε « ἐτύγχανε μὲν οὖσα ἱπποδρομία Ἀνακείων, ἰδὼν δ' « αὐτὸν μετ' ἐμοῦ παρὰ τὴν θύραν παριόντα (γείτονες « γὰρ ἀλλήλοις τυγχάνουσιν ὄντες) τὸ μὲν πρῶτον « συνδειπνεῖν ἐκέλευεν, ἐπειδὴ δ' οὐκ ἠθέλησεν, ἐδεήθη « ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ κῶμον, λέγων ὅτι μεθ' αὐτοῦ καὶ τῶν « οἰκετῶν πιέτω. Δειπνήσαντες οὖν ἤδη συσκοτάζον-

---

CXVII. ADVERSUS TIMONEM.

223.

Ἐσχηματισμένος, qui simulatos mores habet, et modestus esse videtur; ut apud Lysiam in oratione contra Timonem : « Illi vero Timonis in modum sese jactant, et simulatis moribus circumeunt, ut ille. »

CXVIII. ADVERSUS TIMONIDEM.

224.

Διάθεσις testamentum, et διατίθεσθαι, testamentum scribere. Isæus in oratione adversus Aristogitonem : « Post hoc responsum alterum testamentum attulerunt, quod ab Archepoli in Lemno conditum dicebant. » Et Lysias in oratione adversus Timonidem : « Cur enim testamentum defuncti negligamus, quod ille neque a sana mente alienus, neque ab uxore corruptus fecit? »

CXIX. CONTRA TISIDEM.

225.

Quodsi sodalis est is pro quo verba facis, id indicare debes, sicut fecit Lysias : « Familiaris mihi est Archippus hicce, o judices. »

226.

Nihil impedient, fortassis vero jucundiorem nostram disquisitionem reddent præmissa Lysiæ verba, quibus Demosthenica esse similia puto. Continent vero narrationem de facta contumelia : « Nimirum Archippus hic, Athenienses, in eandem in quam Tisis reus ingressus est palæstram, ubi irati ad convicia et altercationem et inimicitiam et contumeliam devenerunt. Jam vero Pytheas est Tisidis adolescentis amator (omnia enim quæ vera sunt vobis dicam) eidemque tutor a patre relictus. Hic, postquam Tisis quam passus in palæstra esset contumeliam narraverat, gratificari volens et videri callidus et insidiosus esse, suasit ei (ut nos tum e rebus gestis intelleximus tum a probe scientibus comperimus) in præsentiam reconciliari, circumspicere autem quo pacto illum solum alicubi nancisceretur. His obsecutus et reconciliatus Archippo et consuetudine ejus utens amicumque sese simulans eo insaniæ tantillus hicce processit, ut, quo tempore cursus equestres Anaceorum fierent, conspicatus illum mecum portam suam prætereuntem (vicini scilicet sibi invicem habitant), primo ad cœnam invitaret, deinde,

« τος ἐλθόντες κόπτομεν τὴν θύραν, οἱ δ' ἡμᾶς ἐκέλευον εἰσιέναι. Ἐπειδὴ δὲ ἔνδον ἐγενόμεθα, ἐμὲ μὲν ἐκϐάλλουσιν ἐκ τῆς οἰκίας, τουτονὶ δὲ συναρπάσαντες ἔδησαν πρὸς τὸν κίονα καὶ λαϐὼν μάστιγά τις ἐντείνας πολλὰς πληγὰς εἰς οἴκημα αὐτὸν καθεῖρξε. Καὶ οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτῷ ταῦτα μόνον ἐξαμαρτεῖν, ἀλλ' ἐζηλωκὼς μὲν τῶν νεωτέρων τοὺς πονηροτάτους ἐν τῇ πόλει, νεωστὶ δὲ τὰ πατρῷα παρειληφὼς καὶ προσποιούμενος νέος καὶ πλούσιος εἶναι, πάλιν τοὺς οἰκέτας ἐκέλευσεν ἡμέρας ἤδη γενομένης πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν μαστιγοῦν δήσαντας. Οὕτω δὲ τοῦ σώματος πονηρῶς ἤδη διακειμένου Ἀντίμαχον μεταπεμψάμενος τῶν μὲν γεγενημένων οὐδὲν εἶπεν, ἔλεγε δ' ὡς αὐτὸς μὲν δειπνῶν τύχοι, οὗτος δὲ μεθύων ἔλθοι, ἐκκόψας δὲ τὴν θύραν καὶ εἰσελθὼν κακῶς λέγοι αὐτὸν καὶ τὸν Ἀντίμαχον καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν. Ἀντίμαχος δὲ ὠργίζετο μὲν αὐτοῖς ὡς μεγάλα ἡμαρτηκόσιν, ὅμως δὲ μάρτυρας παρακαλέσας ἠρώτα αὐτὸν πῶς εἰσέλθοι, ὁ δὲ κελεύσαντος Τίσιδος καὶ τῶν οἰκετῶν ἔφασκε. Συμϐουλευόντων δὲ τῶν εἰσελθόντων ὡς τάχιστα λῦσαι καὶ τὰ γεγενημένα δεινὰ νομιζόντων εἶναι ἀπέδοσαν αὐτὸν τοῖς ἀδελφοῖς. Οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ δεῖγμα ἐν κλίνῃ καὶ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, οὕτω διακείμενον, ὥστε τοὺς ἰδόντας μὴ μόνον τοῖς ποιήσασιν ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως κατηγορεῖν, ὅτι οὐ δημοσίᾳ οὐδὲ παραχρῆμα τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας τιμωρεῖται. » Αὕτη μὲν ἡ Λυσίου διήγησις ἐκ τοῦ κατὰ Τίσιδος λόγου.

CXIXa. ΠΡΟΣ ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΝ.

227.

Suidas : Ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν. Ἔθος ἐστὶ τοῖς γεωργοῖς παρ' ἐνιαυτὸν ἀργὸν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίους ἐκτρέψῃ τοὺς καρπούς, ὡς μὴ κατ' ἔτος τοῖς σπέρμασι πονοῖτο. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Τληπόλεμον λόγῳ διαϐάλλων τινὰ τῶν ἀπλήστων γεωργῶν τὰ ἐν τῇ γῇ καταχρώμενον καὶ κατ' ἔτος ἐξαναλίσκοντα τὴν ἰσχὺν αὐτῆς φησίν· « Οὑτοσὶ δὲ πυροὺς ἐπὶ καλάμῃ ἀροῖ· » τουτέστιν, ἀεὶ σπείρων οὐδεμίαν ἄνεσιν τῇ γῇ δίδωσιν.

Cf. Arsenius p. 239. — πρὸς Τληπόλεμον] Nomen hoc lenissima mutatione Sauppius elicuit e meliorum codicum (ABV et pr. E) lectione : πρὸς ταχπόλεμον. Manu secunda in E literæ ταχ deletæ sunt ; πρὸς τὸν πόλεμον ed. Med.; πρὸς τὸν Πολέμονα editor Basileensis ; πρὸς τὸν Πολέμωνα Taylorus, Hœlscherus et dubitanter Bernhardy. Laudatur contra Tlepolemum oratio Isæi ap. Harpocrat. v. ἐπωνία. Fortasse igitur ibi Lysiæ nomen aut nostro loco Isæi nomen reponendum est.

CXX. ΥΠΕΡ ΦΕΡΕΝΙΚΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΚΛΕΙΔΟΥ ΚΛΗΡΟΥ.

« Illustria tractamus nomina. Neque enim potest dubitari, quin Androclidas ille intelligendus sit, qui Ol. 99, 3 Cadmea a Spartanis occupata Athenas fugerat et hic a sicariis, quos optimates Thebani immiserant, paulo post interfectus est : Plut. Pelop. 6. Cum Androclida etiam Pherenicus fugerat; et utrumque maxima auctoritate fuisse ex iis intelligimus, quæ Plutarchus (Pelop. 5. 8; de gen. Socr. 3) narrat. Causa igitur de Androclidæ interfecti opibus Ol. 99 a. 4 vel 100 a. 1 acta sit necesse est. Cf. Sievers hist. gr. p. 167, 168; 173. Ex iis vero, quæ Dionysius dicit (ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου) et verborum Lysiæ ipsius ratione intelligere videor, Aristidem Panath. p. 300 C non accurate narrare, quod exsulibus civitatem ab Atheniensibus datam fuisse dicit. Videtur igitur causa coram polemarcho acta esse. » Sauppius.

---

quum ille nollet, rogaret ut ad compotationem veniens cum ipso et domesticis biberet. Post cœnam igitur, ubi jam advesperascebat, venientes nos pulsamus portam; illi jusserunt intrare. Quum intus eramus, me quidem domo ejiciunt, hunc vero corripientes columnæ adligaverunt et sumpto flagello quidam multa verbera inflixit, deinde in cellulam inclusit. Neque hæc peccasse Tisidi suffecit, sed pessimorum in hac urbe juvenum exemplum imitatus (scilicet bona paterna recens nactus divitis adolescentis proterviam affectabat), jam exorto sole, denuo famulis imperavit, ut columnæ illigatum cæderent. Sic corpore jam misere affecto, Antimachum arcessens eorum quæ gesta erant ne hilum quidem dixit; contendebat vero, se cœnante, illum venisse ebrium et, effracto ostio, ingressum convicia jecisse in ipsum et Antimachum eorumque mulieres. Antimachus irascebatur quidem eosque magna deliquisse aiebat; nihilominus tamen, advocatis testibus, illum interrogavit quomodo ingressus esset ; ille vero dixit intrasse se hortatu Tisidis et domesticorum. Suadentibus deinde iis qui advenerant, ut quam citissime solveretur, et gesta pergravia esse censentibus, tradiderunt illum fratribus, qui lectulo impositum (incedere enim non poterat) in Δεῖγμα, i. e. in Piræi locum ubi mercium specimina proponebantur, deportarunt multisque Atheniensibus, multis item peregrinis monstrarunt adeo crudeliter afflictum, ut conspicientes non modo iis qui fecissent irascerentur, sed etiam civitatem accusarent, quod non publice et ex tempore hujus sceleris auctores castigaret. » Hæc quidem Lysiæ est narratio quam petivi ex oratione contra Tisidem.

CXIX a. ADVERSUS TLEPOLEMUM.

227.

Ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν, *post stipulam arare*. Solent agricolæ alternis annis terram incultam relinquere, ut integras producat fruges; ne, si quotannis conseratur, fecunditas ejus exhauriatur. Lysias in oratione adversus Polemonem, reprehendens agricolam quendam avarum qui terra abuteretur et vires ejus quotannis exhauriret, inquit : « Hic post stipulam arat terram », id est agrum semper conserens nullam unquam relaxationem ei concedit.

228.

Idem III, 82 : **Σύνδουλοι** δὲ λέγει Λυσίας. Ὑπερείδης δὲ καὶ Εὐριπίδης καὶ οἱ πλείους ὁμόδουλον λέγουσιν. In his Ὑπερείδης δὲ καὶ Εὐριπίδης Sauppius; καὶ Εὐριπίδης. Ὑπερίδης δὲ καὶ Εὐκλείδης cod. Iung.; Ὑπερίδης δὲ MS. Seberi; καὶ Εὐριπίδης δὲ vulgo.

Hesychius : **Τιμωρία**, πρόστιμον, ἀνταπόδοσις, κόλασις ἢ τιμή, παρὰ Λυσίᾳ.

Bekk. An. p. 115, 29 : **Φρατρίζειν**· τὸ εἰς φρατρίας συνιέναι. Λυσίας.

Suidas : **Χρηματιστής**· χρημάτων ποριστής, ὁ ῥᾳδίως χρήματα πορίζων οὕτω προσαγορεύεται. Κεῖται τὸ ὄνομα παρὰ Λυσίᾳ.

Idem : **Χρημάτων**·... ὁ δὲ Λυσίας ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ κατασκευάσματος τίθησι.

333.

Harpocratio : **Ἰόνιος**· Λυσίας ἐν Ὀλυμπιακῷ. Τὸν Ἀδρίαν καλούμενος οὕτως ὠνόμαζον ἐνίοτε οἱ παλαιοί. « Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐς δεξιὰ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον » Θουκυδίδης α'. Hæc ex ea orationis Olympiacæ parte petita sunt quam non servavit Dionysius.

XIV. EURIPIDES.

« Quamquam Euripidem ad rem publicam accessisse vel in judiciis versatum esse nullo, quod sciam, testimonio constat, tamen a studio eloquentiæ eum non alienum fuisse fabulæ superstites sæpius quam velis ostendunt atque quæ Aristoteles, auctor luculentus, altero loco tradit dubitationem eximunt, quin Euripides aliquando de bonorum permutatione adversus Hygiænontem quendam causam dixerit. Neque quod Hyperidis orationem πρὸς Ὑγιαίνοντα exstitisse Harpocratio p. 72, 22. 96, 3) aliique testantur atque Hyperidis Euripidisque nomina haud raro commutari videmus (cf. Walz. rhett. gr. 8 p. 598, 2), ullo modo potest efficere, ut aliter statuamus. De bonorum permutatione exposuit A. Bœckhius de œcon. publ. Ath. p. 122 sqq. » Sauppius.

ΠΡΟΣ ΥΓΙΑΙΝΟΝΤΑ.

1.

Aristoteles Rhetor. III, 15 p. 404 : Ἄλλος (sc. τρόπος τοῦ διαβολὴν ἀπολύεσθαι), εἰ γέγονε κρίσις, ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ ἀντιδόσει κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβής, ὅς γ' ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν· « ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. » Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτῶν δεδωκέναι λόγον ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν.

2.

Idem ib. II, 6. p. 356 : Διὸ καὶ τοὺς πρῶτον δεηθέντας τι αἰσχύνονται ὡς οὐδέν πω ἠδοξηκότες ἐν αὐτοῖς. Τοιοῦτοι δ' οἵ τε ἄρτι βουλόμενοι φίλοι εἶναι (τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται· διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακοσίους) καὶ τῶν πάλαι γνωρίμων οἱ μηδὲν συνειδότες.

---

apud Dinarchum, et Isæum dicitur : eundem autem Aristophanes προπώλην vocavit, et προπωλοῦντα Plato. Lysias vero hos quidem προπράτας, eos vero qui cum aliis vendunt, συμπράτας vocat.

Ἀκτηρίς vocatur etiam lignum quod timonem currus sustinet, quando non jugatus currus est, quod στήριγγα vocat Lysias.

Σύνδουλοι, *conservi*, apud Lysiam, quos ὁμοδούλους vocant Hyperides et Euripides et plerique.

Τιμωρία, quod pœnæ causa imponitur, satisfactio, punitio, multa.

Φρατρίζειν, *in phratriam coire*. Lysias.

Χρηματιστής; sic quæstui deditus, pecuniam facile acquirens vocatur. Exstat nomen apud Lysiam.

Χρημάτων. Lysias hanc vocem de instrumento aureo ponit.

333.

Ionius (*sinus*). Lysias in oratione Olympiaca. Sic Adriaticum sinum nonnunquam veteres vocabant. « *Epidamnus urbs a dextra est innaviganti in sinum Ionium.* » Thucydides libro primo.

ADVERSUS HYGIÆNONTEM.

1.

Alius locus ad crimina diluenda est, si jam factum est judicium; quemadmodum Euripides contra Hygiænontem in causa de permutatione bonorum quum accusaretur tamquam impius, quod juberet pejerare, quum versum illum fecisset (in Hippol. 612) : « Juravi lingua, mentem injuratam gero. » Dixit enim, injuste eum judicia ex certamine Liberi patris in forum adducere; se namque ibi jam rationem reddidisse, aut redditurum, sibi vellet accusare.

2.

Quo fit, ut etiam eos vereantur, qui tum primum a se aliquid petunt, ut apud quos integra adhuc sit existimatio sua. Tales autem sunt et qui illico amici nobis esse cupiunt; (viderunt enim, quæ in nobis sunt optima; unde bene respondit Euripides Syracusanis), et ex vetustis familiaribus illi, qui nullius turpitudinis conscii sunt.

Schol. ad h. l. p. 35 a 30 ed. Paris. : Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακουσίους πρέσβυς ἀποσταλεὶς καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνένευον, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας. Τὸ δὲ ὅλον τοιοῦτόν ἐστι· φησὶν ὁ Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακουσίους, ὡς οὐ δεῖ ἀποπεμφθῆναι παρ' ὑμῶν, διότι ἅπαξ ὑμῶν ἐδεήθημεν, ὡς ὑμᾶς θαυμάζοντες. « Ruhnkenius (hist. or. p. 70) Hyperidis nomen restituendum esse putabat, sed neque quidquam traditum legimus Hyperidem legatum Syracusas profectum esse neque quando fieri potuerit facile aliquis excogitaverit. Quare si quid veri in scholii verbis inest neque quod Aristoteles narrat ad res privatas Euripidis pertinet, putaverim de eo tempore cogitandum esse, quod inter priorem et posteriorem expeditionem siculam interjectum fuit. An Euripides, Xenophontis pater (Thucyd. 2, 70, 79), intelligendus est? » SAUPPIUS. Nescio an pro Euripide nominandus fuerit Eurymedon quem cum Sophocle in Siciliam missum esse constat.

XV. LEODAMAS.

« Scimus Leodamantem aliquem jam ante principatum triginta virorum in proditorum indice inscriptum fuisse dici (Aristot. rhet. 2, 23), porro Leodamantem Isocratis discipulum fuisse (vitæ decem oratt. p. 837. D), deinde Leodamantem Acharnensem, oratorem clarissimum (Æschin. 3 §. 138), fœderi et amicitiæ cum Thebanis ineundæ operam dedisse, denique Leodamantem Acharnensem a. 355 inter syndicos legis leptineæ fuisse (Demosth. 20 § 146). Sed quæritur num D. Ruhnkenius (Hist. cr. p. 63 sq.) et G. R. Sievers (hist. gr. p. 298 sq.) hæc omnia ad unum eundemque hominem pertinere recte judicaverint. Mihi secus videtur, atque eum, quem Thrasybulus teste Aristotele (l. d.) in columma proditorum inscriptum fuisse dixit, ab Acharnensi, oratore clarissimo, distinguendum esse censeo. Nam quod jam in epist. crit. ad G. Herm. p. 20 sq. dixi, prorsus incredibile est eum, qui ante a. 405 proditionis damnatus, hoc est, ante a. 405 fere triginta annos natus fuisset, a. 355 syndicum legis leptineæ constitutum esse, cum fere nonagenarius esset. Ne Cephali quidem et Aristophontis exemplis hoc potest effici. Duo igitur Laodamantes vocales, ut cum Cicerone loquar, fuisse statuo, alterum cujus hic enthymema afferam, alterum Acharnensem, de quo suo loco videbimus. » S.

Aristoteles Rhet. II, 23, 25 : Ἄλλος (sc. τόπος ἀποδεικτικὸς) ἀπὸ τοῦ αἰτίου, ἄν τε ὑπάρχῃ, ὅτι ἔστι, κἂν μὴ ὑπάρχῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν· ἅμα γὰρ τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον, καὶ ἄνευ αἰτίου οὐθέν ἐστιν. Οἷον Λεωδάμας ἀπολογούμενος ἔλεγε, κατηγορήσαντος Θρασυβούλου ὅτι ἦν στηλίτης γεγονὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἀλλ' ἐκκόψαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα· « οὐκ ἐνδέχεσθαι ἔφη, μᾶλλον γὰρ ἂν πιστεύειν αὐτῷ τοὺς τριάκοντα ἐγγεγραμμένης τῆς ἔχθρας πρὸς τὸν δῆμον. »

XVI. CEPHALUS.

Suidas : Κέφαλος Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγός, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους προσέθηκε. Γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. [Κέφαλος οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην.] Cf. Ruhuken H. or. p. 41. προσέθηκε ABEV; προστέθεικε V, συντέθεικε * V; συντέθεικε erat ante Gaisfordium. G. Bernhardy scribendum esse opinatur προέθηκε, sed hoc vocabulum Suidas quod meminerim non usurpat. Quod Suidas dicit, videtur ita explicandum esse, ut eum de singulari studio, quod Cephalus in prooemiis et epilogis artifi-

---

Euripides legatus ad Syracusanos missus ut pacem et amicitiam peteret, renuentibus illis dixit : « Oportebat vos, Syracusani, si non aliam ob causam, propter id ipsum certe quod statim vos precibus adierimus, vereri nos utpote admirantes. » Sensus hic est : dicit Euripides ad Syracusanos : non decet nos a vobis repulsam ferre, propterea quod omnino aliquid ex vobis petimus, quippe qui vos admiramur.

Alius demonstrationis locus ex causa petitur, adeo ut, si causa sit, rem esse, si causa non sit, rem non esse dicamus; nam causa est una cum eo cujus est causa, et sine causa nihil est. Sic Leodamas in defensione sua Thrasybulo accusanti quod nomen ipsius in arcis columna inscriptum, sed sub triginta viris excisum esset, respondit fieri hoc non potuisse; tanto enim plus fidei sibi habituros fuisse triginta viros, si inimicitias ipsius cum populo illa inscriptione testatas vidissent.

XVI. CEPHALUS.

Cephalus Atheniensis, orator et demagogus, qui primus procemia et epilogos orationibus addidit. Vixit temporibus anarchiæ. Hic Cephalus (*imo Cephalus Auroræ amasius*) filiam habuit Œam.

ciose componendis posuerit, traditum invenisse atque hoc minus recte accepisse putemus. Simile vidimus Antiphontis studium fuisse. Plebiscitum Cephali in Bœckhii Corp. inscr. gr. habetur, 84, vol. 1 p. 123 sq. » SAUPPIUS.

1.

Suidas : Ἐπιτιμία· εὐπορία ἢ ἡ μὴ ἀτιμία. Κέφαλος ῥήτωρ· « Ὁσάκις αὐτὸν κινδυνεύοντα περὶ τῆς ἐπιτιμίας ἢ τῆς πατρίδος ἢ τοῦ βίου παντὸς διεσώσατε. » Cf. Bachm. Anecd. p. 233, 9. « Cum nihil præterea ex orationibus Cephali desumptum neque rhetores neque grammatici afferant, suspicio mihi suborta est, ne etiam hæc non Cephali ipsius sint sed ad certamen illud inter Cephalum et Aristophontem pertineant, quod a rhetoribus recentioribus non tantum sæpissime commemoratur (cf. Walzii rhet. gr. 4 p. 228. 567. 705. 721. 5 p. 523. 6 p. 361. 7 p. 860. Westerm. quæstt. demosth. 3 p. 93. Rehdantz. vit. Iphicratis p. 221), sed etiam declamationibus illustratum est a Polemone (cf. Walzii rhet. 8 p. 3, 14), Libanio (Walzii rhet. 6 p. 468. Cramer. anecd. oxon. 4 p. 161 sq.), aliis. » S.

2.

Athenæus XIII, p. 592, C : Ἥττητο δὲ καὶ ὁ Λυσίας Λαγίδος τῆς ἑταίρας, ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ.

5.

Æschines Or. c. Ctes. § 194 : Ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν πότε σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς λέγων ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος, ὁ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐφιλοτιμεῖτο, λέγων ὅτι πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων, καλῶς (οἶμαι) σεμνυνόμενος.

XVII. ARISTOPHON.

Ex Aristophontis Azeniensis orationibus nihil superest præter id quod in Cephali fr. 5 ex Æschine adscripsimus. Ceterum de hoc oratore v. A. Schæfer in Philologo, tom. I, p. 187 sqq.

XVIII. CALLISTRATUS.

De Callistrato Aphidnensi v. A. Bœckhius in Œcon. publ. Athen. 1 p. 246 sqq. G. R. Sievers Hist. gr. p. 304, C. Rehdantz Vit. Iphicratis p. 114 sqq., A. Mollius in Symbolis literar. Batavorum vol. 5 p. 37 sqq.

I. ΜΕΣΣΗΝΙΑΚΟΣ.

1.

Aristoteles Rhet. III 17, 14 : Δεῖ δὲ καὶ ἐν συμβουλῇ καὶ ἐν δίκῃ ἀρχόμενον μὲν λέγειν τὰς ἑαυτοῦ πίστεις πρότερον, ὕστερον δὲ πρὸς τἀναντία ἀπαντᾷν λύοντα καὶ προδιασύροντα· ἂν δὲ πολύχους ᾖ ἡ ἐναντίωσις, πρότερον τὰ ἐναντία, οἷον ἐποίησε Καλλίστρατος ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ. Ἃ γὰρ ἐροῦσι προανελὼν οὕτως τότε αὐτὸς εἶπεν. G. Sievers orationem dictam videri monet in concione Athenis habita, quum de Messene ab Epaminonda restituta ageretur, vel missis a Messeniis legatis vel Lacedæmoniis opem Atheniensium implorantibus.

II. ΑΡΚΑΔΙΚΟΣ.

2.

Cornelius Nepos Epamin. 6 : *Idem* (Epaminondas) *cum in conventum venisset Arcadum, petens ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent, contraque Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum et in oratione sua multa invectus esset in Thebanos et Argivos in eisque hoc posuisset, animadvertere debere Arcadas, quales utraque civitas cives pro-*

1.

Ἐπιτιμία, rerum abundantia vel status civium integer. Cephalus orator : « Quoties eum de civili existimatione vel de patria vel de tota vita periclitantem servavistis. »

2.

Verum etiam Lagidem Lysias deperiit meretricem, cujus encomium scripsit Cephalus orator.

5.

Ausus est aliquando apud vos gloriari Aristophon ille Azeniensis, se septuaginta quinque actionibus de decretis contra leges factis postulatum fuisse. At non ita priscus ille Cephalus, qui omnium maxime popularis est habitus, non ita, inquam, sed plane contrariis gloriabatur factis, quod nempe, quum plura quam quis alius plebiscita scripsisset, nunquam tamen de decretis contra leges scriptis reus factus esset, præclara mea quidem sententia gloriatio.

I. MESSENIACA ORATIO.

Oportet eum, qui vel in deliberatione, vel in judicio prior dicit, causam primo suam confirmare; deinde illis, quæ contra dici possint, occurrere eaque dissolvere atque insuper traducere. Sed tamen si multa sunt, quæ in contrariam partem dici possunt, prius erunt illa refutanda; quemadmodum fecit Callistratus in concione Messeniaca; refutatis enim prius, quæ contra dici poterant, sua deinde confirmavit.

creasset, ex quibus de ceteris possent judicare : Argivos enim fuisse Orestem et Alcmæonem matricidas, Thebis Œdipum natum, qui cum patrem suum interfecisset ex matre liberos procreasset : hic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit admirari se dixit stultitiam rhetoris attici, qui non animadverterit innocentes illos natos domi, scelere admisso cum patria essent expulsi, receptos esse ab Atheniensibus.

Plutarch. Mor. p. 193, D : Ἐπεὶ δὲ Ἀργεῖοι μὲν ἐγίνοντο σύμμαχοι Θηβαίων, Ἀθηναίων δὲ πρέσβεις εἰς Ἀρκαδίαν παραγενόμενοι κατηγόρουν ἀμφοτέρων, καὶ Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ ὠνείδισε τὸν Ὀρέστην καὶ τὸν Οἰδίποδα ταῖς πόλεσιν, ἐπαναστὰς ὁ Ἐπαμινώνδας « Ὁμολογοῦμεν, » ἔφη « καὶ παρ' ἡμῖν πατροκτόνον γενέσθαι καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον, ἀλλὰ τοὺς ταῦτα δράσαντας ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο. » Cf. Plutarch. p. 810 F. Cum post a. 370 demum Arcadum civitates in unam rem publicam coaluerint atque annis proximis arctissime illi cum Thebanis conjuncti fuerint, a. 366 vero Arcades ipsi fœdus icturi Athenas venerint, hoc unum videtur reliquum esse ut Callistratum et Epaminondam in Arcadum concione a. 367 verba fecisse statuamus, cum Arcades pacis conditionibus a Persarum rege per Thebanorum legatos præscriptæ irascerentur (Xen. Hell. 7. 1, 39 sq.) » S.

III. ΚΑΤΑ ΜΕΛΑΝΩΠΟΥ.

3.

Aristoteles Rhet. I, 14, 1 : Ἀδίκημα δὲ μεῖζον, ὅσῳ ἂν ἀπὸ μείζονος ᾖ ἀδικίας· διὸ καὶ τὰ ἐλάχιστα μέγιστα, οἷον ὃ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει, ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς· ἐπὶ δικαιοσύνης δὲ τοὐναντίον, ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐνυπάρχειν τῇ δυνάμει· ὁ γὰρ τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ κλέψας κἂν ὁτιοῦν ἀδικήσειεν.

XIX. MELANOPUS.

« Melanopi cum Athenis multi fuerint, de oratore, exposuerunt Th. Bergk. de reliq. com. att. p. 405 sq., G. Droysen. de plebiscitorum in Demosthenis oratione de Corona adscriptorum veritate p. 132 sqq., G. Sievers Hist. gr. p. 307, Meinek. com. gr. 3 p. 190. Lachetis imperatoris filium eum esse non posse Droysenius vidit. Hic vero eum commemorare debebam, cum Th. Bergkius l. d. aliquid ex orationibus ejus exstare existimasset in epistola quæ fertur Æschinis oratoris quarta. Ibi enim hæc leguntur : ἀλλ' ὅπως μὴ γέλωτα ὀφλισκάνῃς ζητῶν ὅστις ἐστὶν ὁ Πίνδαρος. Τουτὶ μὲν γὰρ οἶμαι ὅτι καὶ παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες· καὶ εἰ μηδενὸς ἔτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανώπου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος « ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι » καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τοῦτο τὸ ἔπος ἐστὶ λέγοντος καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος, οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν, μετὰ τοῦ καὶ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι. Atque Melanopus in epistolis illis subditivis ter commemoratur (ep. 4 § 2, 7 § 1, 12 § 17), sed si quid re vera simultatum Æschines cum Melanopo aliquo exercuit neque illa omnia prorsus conficta sunt, temporum rationes ut de alio cogitemus postulant : mihi quidem epistola illa tam videtur inepta esse, ut nihil veri inesse putem. » S.

II. ARCADIA ORATIO.

Cum Argivi facti essent Thebanorum socii, et legati Atheniensium in Arcadia m missi utrosque culparent, atque Callistratus orator civitatibus his Orestem et Œdipum exprobraret, surgens Epaminondas : « Fatemur, inquit, apud nos parricidam, apud Argivos fuisse matricidam : verum istos a nobis ejectos Athenienses receperunt. »

III. CONTRA MELANOPUM.

3.

Majores injuriæ sunt, quæ a majore injustitia manant; quo fit, ut etiam minimæ sint maximæ; quemadmodum Melanopum (oratorem sc.) accusabat Callistratus, quod templi ædificatores tribus semiobeliis sacris fraudasset; at justitiæ contraria ratio est. Causa autem illarum est, quod res potentialis et in indole facientis sita est; nam qui tria semiobelia sacra furatus est, is quamvis injuriam facturus videtur.

XIX. MELANOPUS.

Sed vide ne ridiculus fias, si quæras quis sit Pindarus; nam id te arbitror aliquando una mecum apud Mantiam ludimagistrum didicisse; et si nihil jam Mantianæ doctrinæ meministi, in concionibus certe Melanopum subinde dicentem audis : *Beatæ et celebris Græciæ propugnaculum, Athenæ,* atque addentem Pindari esse hunc versum, ob quem a Thebanis multatus sit; majores autem nostros duplam ei reddidisse multam, prætereaque statua eum ornasse.

XX. IPHICRATES.

Sauppius : « De Iphicratis facultate oratoria quæ memoriæ prodita sunt, ea D. Ruhnkenius hist. crit. p. 57 sq. collegit. Atque acumine et facetiis insignem ejus orationem fuisse multa testimonia exstant, quorum quæ ad orationes adversus Harmodium et de proditione adversus Aristophontem pertinere viderentur supra in lysiacis tractavimus (Lysiæ frgm. or. 18 et 65). Dionysium vero rectissime illas ab Iphicrate ipso compositas esse judicavisse etiam ea quæ ex aliis orationibus allata reperimus ostendunt; intelligimus enim unam eandemque omnium naturam esse atque salsam illam et facetam brevitatem, qua Iphicrates in dicendo uteretur, effecisse, ut ne laus ejus oratoria prorsus obliteraretur. Commemorantur igitur hæ orationes : I. κατὰ Τιμοθέου (cf. Lys. frg. or. 116), II. πρὸς Ἁρμόδιον περὶ τῶν δωρεῶν (Lys. frg. or. 18), III. πρὸς Ἀριστοφῶντα περὶ προδοσίας (Lys. frg. or. 65). »

IV. ΠΡΟΣ ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΝ.

4.

Aristoteles Rhet. III, 15, p. 404 : Ἄλλος τρόπος (criminibus respondendi) ὥστε πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα ἀπαντᾶν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ ὡς οὐ βλαβερόν... ἢ οὐκ ἄδικον.... ὥσπερ Ἰφικράτης πρὸς Ναυσικράτην· ἔφη γὰρ ποιῆσαι ὃ ἔλεγε καὶ βλάψαι, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖν.

V. EX ORATIONIBUS INCERTIS.

5.

Idem ib. II, 23, p. 378 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐκ τοῦ ἀνάλογον ταῦτα συμβαίνειν· οἷον ὁ Ἰφικράτης, τὸν υἱὸν αὐτοῦ νεώτερον ὄντα τῆς ἡλικίας, ὅτι μέγας ἦν, λειτουργεῖν ἀναγκαζόντων, εἶπεν ὅτι εἰ τοὺς μεγάλους τῶν παίδων ἄνδρας νομίζουσι, τοὺς μικροὺς τῶν ἀνδρῶν παῖδας εἶναι ψηφιοῦνται. « Iphicrates duos filios habuit, Menestheum et Iphicratem (cf. Rehdantz. l. d. p. 235 sq.), quorum cum Menestheo a. 355 imperium classis commissum esse sciamus et jam ante a. 357 trierarchiam plus semel irrogatam esse verisimile sit (cf. Bœckh. de re navali Ath. p. 187), ante a. 384 autem Iphicrati Cotyis filia non videatur nupsisse (Sievers. Hist. gr. p. 399 sq. Rehdantz. l. d. p. 31 sq.), de Menestheo Iphicratem verba fecisse facile crediderís (v. Rehdantz. p. 236). » S.

6.

Idem ib. III, 2, p. 387 : Καὶ ἐάν τε κοσμεῖν βούλῃ, ἀπὸ τῶν βελτιόνων τῶν ἐν ταὐτῷ γένει φέρειν τὴν μεταφοράν, ἐάν τε ψέγειν, ἀπὸ τῶν χειρόνων.... ὡς καὶ Ἰφικράτης Καλλίαν μητραγύρτην ἀλλ' οὐ δᾳδοῦχον· ὁ δ' ἔφη ἀμύητον αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δᾳδοῦχον· ἄμφω γὰρ περὶ θεόν, ἀλλὰ τὸ μὲν τίμιον, τὸ δὲ ἄτιμον.

7.

Plutarchus Mor. p. 187, B : Ῥήτορος δέ τινος ἐπερωτῶντος αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ « Τίς ὢν μέγα φρονεῖς; πότερον ἱππεὺς ἢ τοξότης ἢ πελταστὴς ἢ πεζός; » « Οὐδείς, ἔφη, τούτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τούτοις ἐπιστάμενος ἐπιτάττειν. » Eadem Stobæus Floril. LIV, 52.

Idem ib. p. 99, F : Ἠρώτα τις Ἰφικράτην τὸν στρατηγόν, ὥσπερ ἐξελέγχων, τίς ἐστιν; οὔτε γὰρ ὁπλίτης οὔτε τοξότης οὔτε πελταστής· κἀκεῖνος· « Ὁ τούτοις, ἔφη, πᾶσιν ἐπιτάττων καὶ χρώμενος. »

Idem ib. p. 440, B : Καίτοι γε ὁ στρατηγὸς Ἰφικράτης πρὸς τὸν Χαβρίου Καλλίαν ἐρωτῶντα καὶ λέγοντα « Τίς εἶ; τοξότης, πελταστής, ἱππεύς, ὁπλίτης; » « Οὐδεὶς, ἔφη, τούτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τούτοις ἐπιτάττων. » « Fort. πρὸς τὸν ὀχληρῶς ἐν ἐκκλησίᾳ ἐρω-

---

IV. ADVERSUS NAUSICRATEM.

4.

Alius criminibus respondendi modus est, si quis rebus controversis occurrat dicens, vel non esse factam rem, vel non esse perniciosam, vel non iniquam; quemadmodum Iphicrates contra Nausicratem; dixit enim, se fecisse, quod ille objiciebat, et nocuisse, non tamen injuste se gessisse.

5.

Alia demonstrativi argumenti ratio est si dicas hæc vel illa ex analogia fieri, ut Iphicrates, quum filium ipsius, quamvis ad legitimam ætatem non pervenisset, quia procero corpore erat, ad obeunda munera publica cogi vellent, dixit, si, proceros pueros pro viris haberent, etiam eos viros, qui pusillo corpore essent, pueros esse decernerent.

6.

Et si quem exornare volueris, ab iis, quæ sunt in eodem genere præstantiora, metaphora sumenda est; si vero vituperare, ab eis, quæ sunt deteriora.... Quemadmodum et Iphicrates Calliam vocabat μητραγύρτην, non autem δᾳδοῦχον· at hic respondit, ἀμύητον esse illum; alias enim ipsum non μητραγύρτην, sed δᾳδοῦχον appellasset; nam ambo hæc nomina sunt munerum sacrorum; sed alterum honestum est, alterum abjectum.

7.

Iphicrates interrogatus a quodam oratore, quis tandem esset, qui ita magnifice de se ipso sentiret, equesne an sagittarius, an peltam gerens, an pedester : « Nihil, inquit, horum, sed qui sciat hisce omnibus imperare. »

Interrogavit quidam reprehendendi animo Iphicratem, quis esset, quum neque arma, neque arcum, neque cetras ferentium in ordine censeretur : ille respondit, eum se esse, qui hisce omnibus imperaret atque uteretur.

Iphicrates imperator Calliæ Chabriæ filio interroganti : « Quid es? sagittarius, cetratus, eques, gravis armaturæ miles? » « Nihil, » inquit, « horum, sed qui his omnibus præcipio. »

τῶντα. Nam neque de Callia Chabriæ filio quicquam innotuit neque si fuit hic verborum ordo legitimus est nec quid sibi velint vv. καὶ λέγοντα intelligi potest. » Sauppius. At Calliam habes etiam in fr. 6. In Calliæ familia Ἅβρων nomen frequens est. Fort. hoc in Χαβρίας corruptum.

8.

Aristoteles III, 10, p. 396 : Τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατὰ ἀναλογίαν.... Καὶ Ἰφικράτης σπεισαμένων Ἀθηναίων πρὸς Ἐπίδαυρον (Ἐπίδαμνον var. l.) καὶ τὴν παραλίαν ἠγανάκτει, φάσκων αὐτοὺς τὰ ἐφόδια τοῦ πολέμου παρῃρῆσθαι. Quæritur an ad bellum Corinthium, an Corcyræum bellum secundum (an. 373) dictum Iphicratis referendum sit.

Gregorius Corinth. ad Hermogen. t. VII, 2, p. 1203 Walz. : Ἰφικράτης ἐρωτηθεὶς εἰ ὑπεδέξατο Λακεδαιμονίους, οὐκ ἔχων ἀρνήσασθαί φησιν, εἴ μοι τοσοῦτος καιρὸς ἐγένετο πρὸς τὴν ἀπόκρισιν, ὅσος τούτῳ καιρὸς πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἐγένετο, ῥαδίως ἂν ἐλέγξαιμι τὸν λόγον. Cf. Anonymus Seguierii Περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως in Mus. Rhen. philol. novissimi vol. 5 p. 264 : Καλλίας ποτὲ λέγεται εἰπεῖν, ὅτι ἀποκρινεῖται, εἰ τοσοῦτον αὐτῷ δοίη χρόνον ὁ ἐρωτῶν, ὅσον αὐτὸς ἐμελέτα τὴν ἐρώτησιν.

XXI. AUTOCLES.

Aristoteles Rhet. II, 23 p. 377 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ ἢ ὁμοίου ἢ ἐναντίου, μάλιστα μὲν εἰ πάντες καὶ ἀεί, εἰ δὲ μή, ἀλλ'... ἢ οἷς μὴ καλὸν τὰ ἐναντία κρίνειν, οἷον θεοῖς ἢ πατρὶ ἢ διδασκάλοις, ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς, εἰ ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς ἱκανῶς εἶχεν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δοῦναι δίκην, Μιξιδημίδῃ δ' οὔ. De Autocle, Strombichidæ filio, v. Ruhnken. Hist. cr. p. 43, Westermann. Hist. eloq. § 45, 26, Sievers Hist. gr. p. 303.

XXII. CEPHISODOTUS.

1.

Aristoteles Rhet. III, 10 p. 396 : Τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατ' ἀναλογίαν.... Καὶ Κηφισόδοτος σπουδάζοντος Χάρητος εὐθύνας δοῦναι περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον ἠγανάκτει, φάσκων εἰς πνῖγμα τὸν δῆμον ἔχοντα (ἀγαγόντα Dion.; An ἠχότα? Saupp.) τὰς εὐθύνας πειρᾶσθαι δοῦναι. Καὶ παρακαλῶν ποτε τοὺς Ἀθηναίους εἰς Εὔβοιαν ἐπισιτισαμένους ἔφη δεῖν ἐξιέναι τὸ Μιλτιάδου ψήφισμα. Cf. Dionys. t. IV, p. 734. — εἰς Εὔβοιαν] Expeditionem anni 358 indicari censet Sauppius (v. Clinton. ad h. an.) : « Miltiades aliquis, qui illo tempore vixit, commemoratur in titulis navalibus : cf. Bœckh. de re navali Ath. p. 245 et 453. Miltiades videtur plebisciti auctor fuisse, ut in Eubœam proficiscerentur. »

2.

Idem ib. III, 10, p. 397 : Κηφισόδοτος τὰς τριήρεις ἐκάλει μύλωνας ποικίλους.

3.

Idem ib. III, 10, p. 397 : Κηφισόδοτος εὐλαβεῖσθαι ἐκέλευε μὴ πολλὰς ποιήσωσι τὰς συνδρομὰς ἐκκλησίας. Vocem ἐκκλησίας F. A. Wolfius ejici jussit. De Cephisodoto v. Ruhnken. l. l. p. 60, Sievers l. l. p. 302.

8.

Quum metaphorarum genera sint quatuor, maxime excellunt illæ, quæ secundum analogiam fiunt... Et Iphicrates, postquam Athenienses cum Epidauriis et oræ maritimæ incolis fœdus percussissent, id ægre ferens dixit, « ipsos belli viatica sustulisse. »

9.

Interrogatus Iphicrates num Lacedæmonios excepisset, quum negare id non posset, respondit : « Si tantum temporis ad respondendum mihi esset, quantum huic ad interrogandum erat, facile verba ejus refutarem. »

XXI. AUTOCLES.

Alius modus est ex judicio de eadem re, aut simili, aut contraria; maxime quidem, si omnes et semper ita judicarunt; sin minus, adversus quos sententiam ferre honestum non est, ut adversus duos aut patrem aut magistros; cujusmodi est, quod in Mixidemidem dixit Autocles : « An venerandæ quidem deæ honestum sibi putarunt in Areopago causam dicere, Mixidemides vero id recusabit? »

XXII. CEPHISODOTUS.

1.

Quum autem metaphorarum genera sint quatuor, maxime excellunt illæ, quæ secundum analogiam fiunt... Sic Cephisodotus, quum Chares Olynthiaci belli tempore administrationis suæ rationis reddere vellet, id ægre ferens dixit, « eum, quum ad suffocationem populum adegisset velle rationes reddere. » Idem quum Athenienses aliquando hortaretur ut in Eubœam transirent rei frumentariæ prospicientes, dixit « oportere Miltiadis decretum inexpeditionem proficisci. »

2.

Cephisodotus triremes vocabat « pristina varia (*picta*) »

3.

Cephisodotus admonebat, ut caverent ne multos hostiles concursus facerent in concionibus, ἐν ταῖς ἐκκ.

XXIII. POLYCRATES.

« Polycratem Atheniensem Gorgia etiamtum vivo Athenis eloquentiæ præcepta tradidisse, Isocrate natu majorem fuisse, deinde in Cypro insula degisse et declamationibus, quibus magna parva, nobilia ignobilia, vel homines vel res, laudaret vituperaretve, victum quæsivisse scimus : cf. Spengel. Συναγ. τεχν. p. 75 sq., Westerm. Hist. eloqu. gr. § 50, 22, M. Meier. quæstt. andocid. 3 p. XIII sq., Welcker opusc. philol. 2 p. 462. Quod Dionysius (V p. 627, 12) judicat : Πολυκράτης δὲ κενὸς μὲν ἐν τοῖς ἀληθινοῖς, ψυχρὸς δὲ καὶ φορτικὸς ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, ἄχαρις δὲ ἐν τοῖς χαριεντισμοῦ δεομένοις ἐστί : id acerbum quidem est, sed et Isocratis judicio in Busiride et iis quæ ex declamationibus supersunt confirmatur. De veris orationibus quas Dionysius commemorat, nihil constat, nisi forte de accusatione Socratis cogitavit. » Sauppius.

I. ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Quæ ex Isocratis declamatione polycrateæ opposita (§ 4. cf. Ὑπόθεσιν) a sophista posita esse intelligimus, hæc sunt :

1.

Isocratis Busiris § 5 : Ὑπὲρ μὲν Βουσίριδος ἀπολογήσασθαι φάσκων οὐχ ὅπως τῆς ὑπαρχούσης αὐτὸν διαβολῆς ἀπήλλαξας, ἀλλὰ καὶ τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος παρανομίαν προσῆψας, ἧς οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις δεινοτέραν ἐξευρεῖν δυνηθείη· τῶν γὰρ ἄλλων τῶν ἐπιχειρησάντων ἐκεῖνον λοιδορεῖν τοσοῦτον μόνον περὶ αὐτοῦ βλασφημούντων, ὡς ἔθυε τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους, σὺ καὶ κατεσθίειν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους ᾐτιάσω.

2.

Idem ib. § 7 : Οὕτω δ' ἠμέλησας εἰ μηδὲν ὁμολογούμενον ἐρεῖς, ὥστε φῂς μὲν αὐτὸν τὴν Αἰόλου καὶ τὴν Ὀρφέως ζηλῶσαι δόξαν, ἀποφαίνεις δ' οὐδὲν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιτηδεύσαντα... Ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τὰς γενεαλογίας ἐσπουδακὼς ἐτόλμησας εἰπεῖν ὡς τούτους ἐζήλωσεν, ὧν οὐδ' οἱ πατέρες πω κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γεγονότες ἦσαν.

3.

Idem ib. § 31 : Βουληθεὶς γὰρ Βούσιριν εὐλογεῖν προείλου λέγειν ὡς τόν τε Νεῖλον περὶ τὴν χώραν περιέρρηξε καὶ τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους θύων κατήσθιεν· ὡς δὲ ταῦτ' ἐποίησεν, οὐδεμίαν πίστιν εἴρηκας... Σὺ δὲ τοιούτων δημιουργὸν ἀποφαίνεις, ὧν οὐδέτερον οὐδεὶς ἂν ἀνθρώπων ποιήσειεν, ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς τῶν θηρίων ὠμότητος τὸ δὲ τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως ἔργον ἐστίν.

II. ΕΛΕΝΗ.

4.

Argum. Helenæ Isocrat : Τινὲς λέγουσιν, ὡς ὅτι καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἔγραψε πρὸς Πολυκράτην, ἐπιλαμβανόμενος αὐτοῦ καὶ ἐν τούτῳ. Οὐκ ἔστι δέ· καὶ γὰρ τὸ ἐναντίον συνέβη. Ἐκεῖνος γάρ, ὁ Πολυκράτης, ἐπελάβετο τοῦ Ἰσοκράτους ὡς κακῶς γράψαντος τὸν λόγον τοῦτον, ὥσπερ ἐκείνου ἐπελάβετο ἐν τῷ Βουσίριδι. « Testimonio grammatici nihil obstat; nam quod L. Spengelius συναγ. τεχν. p. 75 laudes Helenæ, quæ Gorgiæ esse feruntur, Polycrati tribuit, id mihi vel propter dicendi rationem parum videtur credibile esse. » Sauppius.

III. ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΣ.

5.

Aristoteles Rhetor. II, 24, 3 p. 381 : Ἄλλος (τόπος τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) τὸ διῃρημένον συντιθέντα λέγειν ἢ τὸ συγκείμενον διαιροῦντα· ἐπεὶ γὰρ ταὐτὸν δοκεῖ εἶναι οὐκ ὂν ταὐτὸν πολλάκις, ὁπό-

---

I. BUSIRIS.

1.

Busiridis defensionem professus non modo crimina quæ illi objiciuntur, non refutaris, sed etiam tam insignem ei notam immanitatis inussisti, ut nihil contumeliosius excogitari queat. Nam quum alii, quibus illi maledicere visum est, unam in eo mactationem hospitum exsecrentur, tu etiam devorare homines solitum es criminatus.

2.

Adeo tibi curæ non fuit consentanea loqui, ut dixeris eum Æoli et Orphei gloriam æmulatum esse, idemque demonstres nihil illi studio fuisse quod cum eorum congrueret institutis. Illud autem omnium est absurdissimum, quod in genealogiis versatus dicere non dubitasti eum illos esse æmulatum, quorum ne patres quidem illis jam temporibus nati erant.

3.

Quum Busiridem laudare voluisses, dicere non dubitasti eum et Nilum vi ab suo cursu abruptum regionem circumfluere coegisse, et exteros qui eo advenissent immolatos devorasse, nec ullum argumentum, quo probaretur hæc ab eo esse facta, protulisti. Tu vero talium facinorum opificem eum nobis exhibes, quorum neutrum quisquam mortalium fecerit : nam alterum belluinæ immanitatis est, alterum potentiæ divinæ.

II. HELENA.

4.

Quidam dicunt hanc quoque de Helena orationem Isocratem scripsisse contra Polycratem, ut in hac quoque eum reprehenderet. At non ita res habet; immo contrarium accidit; nam Polycrates potius Isocratem reprehendit ut qui male hanc orationem scripsisset, sicut Polycratem Isocrates in Busiride reprenderat.

III. THRASYBULUS.

5.

Alius apparentium enthymematum locus est id quod conjunctim est dividere. Quoniam enim idem videtur esse,

τερον χρησιμώτερον, τοῦτο δεῖ ποιεῖν. . Πάλιν τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσεν· συντίθησι γάρ. Arist. Schol. Paris. p. 48, a, 10 : Πολυκράτης, ῥήτωρ ὤν, ἔπαινον ἐποίησεν εἰς Θρασύβουλον.

IV. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

6.

Quintilian. II, 17 4 : *Equidem illos, qui contra disputaverunt* (negantes rhetoricen artem esse), *non tam id sensisse, quod dicerent, quam exercere ingenia materiæ difficultate credo voluisse : sicut Polycraten, cum Busiridem laudaret et Clytæmnestram : quanquam is, quod his dissimile non est, composuisse orationem, quæ est contra Socratem, dicitur.* Cf. Philodemus De rhet. l. IV, col. 36 : Ἀλλ' οἱ ῥητορικοὶ σοφισταὶ Βουσίριδας καὶ Πολυφήμους καὶ τοιούτους ἄλλους ἐγκωμιάζοντες τὰ τῶν ἀγαθῶν ἔπαθλα κοινοποιοῦσι καὶ πολλοὺς εἶναι πονηροὺς προτρέπονται καὶ προκρίνοντες ἐν ταῖς συμβλήσεσι τῆς Πηνελόπης Κλυταιμνήστραν καὶ τὸν Πάριν Ἀλέξανδρον Ἕκτορος ἀφανίζουσι τὰς ἀρετὰς τῶν ἀγαθῶν ὅσον ἐφ' αὐτοῖς. Cf. L. Spengel. p. 86.

V. ΨΟΓΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ.

7.

Josephus C. Apion. c. 24 : Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης, ὁ δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας (οὐ γὰρ δὴ Θεόπομπός ἐστιν ὥς τινες οἴονται) καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέβαλεν. Orationem in qua Lacedæmoniorum civitatem Polycrates traduxit, fortasse non diversum fuisse ab ea in qua Thrasybuli laudem celebravit, suspicatur Sauppius. Idem monet, quæ Didymus apud Athenæum IV p. 139, D narravisse in Laconicis Polycratem de Hyacinthiis testatur (Πολυκράτης ἐν τοῖς Λακωνικοῖς ἱστορεῖ), ea non ex libro contra Lacedæmonios scripto petita esse, et colorem orationis magis videri peripateticam disciplinam et consuetudinem referre quam rhetoris gorgiani manum. Cf. Fr. Hist. t. IV, p. 481.

VI. ΜΥΩΝ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

8.

Aristoteles Rhetor. II, 24, 6, p. 381 . Ἄλλος (τόπος τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) διὰ τὸ συμβεβηκός, οἷον ὃ λέγει Πολυκράτης εἰς τοὺς μῦς, ὅτι ἐβοήθησαν διατραγόντες τὰς νευράς. Cf. Schol. Paris. ad h. l. p. 48, a, 37 : Πολέμων (fr. 31) ἱστορεῖ, τοὺς ἀμφὶ Τρωάδα κατοικοῦντας ἀπὸ χρησμῶν τινων τοὺς ἐπιχωρίους μῦς σέβεσθαι, διὰ τὸ τὰς νευρὰς τῶν τόξων τῶν πολεμίων φαγεῖν, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ὄχεις τῶν ἀσπίδων ἤτοι τοὺς λώρους.

(9.)

Apud Aristotelem paulo ante verba modo adscripta leguntur : Ἓν δὲ (sc. τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) τὸ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὡς τὸ φάναι σπουδαῖον εἶναι μῦν, ἀφ' οὗ γ' ἐστὶν ἡ τιμιωτάτη πασῶν τελετή· τὰ γὰρ μυστήρια πασῶν τιμιωτάτη τελετή. Quæ ex eadem Polycratis oratione petita esse recte censere videtur Spengel in Συναγ. τεχνῶν p. 75.

VII. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ.

Diogenes L. II, 38 : Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὥς τινες.

Ælianus V. H. XI, 10 : Οὗτος δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους.

Quintilianus II, 17, 4 : *Quanquam is* (Polycrates) *composuisse orationem, quæ est habita contra Socratem, dicitur.*

Idem III, 1, 11 : (Artem composuit) *etiam Polycrates, a quo scriptam in Socratem diximus orationem.*

Themistius Or. XXIII, p. 357 : Οἱ δικασταὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου ὃν ξυνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο.

Argumentum Busiridis Isocratei : Τοῦτον τὸν λόγον (sc. Busiridem) γράφει (Isocrates) πρὸς Πολυκράτη τινὰ σοφιστήν,... ἐπανορθούμενος αὐτὸν δῆθεν

---

quamquam sæpe non idem est, utrum magis ex usu nostro fuerit, id facere oportet.... Ejusmodi etiam est illud Polycratis qui de Thrasybulo dicit eum triginta tyrannos sustulisse; conjungit enim.

V. VITUPERATIO LACEDÆMONIORUM.

7.

Theopompus Atheniensium civitatem, Lacedæmoniorum Polycrates, Tripolitici auctor (quem Theopompum esse perperam nonnulli credunt) etiam Thebanorum civitatem traduxit.

VI. MURIUM LAUDATIO.

8.

Alius apparentium enthymematum locus ob id quod casu accidit; ut, quod Polycrates de muribus prædicat, eos auxilio fuisse eo quod arcuum nervos corroserint.

VII. SOCRATIS ACCUSATIO.

Meletus quidem apud judices Socratem accusavit; peroravit vero accusationem Polyeuctus, ut ait Favorinus in Omnigena historia : orationem Polycrates sophista scripsit, ut Hermippus refert, sive, ut quidam volunt, Anytus.

Polycrates ille etiam Socratis accusationem scripsit.

Judices decepti sunt orationis præstigiis, quam scripserat Polycrates, Anytus vero emerat.

De Busiride orationem Isocrates adversus Polycratem sophistam quendam scripsit, ut errores corrigeret, quos ille in orationibus duabus, laudatione Busiridis et accusa-

ὡς σφαλέντα ἐν τούτοις τοῖς λόγοις οἷς ἔγραφεν, ἔν τε τῷ ἐγκωμίῳ τοῦ Βουσίριδος καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ τοῦ Σωκράτους. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ παρασχὼν τὸν λόγον τῆς κατηγορίας Σωκράτους τοῖς περὶ Ἄνυτον καὶ Μέλητον, ἵνα κατηγορηθεὶς ἀποθάνῃ.

Suidas : Πολυκράτης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, δεινός τε καὶ τοὺς κατὰ Σωκράτους λόγους δύο Ἀνύτῳ καὶ Μελήτῳ γράψας.

Diogenes L. II, 39 : Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γάρ, φησί, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον· καὶ ἔστιν οὕτως ἔχον. « Atque hanc sententiam etiam aliis argumentis a R. Bentleio confirmatam (dissert. de epist. Socrat. 6 p. 51) cum homines docti omnes sequerentur, nuper C. F. Hermannus histor. philos. platon. 1 p. 629 declamationem illam ante a. 404 scriptam esse suspicatus est, hoc est, antequam Lysander muros diruit. Verum Phavorinus non quia muros longos, qui cum Socrates moreretur non stetissent, a Polycrate commemorari videret, sed quia eorum murorum qui a Conone restituti essent, mentio fieret, declamationem post Socratis mortem scriptam esse judicavit. Quodsi aliter Diogenis verba intelligi non possunt, Hermanni opinionem veram non esse consequens est. Atque ita etiam ea quæ de Lysiæ orationibus socraticis duabus supra exposuimus (Lys. frg. or. 112. 113) Hermanni argumentis non labefactata sunt. » Sauppius.

10.

Isocrates Busir. § 5 : Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος, Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον. Ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν.

11.

Schol. Aristidis p. 180 Frommel : Οἶδε (Aristides) τὸν Σωκράτην πρὸς τοὺς νέους ἀεὶ τὸν Ὀδυσσέα θαυμάζοντα καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν, ὡς Πολυκράτης ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ φησὶ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ αὐτοῦ· ὁ μὲν (Polycrates) συνιστῶν ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἐκ τούτου καταλύειν ἐπεχείρει, ἐπαινῶν τὸν Ὀδυσσέα, τοῖς μὲν βασιλεῦσι παραινοῦντα λόγῳ, τοὺς ἰδιώτας δὲ τύπτοντα, ὁ δὲ (Lysias) οὐδὲν λέγων φροντίζειν μᾶλλον αὐτὸν τῆς τάξεως· διὰ τοῦτο οὖν καὶ αὐτὸς τίθησιν. V. Lysias fr. 215.

VIII. ΧΥΤΡΩΝ ΚΑΙ ΨΗΦΩΝ ΕΓΚΩΜΙΑ.

12.

Alexander Περὶ ῥητορικῶν ἀφορμιῶν, t. IX, p. 334 Walz. : Ἀμέλει ὅταν χύτρας ἐγκωμιάζωμεν ἢ ψήφους, ὡς Πολυκράτης, οὐ πάντως καὶ τεθαυμακότες τὴν χύτραν ἢ τὰς ψήφους ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ γυμνάζοντες ἑαυτοὺς πιθανοῖς τισι λόγοις. « Fortasse etiam ἁλῶν ἐγκώμιον, quod Plato Convivii p. 177 B, Isocrates or. 10 § 12, Menander Walzii 9 p. 131 commemorant, et βομβυλιῶν ἔπαινος, cujus Isocrates l. d. mentionem facit, ad Polycratem referenda sunt. Hic enim inprimis illa ætate videtur talia composuisse; neque quæ L. Spengelium movebant rationes, ut συναγ. τεχν. p. 73 sq. hos lusus aliis tribueret, nostrum judicium impediunt. » S.

IX. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

« Ab Aristotele in arte sæpius *Alexandri* h. e. Paridis *laudes* commemorantur, quæ haud inficete videntur scriptæ fuisse. Ut eas Polycratis fuisse putem, hæc efficiunt. Primum Aristoteles similes lusus aliorum sophistarum vel rhetorum non affert, cum Polycratis et Thrasybulo et murium laudibus usum esse viderimus. Deinde præter Polycratem qui talia illa ætate scripserint novimus Gorgiam, Antisthenem, Alcidamantem, Zoilum; sed si Gorgiæ vel Alcidamantis laudes Alexandri fuissent, et Aristotelem hoc puto commemoraturum

---

tione Socratis, commiserat. Hic enim est qui Anyto et Meleto eam orationem suppeditavit, qua Socrates capitis accusatus damnaretur.

Polycrates, Atheniensis, rhetor valde eloquens, qui contra Socratem orationes duas Anyto et Meleto scripsit.

Favorinus primo Commentariorum libro dicit Polycratis contra Socratem orationem revera non esse dictam; « in ea enim, inquit, muros memorat a Conone restauratos, qui sex demum post Socratis mortem annis restaurati sunt. » Ac sane ita res habet.

10.

Quum Socratem accusare instituisses, Alcibiadem ei, quasi laudare velles, discipulum tribuisti, quem ab eo fuisse eruditum nemo norat, sed longe aliis antecelluisse omnes confitentur.

11.

Aristides novit Socratem coram juvenibus semper admiratum esse Ulyssem atque talem actionem, ut Polycrates in accusatione Socratis et Lysias in ejus defensione dicunt; et Polycrates quidem probare studet Socratem popularem reipublicæ statum evertere voluisse, eo quod Ulyssem laudaret regibus assentantem, plebeios autem verberantem; contra Lysias nihil magis quam bene ordinatam rerum constitutionem ei curæ fuisse dicit. Propter hoc igitur Aristides quoque illa ponit.

VIII. LAUDATIONES OLLARUM ET CALCULORUM.

12.

Quodsi ollarum vel calculorum laudationes instituimus, sicut Polycrates, non propterea id facimus quod reapse ollam vel calculos admiramur, sed eo consilio ut componendis orationibus ad persuadendum accommodatis exerceamur.

fuisse et aliud de ea declamatione testimonium exstaret; Antisthenis declamationes a Diogene Laertio enumerantur, Zoili denique præter Polyphemum et Homerum similis declamatio aut non videtur exstitisse aut nobilis non fuisse. Denique Philodemus loco, quem paulo ante adscripsimus, Busiridem et Clytæmnestram, quas laudationes Polycrati tribuendas esse certum est, una cum Alexandri laudibus commemorat. Quod vero Aristoteles Polycratis nomen non addidit, nobilitate illius lusus putaverim effectum esse. » S.

13.

Aristoteles Rhet. II, 28, 4 p. 376 : Ἔτι (τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) εἰ μήτε μᾶλλον μήτε ἧττον· ... καὶ ὅτι, εἰ μηδὲ Θησεὺς ἠδίκησεν, οὐδ' Ἀλέξανδρος, καὶ εἰ μηδ' οἱ Τυνδαρίδαι, οὐδ' Ἀλέξανδρος, καὶ εἰ Πάτροκλον Ἕκτωρ, καὶ Ἀχιλλέα Ἀλέξανδρος.

14.

Idem ib. II, 23, p. 376 : Ἄλλος (τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐξ ὁρισμοῦ· οἷον... ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσειαν τοὺς μὴ κοσμίους οὐχ ἑνὸς σώματος ἀγαπᾶν ἀπόλαυσιν.

15.

Idem ib. II, 23, 12, p. 377 : Ἄλλος (τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ·... ἢ οἷς μὴ καλὸν τὰ ἐναντία κρίνειν, οἷον θεοῖς ἢ πατρὶ ἢ διδασκάλοις· ... καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου· ὃν αἱ θεαὶ προέκριναν.

16.

Idem ib. II, 24, 7 p. 382 : Ἄλλος (τόπος τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) τὸ παρὰ τὸ ἑπόμενον· οἷον ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὅτι μεγαλόψυχος· ὑπεριδὼν γὰρ τὴν πολλῶν ὁμιλίαν ἐν τῇ Ἴδῃ διέτριβε καθ' αὑτόν.

17.

Idem ib. II, 249, p. 382 : Ἄλλος (τόπος τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ πότε καὶ πῶς, οἷον ὅτι δικαίως Ἀλέξανδρος ἔλαβε τὴν Ἑλένην· αἵρεσις γὰρ αὐτῇ ἐδόθη παρὰ τοῦ πατρός. Οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσως· ἀλλὰ τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ μέχρι τούτου κύριος.

X. ΤΕΧΝΗ.

18.

Quintilianus III, 1, 11 : *Artem composuit.... etiam Polycrates, a quo scriptam in Socratem diximus orationem.*

XI. EX LAUDATIONE INCERTA.

19.

Demetrius Περὶ ἑρμ. § 120, t. IX, p. 54, Walz. : Καίτοι τινές φασιν δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλως λέγειν καὶ σημεῖον ἡγοῦνται τοῦτο ὑπερβαλλούσης δυνάμεως· ἐγὼ δὲ Πολυκράτει μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ ἐγκωμιάζοντι *** ὡς Ἀγαμέμνονα ἐν ἀντιθέτοις καὶ μεταφοραῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τόποις· ἔπαιζε γάρ, οὐκ ἐσπούδαζε, καὶ αὐτὸς τῆς γραφῆς ὁ ὄγκος παίγνιόν ἐστιν.

Varnius Eclog. in Grammat. gr. t. I, p: 220, 8, ed. Dind. et Eustathius in Il. p. 1387, 28 : Καὶ τοῦ Ζεύς ἐστὶ καὶ αἰτιατικὴ παρὰ Πολυκράτει τῷ σοφιστῇ μονοσύλλαβος τὸν Ζεῦν, περισπωμένη, κατὰ τὸ λίς λῖν καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα μονοσύλλαβα. Fluxerunt hæc ex epitome Athenæi; ex ipso autem Athenæo (p. 335, C.) liquet pro Polycrate memorandum fuisse Æschrionem Samium.

« Denique verbo moneo etiam περὶ ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα Polycrati a quibusdam tributum esse, cum alii Philænidis esse dicerent, quanquam ea haud paucis annis post Polycratem vixit : cf. Athenæus 8 p. 335, B. Choliambici poetæ Meinekii p. 137. Copiosius de ea re exposuerunt Jo. Luzac. lectt. att. p. 155 sqq. et F. Nækius ad Chœrilum p. 193 sq. » Sauppius.

IX. ALEXANDER.

13.

Alius locus ad demonstrandum aptus est, si neque magis, neque minus;.... si neque Theseus injuste fecit, neque Alexander, si neque Tyndaridæ, neque Alexander, et si Patroclum Hector *juste* interfecit, etiam Achillem Alexander.

14.

Alius locus ad demonstrandum aptus est ex definitione. Sic in Alexandro legitur : « Inter omnes convenit homines intemperantes unius corporis fructu non esse contentos. »

15.

Alius locus ad demonstrandum aptus est ex judicio de eadem re... aut adversus quos sententiam ferre honestum non est, ut adversus deos, aut patrem, aut magistros ... et de Alexandro, quem deæ ceteris anteposuerunt.

16.

Alius apparentium enthymematum locus est ex eo, quod sequitur; ut in Alexandro, eum magnanimum fuisse; contempta enim hominum frequentia, in Ida solum egisse.

17.

Alius apparentium enthymematum locus est ab omissione temporis et modi; ut, quod Alexander juste Helenam abduxerit; data enim erat Helenæ a patre eligendi potestas; non enim semper fortasse, sed principio; nam pater huc usque dominus erat.

19.

Nonnulli quidem de parvis magnifice dicendum esse jubent eoque summam vim oratoriam ostendi censent; ego vero Polycrati oratori assentior, qui ** (*virum prorsus ignobilem*) laudat, quasi is Agamemnon esset, antithetis et metaphoris omnibusque laudatorii generis figuris.

XXIV. ALCIDAMAS.

Suidas : Ἀλκιδάμας, ἀπὸ Ἐλέας (l. Ἐλαίας) τῆς Ἀσίας, φιλόσοφος, Διοκλέους υἱὸς Μουσικὰ γεγραφότος, μαθητὴς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου. Idem : Γοργίας .,. διδάσκαλος ... Ἀλκιδάμαντος τοῦ Ἐλεάτου (l. Ἐλαΐτου), ὃς αὐτοῦ καὶ τὴν σχολὴν διεδέξατο.

I. ΜΕΣΣΗΝΙΑΚΟΣ.

1.

Aristoteles Rhet. I, 13, 2, p. 340, 20, ed. Didot.: Ἔστι γάρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ μηδὲ συνθήκη, οἷον καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη φαίνεται λέγουσα, ὅτι δίκαιον, ἀπειρημένον, θάψαι τὸν Πολυνείκη, ὡς φύσει ὂν τοῦτο δίκαιον·

> Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
> ζῇ τοῦτο κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη. »

... Καὶ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ λέγει Ἀλκιδάμας.

Schol. ad h. l. fol. 25 v., ed. Paris., 1539 : Ὑπὲρ Μεσσηνίων ἀποστατησάντων Λακεδαιμονίων καὶ μὴ πειθομένων δουλεύειν μελετᾷ καὶ λέγει Ἀλκιδάμας· — « Ἐλευθέρους ἀφῆκε πάντας θεός, οὐδένα δοῦλον ἡ φύσις πεποίηκεν. »

2.

Aristoteles Rhet. II, 23, 1, p. 375, 23 : Ἔστι δ' εἷς μὲν τόπος τῶν δεικτικῶν (sc. ἐνθυμημάτων) ἐκ τῶν ἐναντίων· ... οἷον ὅτι τὸ σωφρονεῖν ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν βλαβερόν· ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ· « εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι. »

Schol. ad h. l. fol. 43 r. : Οἱ Μεσσηνιᾶται ἄποικοί εἰσι τῶν Λακεδαιμονίων· καὶ διότι συνεμάχησαν καὶ προσετέθησαν τοῖς Θηβαίοις, ὡρμήθησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι καταδουλῶσαι αὐτούς. Συμβουλεύει οὖν ὁ Ἀλκιδάμας τοῖς Λακεδαιμονίοις [μὴ] καταδουλῶσαι τοὺς ἐν Μεσσήνῃ, ἐπιχειρῶν ἐκ τοῦ ἐναντίου. « Εἰ γὰρ ὁ πόλεμος, φησί, προὐξένησε τάδε τὰ κακά, [ἡ] εἰρήνη πάλιν ταῦτα ἐπανορθώσεται. »

Pro Θηβαίοις vulgo legitur Ἀθηναίοις, quod correxit A. Schæferus.

II. ΝΑΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

3.

Athenæus XII, p. 592, C : Ἀλκιδάμας ὁ Ἐλαΐτης, ὁ Γοργίου μαθητής, ἔγραψε καὶ αὐτὸς ἐγκώμιον Ναΐδος τῆς ἑταίρας.

III. ΜΟΥΣΕΙΟΝ.

4.

Certamen Hesiodi et Homeri § 13 : Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ, τῆς Πελοποννήσου μὲν ἀνεχώρει, νομίσας τὴν ἐκεῖ Νεμέαν τὸν θεὸν λέγειν· εἰς δὲ Οἰνεῶνα τῆς Λοκρίδος ἐλθὼν καταλύει παρὰ Ἀμφιφάνει καὶ Γανύκτορι τοῖς Φηγέως παισίν, ἀγνοήσας τὸ μαντεῖον· ὁ γὰρ τόπος οὗτος ἐκαλεῖτο Διὸς Νεμείου ἱερόν. Διατριβῆς δ' αὐτῷ πλείονος γενομένης ἐν τοῖς Οἰνεωνεῦσιν ὑποτοπήσαντες οἱ νεανίσκοι τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν μοιχεύειν τὸν Ἡσίοδον, ἀποκτείναντες εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος πέλαγος κατεπόντισαν. Τοῦ δὲ νεκροῦ τριταίου πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ δελφίνων προσενεχθέντος, ἑορτῆς τινος

I. MESSENIACA ORATIO.

1.

Est enim commune quoddam justum natura et injustum quod omnes quodammodo vaticinantur, etiamsi nulla de eo inter illos communicatio aut pactio intercesserit. Quale etiam Antigone apud Sophoclem dicere videtur, justum esse affirmans, sepelire Polynicen, quamvis vetitum sit, quod id natura justum sit :

> Neque enim hodie jus hoc receptum est, aut heri;
> æternitate fixum ab omni sed viget,
> neque origo quæ sit ejus, ulli cognitum est,

et ut dicit in Messeniaco Alcidamas.

Pro Messeniis, qui a Lacedæmoniis defecerant nec servitutem tolerare voluerunt, orationem componens Alcidamas hæc dicit : « *Liberos omnes deus emisit, nec ullum natura servum fecit.* »

2.

Unus inter locos ad demonstrationem aptos est ex contrariis, ex. gr. : Temperate vivere bonum est; nam intemperanter vivere noxium est. Aut, ut in Messeniaca oratione (Alcidamas dicit) : « *Si enim bellum causa est præsentium malorum, pax ea corrigi debet.* » — Messeniatæ coloni sunt Lacedæmoniorum. Qui quum socios se Thebanis adjunxissent, Lacedæmonii in servitutem eos redigere aggrediebantur. Suadet igitur Alcidamas ut ne servituti Messenios Lacedæmonii addicerent, probationem sumens ex contrario : « *Nam si bellum, ait, hæcce mala dedit, pax rursum ea corriget.* »

II. NAIDIS LAUDATIO.

3.

Naidis meretricis laudationem scripsit Alcidamas, Gorgiæ discipulus.

MUSEUM.

4.

Hesiodus autem audito oraculo (quo Jovis Nemei lucum cavere jubebatur), a Peloponneso discessit, putans illam quæ in illa erat regione, Nemeam deum significare. Œneonem vero, quæ in Locride est, adveniens, apud Amphiphanem et Ganyctorem, Phegei filios, diversatur, vaticinii sane ignarus; illa enim regio Jovi Nemeo consecrata erat. Quum autem diutius apud Œneonenses commoratus esset, suspicati adolescentes Hesiodum sorori ipsorum stuprum intulisse, eum interfecerunt, marique, quod Eubœam et Locridem interjacet, submerserunt. Quum vero tertio post die cadaver ad terram delphines detulissent, quo tempore festum solenne in honorem Ariadnæ celebra-

ἐπιχωρίου παρ' αὐτοῖς οὔσης Ἀριαδνείας, πάντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἔδραμον καὶ τὸ σῶμα γνωρίσαντες ἐκεῖνο μὲν πενθήσαντες ἔθαψαν, τοὺς δὲ φονεῖς ἀνεζήτουν. Οἱ δὲ φοβηθέντες τὴν τῶν πολιτῶν ὀργήν, κατασπάσαντες ἁλιευτικὸν σκάφος διέπλευσαν εἰς Κρήτην· οὓς κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ὁ Ζεὺς κεραυνώσας κατεπόντωσεν, ὥς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ.

5.

Aristoteles Rhet. II, 23 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐξ ἐπαγωγῆς ... Ἀλκιδάμας, ὅτι πάντες τοὺς σοφοὺς τιμῶσιν· — « Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασι, καὶ Χῖοι Ὅμηρον οὐκ ὄντα πολίτην, καὶ Μυτιληναῖοι Σαπφὼ καίπερ γυναῖκα οὖσαν, καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα καὶ τῶν γερόντων ἐποίησαν ἥκιστα φιλόλογοι ὄντες, καὶ Ἰταλιῶται Πυθαγόραν, καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν· καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς Σόλωνος νόμοις χρησάμενοι εὐδαιμόνησαν καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς Λυκούργου, καὶ Θήβησιν ἅμα οἱ προστάται φιλόσοφοι ἐγένοντο καὶ εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις. »

Quæ in fragm. 10 extr. citantur verba Alcidamantis : τὴν Ὀδύσσειαν καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον, ea ex eodem Museo depromta esse probabilis est sententia Fossii.

ΘΑΝΑΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

6.

Stobæus Florileg. tit. CXX (qui Ἔπαινος θανάτου inscribitur) c. 3 : Ἐκ τοῦ Ἀλκιδάμαντος Μουσείου·

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον·
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. —
Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει.
Θανεῖν δὲ πᾶσίν ἐστιν εὐμαρές.

Πέπλος, apud Isæum in oratione de his quæ in Macedonia dicta sint. Pepli, qui Minervæ in Panathenæis majoribus in pompa ferebatur, non modo oratores sed comici etiam meminerunt.

XXVIII. CONTRA MEGARENSES, modo genuina sit oratio.

89.

Sphodrias, cujus mentio fit apud Isæum in oratione contra Megarenses, modo genuina sit, dux fuit Lacedæmoniorum, quem Callisthenes in secundo Historiarum Græcarum valde fatuum et in spe concipienda levem fuisse testatur.

XXIX. ADVERSUS MEDONTEM DE FUNDO.

90.

Medon, nomen proprium apud Homerum ad rationem participiorum ita flectitur ut genitivus sit *Medontis*; sed Isæus orator et Aristoteles in Opuntiorum republica *Medonis* in genitivo casu dixerunt.

91.

Αἰξωνῆσιν, apud Isæum in oratione contra Medonem de prædio. Αἰξωνῆς est populus tribus Cecropidis. Porro quoniam Æxonenses a comicis taxabantur ut maledici et obtrectatores, inde factum est, ut αἰξωνεύεσθαι dictum fuerit pro *maledicere*. Sic Menander in Canephoro. Plato quoque dialogo De fortitudine (*Lach.* p. 197, D) inquit : « Nihil adversus hæc inferam, etiam si quid valeam, ne me Æxonensem (*maledicum*) esse dicas. »

92.

Πανδαισία, apud Isæum oratione contra Medonem. Frequens id vocabulum in veteri comœdia. Est autem πανδαισία omnium ciborum genere, apparatu et magnificentia lautissimum convivium. Nam Didymi expositio inepta.

93.

Ψευδεγγραφή, *falsa inscriptio*, nomen est actionis, quam instituunt ii qui quum inter ærarii debitores inscripti sint, mendacii postulant eum qui ipsos in tabula ad templum deæ reposita inscripserat, quod scilicet injuste inter debitores ærarii relati fuerint. Lycurgus in oratione contra Aristogitonem, et Isæus in oratione adversus Medonem, hujus vocis meminerunt.

XXX. ADVERSUS MENECRATEM.

94.

Περιοίκιον. Isæus in oratione adversus Menecratem : « Et quod circa domum est et ipsam domum. » Nescio an περιοίκιον sit idem quod nos dicimus ἐποίκιον.

XXXI. ΜΕΤΟΙΚΙΚΟΣ.

95.

Idem : Συλλογῆς· ὄνομα ἀρχῆς. Ἰσαῖος ἐν τῷ μετοικικῷ σαφέστατα δηλοῖ. « De hoc magistratu cf. Bekk. Anecd. p. 304, 4; Herm. Ant. publ. Gr. § 151, 5; Meier. de bon. damn. p. 206. Qui in Bœckh. C. I. 99 et 157 commemorantur, συλλογεῖς τοῦ δήμου, prorsus diversi videntur fuisse. Μετοικικῷ Sauppius; μετοικισμῷ A, μετοίκῳ Bekk. cum reliquis codd.; περὶ μετοικισμοῦ erat ante Bekkerianam; περὶ μετοικίου voluit M. Meier in diurn. lit. Halens. 1836, p. 435. Similes orationum tituli sunt Τεμενικός Isæi, Τυρρηνικός et Δηλιακός Hyperidis. Videtur de rationibus inquilinorum in universum tractavisse. » S.

XXXII. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΜΝΗΣΙΘΕΟΥ ΘΥΓΑΤΡΟΣ.

96.

Idem : Ἀπορώτατος ἀντὶ τοῦ πρὸς ὃν οὐδένα πόρον ἔστιν εὑρεῖν· Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Μνησιθέου (Μνησαίου Suidas et Bekk. An.) θυγατρός. Cf. Bekk. Anecd. p. 431, 10; Bachm. An. 1, p. 131, 24; Suidas.

XXXIII. ΥΠΕΡ ΝΙΚΙΟΥ.

97.

Idem : Ἀπορρέξαντες· ἀπομερίσαντες, ἀπόμοιράν τινα δόντες· Ἰσαῖος ἐν τῇ ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ. Ἔστι δὲ κἀν τῇ κωμῳδίᾳ. Cf. Bekk. An. p. 454, 3.

98.

Idem v. Χίλιοι διακόσιοι : Λυσίας καὶ Ἰσαῖος ἐν τῇ ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσαντο, χιλίους εἰπόντες. Vide Lysiæ frg. 143 et Isæi fr. or. 69.

[XXXIII b ΚΑΤΑ ΝΙΚΟΔΗΜΟΥ.]

99.

Idem : Προσεποιήσατο ἀντὶ τοῦ ἀντεποιήσατο· Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Νικοδήμου· « οὐδεὶς πώποτε προσεποιήσατο οὐδ' ἠμφισβήτησε τῆς κληρονομίας ἐκείνῳ. » « Verba quæ Harpocratio apposuit, docent hanc esse eandem orationem quæ nunc dicitur Περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου. Cf. epist. crit. ad G. Hermannum, p. 92. — Προσεποιήσατο etc.] Erat προσεποιήσαντο... ἀντεποιήσαντο. » Sauppius.

XXXIV. ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ (s. ΝΕΟΚΛΕΑ) ΠΕΡΙ ΧΩΡΙΟΥ.

100.

Idem : Θυργωνίδαι· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα (Νεοκλέα cod. A.). Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων « μετετέθησάν » φησιν « ἐξ Αἰαντίδος Ἀφιδναῖοι, Περσίδαι, Τιταχίδαι, Θυργωνίδαι· » φησὶ δὲ καὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος ἐν β' Διακόσμου τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς τὸν δῆμον εἶναι. « Cf. Bœckh. C. I, vol. I, p. 309; Meier. apud Rossium de demis att. p. 114. — Περρίδαι Steph. Byz. et Hesych. s. v. Cf. Meier. de gentil. att. p. 50. Verum nomen fuerit Περρεῖδαι. Vide quæ de demis urbanis Att. scripsi p. 9. » Sauppius.

101.

Idem : Κλητῆρες καὶ κλητεύειν. Κλητῆρες μὲν οἱ ἄνδρες δι' ὧν εἰς τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ δικαζόμενοί τισιν· ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας ὥσπερ μάρτυρας τῆς προσκλήσεως· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Νεοκλέα περὶ χωρίου· πολὺ δ' ἐστὶν ὅλως τοὔνομα παρά τε τοῖς ῥήτορσι καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Κλητεῦσαι δ' ἐστὶ τὸ κλητῆρα γενέσθαι, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος. Λέγεται δὲ κλητεύεσθαι καὶ ἐκκλητεύεσθαι ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὅταν μὴ ὑπακούωσι πρὸς τὴν μαρτυρίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Καὶ ἔστιν ἐπι-

---

XXXI. DE INQUILINIS.

95.

Συλλογῆς. Nomen magistratus. Isæus in oratione de inquilinis manifestissime declarat.

XXXII. PRO MNESITHEI FILIA.

96.

Ἀπορώτατος, quem nulla ratione aggredi potes. Isæus in oratione pro Mnesithei filia.

XXXIII. PRO NICIA.

97.

Ἀπορρέξαντες, præbentes, partem alicunde dantes, apud Isæum in patrocinio pro Nicia. Verbum in comœdia quoque occurrit.

98.

Lysias et Isæus in patrocinio pro Nicia rotundo numero mille viros pro mille ducentis viris dixerunt.

XXXIIIb. CONTRA NICODEMUM.

99.

Προσεποιήσατο, *sibi vindicavit*. Isæus in oratione (or. 3 § 1) contra Nicodemum : « *Nemo unquam hereditatem sibi vindicavit de eaque cum illo contendit.* »

XXXIV. ADVERSUS NICOCLEM (vel NEOCLEM) DE FUNDO.

100.

Thyrgonidæ, apud Isæum in oratione contra Nicoclem. Nicander Thyatirenus in opere De populis atticis : « Translati sunt, inquit, ex Æantide tribu Aphidnæi, Perrhidæ, Titacidæ, Thyrgonidæ. » Demetrius quoque Scepsius libro secundo Ordinationis copiarum Trojanarum, Ptolemaidis tribus populum esse testatur.

101.

Κλητῆρες seu apparitores sunt, per quos in jus vocantur quibus dica scripta erat. Nonnulli enim adesse pro testibus citationis debebant. Isæus in oratione adversus Nicoclem de fundo; et omnino frequens vocabulum apud oratores et in veteri comœdia. Κλητεῦσαι vero significat testem esse in jus vocationis, ut Isæus docet in oratione contra Cleomedontem. Κλητεύεσθαι autem et ἐκκλητεύεσθαι de testibus dicitur, quum ad testimonium dicendum in jus venire recusabant; in eos multa statuta erat mille drachmarum, Isæo auctore in oratione pro Pythone de violato patrocinio.

τίμιον κατ' αὐτῶν δραχμαὶ χίλιαι, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Πύθωνος ἀποστασίου.

102.

Idem : Τιτακίδαι· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα. Δῆμός ἐστι τῆς Αἰαντίδος φυλῆς οἱ Τιτακίδαι, ὡς Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων δηλοῖ. Μήποτε δὲ ἀπὸ Τιταχοῦ ὠνομάσθησαν, οὗ μνημονεύει Ἡρόδοτος.

103.

Idem : Ψευδοκλητεία· ὄνομα δίκης ἐστίν, ἣν εἰσίασιν οἱ ἐγγεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ἐπειδὰν αἰτιῶνταί τινας ψευδῶς κατεσκευάσθαι κλητῆρας καθ' ἑαυτῶν πρὸς τὴν δίκην ἀφ' ἧς ὦφλον. Ἔστι δὲ παρά τε ἄλλοις ῥήτορσι καὶ Ἰσαίῳ ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου.

Ψευδοκλητεία Sauppius; ψευδοκλητία Bekk. cum N̄; ψευδοκλησία A; ψευδόκλησις BC; ψευδοκλησία erat ante Bekkerum. Cf. Lobek ad Phryn. p. 507. De re v. Meier. de litt. att. p. 336 sqq.

XXXV. ΠΡΟΣ ΟΡΓΕΩΝΑΣ.

« Videtur inter collegium aliquod orgeonum et eum, qui agrum ab iis vel emerat vel se emisse dicebat, lis de dominio illius agri orta esse, cum orgeones agrum adhuc suum esse contenderent. » Sauppius.

104.

Idem : Ὀργεῶνας. Ἰσαίου λόγος ἐστὶ πρὸς ὀργεῶνας· ὀργεῶνες δ' εἰσὶν οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν ἢ ἡρώων συνιόντες· ὀργιάζειν γάρ ἐστι τὸ θύειν καὶ τὰ νομιζόμενα δρᾶν, ἤτοι παρὰ τὸ ὀρέγειν τὼ χεῖρε, ἢ παρὰ τὰ ὄργια, ἢ διὰ τὸ ἐν ταῖς ὀργάσι καὶ τοῖς ἄλσεσι τὰ ἱερὰ δρᾶν. Οἱ μέντοι ποιηταὶ καὶ ἔταττον τοὔνομα ἁπλῶς ἐπὶ τῶν ἱερέων, ὡς Ἀντίμαχός τέ που καὶ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς. Μήποτε δὲ ὕστερον νενόμισται τὸ ἐπὶ τιμῇ τινὰς τῶν ἀποθανόντων συνιέναι καὶ ὀργεῶνας ὁμοίως ὠνομάσθαι, ὡς ἔστι συνιδεῖν ἐκ τῶν Θεοφράστου διαθηκῶν.

105.

Idem : Παλίνσκιον. Ἰσαῖος μὲν ἐν τῷ πρὸς ὀργεῶνας· « μήτε παλίνσκιον γίγνεσθαι τὸ χωρίον » ἀντὶ τοῦ σύσκιον, Ἀρχίλοχος δὲ τριμέτροις· « πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν (ἐκνήθησαν vel ἐκνήσθησαν? Saupp.) ἐν παλινσκίῳ » ἀντὶ τοῦ ἐν σκοτεινῷ, καὶ Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ· « χειμῶνι σὺν παλινσκίῳ » ἀντὶ τοῦ ζοφερῷ.

106.

Idem : Ἀποφορὰν ἀντὶ τοῦ ἀπενεγκεῖν καὶ διάστημα ποιῆσαι μεταξύ, Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς ὀργεῶνας, ἐν ᾧ φησὶν οὕτως· « εἴπερ γοῦν ὥριζον ταῖς ἀποφοραῖς ταύταις τῶν ποδῶν ἀλλότριον εἶναι τὸ χωρίον. » Cf. Bekk. Anecd. p. 439, 1 et Suidas. Glossa manca est. Isæi verba quomodo sint intelligenda, non satis mihi liquet.

107.

Idem : Γεισίπους καὶ γεισιπόδισμα καὶ γεισιποδίζειν. Τὸ ἐξέχον τῆς δοκοῦ, ἐφ' οὗ τὸ γεῖσόν ἐστι, γεισίπους καλεῖται καὶ γεισιπόδισμα, καὶ γεισιποδίζειν τὸ τοῦτο ποιεῖν· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς ὀργεῶνας.

108.

Idem : Εἰσεπόδιζον ἀντὶ τοῦ εἰσέβαινον τοὺς πόδας τοῦ χωρίου· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς ὀργεῶνας. « Videtur existimandum esse, πόδας dictos esse terminos quosdam agrorum. Nam quod H. Valesius legi voluit ἐγεισιπόδιζον ἀντὶ τοῦ ἔφαινον τοὺς γεισίποδας τ. χ. quanquam probaverunt thesauri Stephaniani nuperi editores, ferri nullo modo potest. » Sauppius.

102.

Titacidæ. Isæus in oratione adversus Nicoclem. Est populus Æantidis tribus, ut Nicander Thyatirenus in libro de populis declarat. Titacidæ fortasse nomen habent a Titaco, cujus meminit Herodotus (9, 73).

103.

Ψευδοκλητεία, *ementita citatio*, nomen est actionis quam instituunt ii qui inter debitores ærarii relati aliquos accusant, quod subscriptores falso subornarint qui se in jus citarent ob debitum solvendum. Legitur autem hoc vocabulum tum apud alios oratores, tum apud Isæum in or. adversus Nicoclem de fundo.

XXXV. ADVERSUS ORGEONES.

104.

Exstat Isæi oratio scripta adversus Orgeones. Orgeones autem sunt qui deorum vel heroum colendorum causa conveniebant; ὀργιάζειν est enim sacrificare et legitima sacra diis facere; dictum vel a porrigendis manibus, vel ab orgiis, vel quod in locis montanis quos ὀργάδας vocabant vel in lucis sacra diis facerent. Poetæ vero nomen etiam de sacerdotibus simpliciter ponebant, ut Antimachus alicubi et Æschylus in Mysis. Videndum autem ne more postea receptum fuerit, ut aliqui in defunctorum honorem convenirent, et orgeones dicerentur, ut perspici licet ex testamento Theophrasti.

105.

Παλίνσκιον. Isæus oratione contra Orgeones : « Neque παλίνσκιον fieri locum », id est, *umbrosum*. Archilochus vero in Trimetris : « Ad murum moti sunt ἐν παλινσκίῳ, » pro *in obscuro*. Sophocles Inacho : « tempestate παλινσκίῳ » h. e. caliginosa.

106.

Ἀποφοράν, *ablationem*, [et ἀποφορεῖν,] longius auferre eoque majus in medio intervallum facere, apud Isæum in oratione adversus Orgeones, ubi ita dicit : « siquidem definiebant pedibus (terminis?) sic longius prolatis alienum esse prædium. »

107.

Pars tigni prominens, cui suggrunda innititur, γεισίπους appellatur et γεισιπόδισμα, et γεισιποδίζειν id ipsum facere, suggrundas fulcire. Isæus in oratione adversus Orgeones.

108.

Εἰσεπόδιζον, fundi pedes (terminos?) ingredi (in terram?) faciebant. Isæus in oratione adversus Orgeones.

XXXVI. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ.

109.

Idem : Οἶον· Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τῆς ποιήσεως. Δῆμοί εἰσιν ἐν τῇ Ἀττικῇ διττοὶ οὐδετέρως λεγόμενοι, καλοῦνται δὲ Οἶον. Κεκλῆσθαί φησιν οὕτω Φιλόχορος ἐν τῇ γ' (ιγ' codd.) διὰ τὸ μηδαμῶς οἰκητὸν τόπον ἔχειν, ἀλλὰ μεμονῶσθαι· τὸ γὰρ μόνον οἶον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι. Ἔστι δὲ τὸ μὲν Κεραμεικὸν Οἶον τῆς Λεοντίδος φυλῆς, τὸ δὲ Δεκελικὸν τῆς Ἱπποθοωντίδος, ὡς Διόδωρος. Οἱ δὲ δημόται ἑκατέρωθεν ἐλέγοντο ἐξ Οἴου. Ἄλλοι δ' ἦσαν οἱ λεγόμενοι Οἴηθεν, ὡς προείρηται.

XXXVII. ΚΑΤΑ ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

110.

* Idem : Θορικός· Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Ποσειδίππου. Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος, ὡς ὁ αὐτὸς Διόδωρός φησιν ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων.

XXXVIII. ΠΡΟΣ ΠΥΘΩΝΑ Η ΥΠΕΡ ΠΥΘΩΝΟΣ ΑΠΟΣΤΑΣΙΟΥ.

111.

Idem v. διαμαρτυρία p. 59, 17 : Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ πρὸς Πύθωνα ἀποστασίου φησὶν ὅτι οὐχ οἷόν τε διαμαρτυρεῖν οὐσίαν· Ὑπερείδης δ' ἐν τῷ κτλ. Cf. Lysiæ frg. 33. Quid in οὐσίαν lateat nescio. Sauppius dedit διαμαρτυρεῖν ξένους· ἀλλ' Ὑπ. ἐν, quoniam in cod. B part. δὲ post v. Ὑπερ. non legitur. Sensus erat : οὐχ οἷόν τε ξένον διαμαρτυρεῖν ἐν ἀποστασίου δίκαις. De re cf. Meier. et Schœmann in *Att. Prozess*. p. 642.

112.

Idem v. κλητῆρες p. 112, 27 : Λέγεται δὲ κλητεύεσθαι καὶ ἐκκλητεύεσθαι ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὅταν μὴ ὑπακούωσι πρὸς τὴν μαρτυρίαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ ἔστιν ἐπιτίμιον κατ' αὐτῶν δραχμαὶ χίλιαι, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Πύθωνος ἀποστασίου. Cf. Isæi fr. 101. or. XXXIV.

XXXIX. ΠΡΟΣ ΣΑΤΥΡΟΝ ΥΠΕΡ ΕΠΙΚΛΗΡΟΥ.

113.

Harpocratio : Ἐπίδικος καὶ ἐπίκληρος καὶ ἐπίπροικος καὶ ἐπικληρῖτις. Ἐπίκληρος μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀρφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ (ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρῖτις)· ἐπίπροικος δὲ ἡ ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου ὥστε προῖκα ἔχειν, ἀδελφῶν αὐτῇ ὄντων· ἐπίδικος δὲ ἡ ἀμφισβητουμένη ἐπίκληρος ὅτῳ χρὴ αὐτὴν γαμηθῆναι. Ταῦτα δὲ δηλοῦσιν Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Σάτυρον ὑπὲρ ἐπικλήρου καὶ Δείναρχος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ διαμαρτυρία περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ δείκνυται καὶ ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους ε' μνᾶς ἐπιδιδόντες. Ὁ δὲ Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον τὴν ἐπίκληρον ἐπικληρῖτιν κέκληκεν.

XL. ΚΑΤΑ ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ.

« Facile crediderim hanc eandem esse orationem, quæ duobus aliis locis ab Harpocratione πρὸς Στρατοκλέα nominatur; nam plus semel similiter erravit. Sed cum orationes, quæ sunt κατὰ Διοκλέους ὕβρεως et πρὸς Διοκλέα περὶ χωρίου (vid. frg. or. VIII et IX), ostenderent non minus recte etiam de duabus cogitari posse, etiam hic duas orationes distingui opus erat. » Sauppius.

114.

Idem : Ὀθνεῖος Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Στρατοκλέους ἀντὶ τοῦ ἀλλότριος, ὡς καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν α'

XXXVI. DE ADOPTIONE.

109.

Œum. Isæus in oratione De adoptione. Bini sunt in Attica populi neutro genere dicti Œum; eosque sic vocatos scribit Philochorus in libro tertio, quod essent minus commoda habitari, nempe loca sola. Οἶον quippe veteribus Græcis idem quod μόνον. Œum Ceramicum est Leontidis tribus, Œum Decelicum vero Hippothoontidis, teste Diodoro. Utriusque populares dicebantur ἐξ Οἴου : a quibus diversi fuere οἱ Οἴηθεν, ut antea traditum.

XXXVII. CONTRA POSIDIPPUM.

110.

Thoricus, cujus mentio fit apud Isæum in oratione contra Posidippum, populus est Acamantidis tribus, ut idem Diodorus scribit in opere de populis.

XXXVIII. ADVERSUS PYTHONEM (aut PRO PYTHONE) DE DEFECTIONE.

111.

Isæus in oratione adversus Pythonem de defectione dicit peregrinis non licere διαμαρτυρεῖν.

112.

Κλητεύεσθαι et ἐπικλητεύεσθαι de testibus dicitur, quum ad testimonium dicendum in judicium venire recusarent. In hos autem multa mille drachmarum statuta erat, auctore Isæo in oratione pro Pythone de defectione sive violato patrocinio.

XXXIX. ADVERSUS SATYRUM DE FILIA HEREDE.

113.

Ἐπίκληρος dicitur pupilla quæ omnium bonorum heres est relicta, nec fratrem habet. Eadem etiam ἐπικληρῖτις vocatur. Ἐπίπροικος vero ea est, ad quam pars tantum hereditatis pertinet dotis nomine, quum fratres ei sint; ἐπίδικος autem dicitur puella omnium bonorum heres, de qua controversia est, cui eam nubere oporteat. Atque hæc declarant Isæus in oratione adversus Satyrum pro epiclero, et Dinarchus in ea cui titulus, Contestatio quod Aristophontis filia non sit epidicos. In hac oratione docetur, virgines egenas elocatas esse a genere proximis, data dote minarum quinque. Isæus porro in or. adversus Lysibium τὴν ἐπίκληρον vocat ἐπικληρῖτιν.

XL. CONTRA STRATOCLEM.

114.

Ὀθνεῖος, *alienus*, Isæus in oratione contra Stratoclem, sicut etiam Plato primo Legum libro (p. 629, E).

Νόμων. « Fortasse etiam ea quæ Harpocratio p. 75, 20 habet (vide Lys. frg. 212) ad hanc orationem referenda sunt, ut non exciderit nomen orationis, in qua Isæus de illis rebus exposuit (quod supra secuti sumus, Isæi frg. 33 or. XI,), sed orationis Lysiacæ. Tum verba καὶ Λυσίας transponenda sunt. » S.

XLI. ΠΡΟΣ ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΑ.

115.

Idem : Διωλύγιον. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Στρατοκλέα· « πράγματα διωλύγια, » ἀντὶ τοῦ μεγάλα· καὶ Πλάτων.

116.

Idem : Μεῖον καὶ μειαγωγός. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Στρατοκλέα· « παρέστησε (παρέστη Photius et Suidas) μεῖον. » Θῦμά ἐστιν ὃ τοῖς φράτορσι παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους.

XLII. ΤΕΜΕΝΙΚΟΣ.

117.

Idem : Ἄμιπποι· Ἰσαῖος Τεμενικῷ· οἱ σὺν ἵπποις στρατευόμενοι. Ἔνιοι δέ φασιν ὅτι ζεύγνυνταί τινες πρὸς ἀλλήλους ἵπποι κέλητες, ὁ δ' ἐλαύνων αὐτοὺς τὸν ἕτερον μὲν παρέλκεται, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ὀχεῖται καὶ οὗτοι ἄμιπποι λέγονται. Τοῦτ' ἔστι τὸ παρ' Ὁμήρῳ « θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ». Πεζοὶ δ' εἰσὶν οἱ ἄμιπποι, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος ἑβδόμης (ἐκ τῆς codd.) τῶν Ἑλληνικῶν. Καὶ μήποτε πρόδρομοί τινές εἰσιν οἱ ἅμα τοῖς ἱππεῦσι τεταγμένοι· Φιλόχορος γοῦν ἐν τῇ ις' φησὶ καὶ προδρόμους. Cf. Suidas.

118.

Lexici rhet. frgm. Cantabr. ad calcem Photii p. 672, 27 : Λύκος ἥρως. Ἱδρυμένος οὗτος ἦν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ᾧ καὶ αὐτῷ τὸ δικαστικὸν ἔνεμον, ὡς Ἰσαῖος ἐν Τεμενικῷ. Καὶ Λύκου δεκὰς καλεῖται, ὅτι περὶ τὸ ἀφίδρυμα αὐτοῦ καὶ δέκα γενόμενοι οἱ δικασταὶ ἐδεκάζοντο. Cf. Suidas v. Λύκου δεκάς et δεκάζεσθαι.

XLIII. ΠΡΟΣ ΤΙΜΩΝΙΔΗΝ ΧΩΡΙΟΥ.

119.

Harpocratio : Οὐσίας δίκη. Οἱ δικαζόμενοι περὶ χωρίων ἢ οἰκιῶν πρὸς τοὺς ἔχοντας οὐσίας ἐδικάζοντο τὴν δευτέραν δίκην· ἡ δὲ προτέρα ἦν τῶν μὲν οἰκιῶν ἐνοικίου, τῶν δὲ χωρίων καρποῦ, τρίτη δὲ ἐπὶ τούτοις ἐξούλης. Καὶ ἐξῆν τοῖς ἑλοῦσι κρατεῖν τῶν κτημάτων καὶ εἰ τὴν δίκην τὴν τοῦ καρποῦ ἢ τοῦ ἐνοικίου καὶ εἰ τὴν δευτέραν ἡττηθεῖεν τὴν τῆς οὐσίας· εἰ δὲ καὶ ἐξούλης ἁλοῖεν, οὐκέτι ἐξῆν ἐπικρατεῖν, ἀλλ' ἐξίστασθαι ἔδει ἤδη τῶν κτημάτων τοῖς καταδικασαμένοις. Ταῦτα δ' ἔστι μὲν καὶ παρ' ἄλλοις ῥήτορσιν, ἀκριβέστατα δὲ εἴρηται Ἰσαίῳ ἔν τε τῷ πρὸς Τιμωνίδην περὶ χωρίου καὶ ἐν τῷ πρὸς Δωρόθεον ἐξούλης. Διείλεκται δὲ περὶ τῆς δίκης καὶ Θεόφραστος ἐν τη' περὶ νόμων.

XLIV. ΠΡΟΣ ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΝ ΑΝΤΩΜΟΣΙΑ.

120.

Idem : Ἐπωνία τέλος ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῇ ὠνῇ διδόμενον, εἴη δ' ἂν ἴσως ἡ πέμπτη· Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους κἀν τῇ πρὸς Τληπόλεμον ἀντωμοσίᾳ. Vide Isæi frg. 40. Cf. not. ad Lysiæ fragm. 227.

XLI. ADVERSUS STRATOCLEM.

115.

Διωλύγιον, *ingens*. Isæus in oratione adversus Stratoclem : *res ingentes*. Plato quoque voce hac utitur.

116.

Μεῖον et μειαγωγός. Isæus in oratione contra Stratoclem : παρέστησε Μεῖον, « adduxit victimam. » Μεῖον enim est hostia, quam phratoribus sive curialibus offerebant, qui liberos suos in eorum numerum referendos curabant.

XLII. TEMENICA ORATIO.

117.

Ἄμιπποι apud Isæum in Temenica oratione sunt *cum equis militantes*. Nonnulli vero dicunt sic vocari equos singulares; qui quum junguntur, eorum altero sessor vehitur, alterum vero alligatum trahit. Hoc est Homericum illud (Il. 15, 684) : « Alternatim de equo in equum transilit. » Ex Thucydide (5, 57) autem et Xenophonte in Hellenicorum libro septimo (7, 5, 23) colligitur ἀμίππους fuisse pedites. Videndum tamen ne illi sint præcursores quidam, equitibus adjuncti. Philochorus sane libro decimo sexto eos etiam præcursores dicit.

118.

Lycus heros ad judicia collocatus erat, cui et ipsi mercedem judicialem assignabant, ut ait Isæus in Temenica oratione. Locus etiam Λύκου δεκάς vocatur, quod circa Lyci simulacrum deni versantes judices corrumpi se sinebant.

XLIII. ADVERSUS TIMONIDEM DE FUNDO.

119.

Οὐσίας δίκη. Qui de agris vel ædibus judicio adversus possidentes contendebant, actionem secundam οὐσίας experiebantur. Et prima quidem actio, si de domo contendebatur, erat ἐνοικίου, de pretio locationis; si de agro, erat καρποῦ, de fructibus; tertia denique erat ἐξούλης, de vi. Et permanebant, qui occuparant, in possessione, etiamsi actione fructus vel locationis vel secunda οὐσίας victi fuissent. Sin ἐξούλης quoque damnati essent, bona non amplius retinere licebat, sed possessione eorum victoribus cedere cogebantur. Atque hæc tum alii oratores memoravere, tum accuratissime tradita sunt ab Isæo in oratione adversus Timonidem de fundo et in altera contra Dorotheum de vi. Theophrastus quoque de ista actione disseruit libro decimo octavo de legibus.

XLIV. ADVERSUS TLEPOLEMUM EXCEPTIO.

120.

Ἐπωνία, vectigal quod pro rebus emptis penditur; fortassis fuit pars quinta. Isæus in oratione adversus Elpagoram et Demophanem et in exceptione adversus Tlepolemum.

XLV. ΑΠΑΡΑΣΗΜΑ.

121.

Dionysius Hal. t. V, p. 609 R. : Ταυτὶ μὲν (or. X, frg. 29) διαλελυμένα καὶ ἐξ ἐπερωτήσεως... ἐκεῖνα δὲ κατὰ συστροφὴν καὶ παρακεκινδυνευμένα τῷ τε βραχέως καὶ ἀγκύλως καὶ ἐκ παραδόξου συντίθεσθαι, καὶ οὐχ ἅπασιν οὐδὲ ἐκ προχείρου γνωριζόμενα·

« Καὶ οὗτος ὁ πάντων ἀνθρώπων σχετλιώτατος, οὐ παρεχομένων αὐτῶν μάρτυρας, ὧν ἐναντίον ἡμῖν ἀποδοῦναί φασιν, ὅμως ἐκείνοις πιστεύειν προσποιεῖται μᾶλλον ὡς ἀποδεδώκασιν ἡμῖν, ἢ ἡμῖν, ὡς οὐκ ἀπειλήφαμεν. Καίτοι πᾶσι φανερόν, ὡς οἵ γε τὸν τούτου πατέρα ἀπεστέρουν ὄντα ἐπίτιμον, ὅτι ἡμῖν ἑκόντες οὐκ ἂν ἀπέδοσαν, εἰσπράξασθαι δ' οὕτως ἔχοντες οὐκ ἂν ἐδυνήθημεν. »

122.

Idem t. V, p. 610 R. : Καὶ ἔτι γε τὰ τοιαῦτα· « ᾧ γὰρ ἃ μὲν ὑπῆρχεν ἔξω τῶν ἀποτιμηθέντων καταλελειτουργηκότα, δανειζομένῳ δ' οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτι πλέον οὐδὲν ἀποδεδωκότι τὰς μισθώσεις ἔχειν ἐμοὶ προσῆκον ἀναμφισβητήτως, οὗτοι τηλικαύτην δίκην λαχόντες καὶ σφέτερα αὐτῶν εἶναι φάσκοντες ἐκώλυσάν με ἐξ αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ἐπισκευήν. » « Corruptissimi hujus fragmenti sententia talis esse videtur : conqueritur aliquis se ἐπισκευήν quandam, h. e. ædificii refectionem, efficere nequivisse adversariorum culpa, quippe qui, ipsius facultatibus partim per liturgias absumtis, partim pro re quadam conducta oppigneratis, quæ solutis ex conductione debitis sibi reliqua futura fuissent, lite mota eripere conati sint. Emendatio certa vereor ut inveniri possit. » Hæc Schœmannus, qui locum ita fere adornandum esse suspicatur : Καὶ γὰρ ἃ μὲν ὑπῆρχεν ἔξω τῶν ἀποτιμηθέντων καταλελειτούργηκα, δανειζομένῳ... οὐδέν· ἃ δέ, ἀποδεδωκότι τὰς μισθώσεις, ἔχειν ἐμοὶ προσῆκον (aut προσῆκεν) ἀναμφισβητήτως, οὗτοι κτλ. Sauppio hæc simpliciora esse videntur quam ut Dionysii consilio conveniant.

123–125.

Stobæus Floril. V, 54 : Ἰσαίου· « Ἡγοῦμαι μεγίστην εἶναι τῶν λειτουργιῶν τὸν καθ' ἡμέραν βίον κόσμιον καὶ σώφρονα παρέχειν. » Eadem S. Maximus Conf. t. 2 p. 539 Combef.

Idem XLVI, 25 : Ἰσαίου· « Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσιν. » Eadem Apostolius proverb. I, 47.

Idem XLVIII, 25 : Ἰσαίου· « Χρὴ τοὺς νόμους μὲν τίθεσθαι σφοδρῶς, πρᾳοτέρως δὲ κολάζειν ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσιν. »

126.

Priscianus XVIII, 20, p. 174 Krehl. : *Nos : sentio illam rem. Similiter Græci dicunt....* Ἰσαῖος· « τί δ' ἐπὶ τοιούτων δεῖ μαρτυριῶν, [ὧν] οἱ δικάζοντες τὰ μὲν αὐτοὶ [εἰσι] συνειδότες, ὅτι ὑγίαινεν ὁ παῖς, τὰ δὲ τῶν ἑωρακότων αἰσθανόμενοι μαρτυρούντων, τὰ δὲ ἀκοῇ πυνθανόμενοι; » Verba Ἰσαῖος et quæ sequuntur aldina exhibet, codd. non habent. Translata fuerint ex Suida v. αἰσθέσθαι, apud quem eodem plane modo exhibentur quo in Aldina, ita scilicet : τὰ δὲ τοιούτων δὴ μαρτυριῶν οἱ δικάζοντες τὰ μὲν αὐτοὶ συννιδότες etc.; quæ correxerunt Schœmannus et Sauppius. Pro συνειδότες Bernhardyus legi velit ἴσασιν εἰδότες.

127.

Idem XVIII, 25 p. 230 : *Attici* ὅταν ἔλθῃ *de futuro dicunt. Isæus etiam de præterito* : ὅταν ἔλθῃ, εἰώθει παρ' ἐμοὶ κατάγεσθαι. *Et iterum* ὅταν ἔλθω, παρ' ἐκείνῳ κατηγόμην. *Antiquiores tamen* ὅτε ἔλθοι *de præterito dicunt.* Vid. Lysiæ frg. 77.

128.

Pollux III, 6 : Γένος δὲ εἶναι τὸ φύσει προσόν, οὐ

XLV. EX INCERTIS ORATIONIBUS.

121.

Hæc quidem inconnexa, et cum interrogatione........ Illa vero contorta et periculi plena ob concisam et abruptam et insolitam compositionem neque omnibus facile cognitu : « Et hic omnium hominum nequissimus, quamquam illi testes coram quibus summam nobis reddidisse dicant, non præbuerunt, tamen illis se reddidisse dicentibus majorem se fidem habere simulat quam nobis accepisse eam negantibus. Attamen omnibus manifestum est illos, qui hujus patrem, quum is integro statu necdum capitis deminutus esset, summa ista spoliarant, non sua sponte eam nobis reddituros fuisse, nos vero ἀτιμίᾳ affectos exigere eam in hac nostra conditione non potuisse. »

122.

Et præterea hæc ejusmodi : « Quæ enim præter oppignerata mihi erant in munera publica consumsi; sin fœneri aliquid sumere voluissem, nemo mihi in illa bona (quæ jam oppignerata erant) quidquam amplius crediturus fuisset. Quæ vero, solutis e conductione debitis, possidere debebam sine controversia, ex his quominus ædificium reficerem, illi me impediverunt talem mihi litem moventes et sua ista esse dictitantes. »

123-125.

Isæi : « Maximum munus in rempublicam conferendum esse puto si quis in vita quotidiana se bene moderatum ac prudentem præbeat. »

Isæi : « Qui injurios puniunt, hi quominus ceteri injuria afficiantur impediunt. »

Isæi : « Leges quidem oportet facere acerbe, punire vero lenius quam illæ jubent. »

126.

Isæus : « Quid vero de talibus rebus testimoniis opus est, quarum partem ipsi judices norint, qui sciant puerum bene valuisse, partem oculatorum voces testium audierint, partem vero fama acceperint? »

127.

Quoties venisset, apud me divertere solebat. — Quoties venissem, apud illum divertebam.

128.

Γένος esse dicimus quod natura adest, non lege accedit,

τὸ νόμῳ προσιόν, οἷον γονέας, υἱεῖς, ἀδελφοὺς καὶ τοὺς πρὸ τούτων καὶ ἐκ τούτων, ἐφ' ὧν καὶ ἡ γενεὰ τάττεται (Ἰσαῖος δὲ καὶ γέννα ν εἴρηκεν· « ἐκ τῆς Ἀναξίωνος γέννας καὶ Πολυαράτου ὄντα »), συγγένειαν δὲ τὸ νόμῳ (φύσει codd.; em. S.) προσγινόμενον, οὐ τὸ ἐκ φύσεως ὑπάρχον.

129.

Idem VIII, 33 : Ἐπίσκηψις δέ, εἴ τις τὴν διαμαρτυρίαν ὡς ψευδῆ αἰτιῷτο. Ἰσαῖος δὲ καὶ τὸ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν· « εἰς Ἄρειον πάγον αὐτῷ ἐπέσκημμαι. »

130.

Harpocratio : Ταμίαι· Ἰσαῖος ἐν τινι τῶν κληρικῶν. Ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις ἦν οἱ ταμίαι, ι' τὸν ἀριθμόν. Παραλαμβάνουσι δ' οὗτοι τό τε ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὰς Νίκας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Εἰσὶ δέ τινες καὶ τῶν τριήρων ταμίαι, ὡς ὁ αὐτὸς φιλόσοφός φησιν. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχοις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ.

131-136.

Pollux III, 15 : Τὸν δὲ ἄπαιδα ἀγενῆ Ἰσαῖος ὠνόμασεν.

Idem III, 80 : Καὶ ἀδούλευτος, ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους Ἰσαῖος λέγει.

Harpocratio : Ἀειλογία τὸ ἀεὶ λόγον καὶ εὐθύνας ὑπέχειν. Οὕτω Δημοσθένης καὶ Ἰσαῖος.

Pollux II, 230 : Ἀθυμοτέρως, ὡς Ἰσαῖος.

Idem III, 67 : Οὐσίαν δὲ ἀλειτούργητον Ἰσαῖος εἴρηκεν.

Harpocratio : Ἀναγινωσκόμενος ἀντὶ τοῦ ἀναπειθόμενος Ἀντιφῶν, Ἰσαῖος, Ἡρόδοτος ἐν α'.

137-140.

Idem : Ἀναδικάσασθαι τὸ ἄνωθεν δικάσασθαι, οὕτως Ἰσαῖος. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἀνάδικοι κρίσεις αἱ ἄνωθεν δικαζόμενοι, ὅταν ἁλῶσιν οἱ μάρτυρες ψευδομαρτυριῶν.

Cf. Pollux VIII, 23 : Ἀναδικάζεσθαι, ὡς Ἰσαῖος.

Pollux II, 20 : ὡς Ἰσαῖος ἀνδρικῷ χορῷ, καὶ ὡς Ἰσοκράτης ἀνδρωδῶς ἐναριθμεῖσθαι τῷ καταλόγῳ. « Etiam Lysias or. 21 §. 1 ita dixit. Fortasse igitur hic Λυσίας et deinde Isæus pro Isocrate substituendus est, cum ea verba apud Isocratem non legantur neque ex deperditis ejus orationibus quidquam a grammaticis afferatur. » S.

Idem II, 127 : Ἰσαῖος δὲ ἀπειρηκὼς ἔφη οἷον ἀπολελαληκώς.

Idem III, 57 : Τοῦτο (peregrinitatis convinci) δὲ καὶ ἀποξενωθῆναι Ἰσαῖος καλεῖ.

141-145.

Idem VIII, 82 : Ἀρχαιρεσίας καὶ ἀρχαιρεσιάζοντα, ὡς Ἰσαῖος.

Idem VIII, 82. 83 : Ἡ ἀρχιθεώρησις, ὡς Ἰσαῖος, ἀρχιθεωροῦντα, ἀρχιθεωρεῖν, καὶ ἀρχιθεωρήσειν, ὡς Ἰσαῖος.

Idem II, 18 : Ἰσαῖος γεραιτέρα.

Idem VI, 101. Δειπνοφορία παρ' Ἰσαίῳ.

Idem VI § 102 : Κατεδαίσαντο παρ' Ἰσαίῳ.

Idem VIII, 74 : Δεσμεύειν, ὡς Ἰσαῖος.

146-150.

Mœris p. 194, 224 ed. Bekker : Διάγνωσιν Ἰσαῖος τὴν ὑφ' ἡμῶν διαδικασίαν.

---

ut sunt parentes, filii, fratres et qui ante hos et ex his sunt, de quibus etiam γενεά vox usurpatur; Isæus vero etiam γέννα hoc sensu dixit, ut in hisce : « *ex Anaxionis et Polyarati genere oriundum* »; συγγένειαν vero vocamus id quod lege adjungitur, non vero natura est.

129.

Ἐπίσκηψις actio est quæ locum habet si quis testimonium ut falsum criminatur. Isæus vero etiam cædis accusare ἐπισκήπτεσθαι dicit : « *in Areopago eum cædis accusavi.* »

130.

Ταμίαι, *quæstores*. Isæus in oratione aliqua hereditaria. Magistratus quidam apud Athenienses erant, decem numero. His coram senatu tradebatur simulacrum Minervæ et Victoriæ et reliquus ornatus et pecunia, prodente Aristotele in republica Atheniensium. Erant etiam quidam triremium quæstores, ut idem tradit. Quæstores autem adjunctos fuisse trierarchis Eupolis declaravit.

131-136.

Liberis carentem Isæus ἀγενῆ nominavit.

Isæus Lacedæmonios ἀδουλεύτους dicit.

Ἀειλογία, si quis semper rationes et defensiones sustineat. Hoc sensu vocem usurpant Demosthenes et Isæus.

Ἀθυμοτέρως, *tristius*, Isæus.

Οὐσίαν ἀλειτούργητον, *opes immunes*, Isæus dixit.

Ἀναγινωσκόμενος, *persuasus*, apud Antiphontem et Isæum et Herodotum libri primo.

137-140.

Ἀναδικάσασθαι, de re semel judicata iterum judicio contendere. Sic Isæus. Hinc etiam ἀνάδικοι κρίσεις vocantur judicia quæ denuo de causa instituuntur, quum testes falsi testimonii convicti fuerint.

Ἀνδρικῷ χορῷ, *virorum choro*, dixit Isæus; ἀνδρωδῶς, *viritim*, *in catalogum referri* dixit Isocrates.

Ἀπειρηκώς, *interdictus*, ap. Isæum.

Ἀποξενωθῆναι, *peregrinitatis convinci*, Isæus dicit.

141-145.

Ἀρχαιρεσίας, *magistratuum electiones*, et ἀρχαιρεσιάζοντα, *magistratus creantem*, Isæus dixit.

Ἡ ἀρχιθεώρησις, *legatorum præfecti munus*, et ἀρχιθεωρήσειν, *legatorum sacrorum præfecti munere functurum esse*, apud Isæum.

Γεραιτέρα, *senior*, apud Isæum.

Δειπνοφορία, *cœnæ portatio*, *ministerium conviviale*; κατεδαίσαντο, *epulati sunt*, apud Isæum.

Δεσμεύειν, *vincire*, Isæus.

146-150.

Διάγνωσιν, *causæ cognitionem*, Isæus dicit quod nos dicimus διαδικασίαν.

Pollux VIII, 64 : Διαιτήσιμον, ὡς Ἰσαῖος.
Idem III, 108 : Καὶ τὸ παιδίον ἐπίβιον Ἰσαῖος εἴρηκεν.
Idem VIII, 67 : Καὶ Ἰσαῖος ἐπιδιώκειν ἔφη τὸ πάλιν δικάζεσθαι.
Idem II, 231 : Ἐπιθύμησις κακῶν παρ' Ἰσαίῳ.

151-155.

Idem VIII, 66 : Τὴν δὲ ἐφισταμένην εἰκόνα, εἴτε λουτροφόρος εἴη εἴτε ἄλλη τις, ἐπίστημα Ἰσαῖος κέκληκεν.
Idem II, 229 : Εὐνοϊκός, ὡς Ἰσαῖος.
Idem II, 58 : Ὡς Ἰσαῖος εὐσύνοπτα.
Idem IV, 94 : Τὸ δ' ἔργον ἀπὸ τῶν κηρύκων κηρυκεῦσαι ἔλεγον, καὶ Ἰσαῖός που λέγει κηρυκευσάτω. ... Προκηρυκευσάμενοι, ὡς Ἰσαῖος εἴρηκεν.
Idem II, 64 : Κλαυθμυρισμός, ὡς Ἰσαῖος.

156-160.

Idem III, 59 : Ἰσαῖος δὲ ξενικῇ τῇ φωνῇ εἴρηκεν.
Idem II, 57 : Ὄψομαι, ὀφθήσομαι, ὦμμαι, ὡς Ἰσαῖος. Sed in A legitur ὄψομαι, ὀφθήσομαι, ἄμφω δὲ Ἰσαῖος εἴρηκεν.
Idem III, 13 : Ἰσαῖος δὲ καὶ πατροτύπτας λέγει.
Idem VII, 8 : Πλὴν Ἰσαῖος καὶ Ὑπερίδης τὸν πράτην εἶπον. ... Τὰ δὲ πιπρασκόμενα ὤνια, πώλημα, ἀγώγιμα· πράσιμον δ' Ἰσαῖος εἴρηκεν ὥσπερ καὶ Ξενοφῶν.
Idem VII, 11 : Ὁ δὲ τοῖς πιπράσκουσι προξενῶν προπράτωρ, ὡς Δείναρχος καὶ Ἰσαῖος εἴρηκεν.

161-165.

Idem IV, 166 : Καὶ προσμετροῦντας Ὑπερίδης, καὶ προσμετρεῖν Ἰσαῖος.... Καὶ Ἰσαῖος ἐκμετρηθείς.
Photius : Τέλματα· τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος ἢ βά[ρα]θρα· Ἰσαῖος δὲ εἶπε τὰ γεωργήσιμα χωρία. Eadem Suidas, Zonar. lex., Etymol. M. p. 756, 23, Schol. Luciani Asin. c. 31, p. 167 Iacobitz. Etym. M. addit : καὶ τελμῖνα καλεῖ τὸν ἐκ τελμάτων πηλόν.
Photius : Φάσκωλον· πήρα τις οὕτως ἐκαλεῖτο, ὡς Ἰσαῖος καὶ Λυσίας. Cf. Harpocrationis cod. D; Etymol. M. p. 789, 6; Suidas.
Etym. M. p. 790, 54 : Φερέτρῳ· τῇ τῶν νεκρῶν κλίνῃ· παρὰ τὸ φέρειν. Κείμενον ἐν φερέτρῳ, Ἰσαῖος. Cf. Photius p. 645, 2.
Pollux III, 81 : Καὶ τὸν ὠνητήν, ὡς Ἰσαῖος (de eo qui servos emit).

TEXNH.

Vitæ X oratt. p. 389, F, de Isæo : Καταλέλοιπε δὲ ... καὶ ἰδίας τέχνας. Cf. Dionysius tom. VI, p. 722, 13 : Οὔτε οἱ τούτοις συμβιώσαντες τοῖς ἀνδράσι, παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς καὶ ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, οἱ περὶ Θεοδέκτην καὶ Φίλισκον καὶ Ἰσαῖον καὶ Κηφισόδωρον, Ὑπερίδην τε καὶ Λυκοῦργον καὶ Αἰσχίνην.

XXVI. PHILEPSIUS.

Photius : Φιλέψιος. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους. Φιλεψίου μνημονεύουσιν οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ ἐπὶ τῷ μεταξὺ τῶν δημηγοριῶν μύθους λέγειν· κεκωμῴδηται δὲ καὶ εἰς πανουργίαν. Eadem Suidas addens post vocem Φιλέψιος : ἦν δὲ φιλοπαίγμων. Cf. Aristoph. Plut. 177 : Φιλέψιος δ' οὐχ ἕνεκά σου μύθους λέγει; schol. ad h. l. : Οὗτος ὡς λάλος καὶ πονηρὸς κωμῳδεῖται.

Διαιτήσιμον, *ab arbitris dijudicandum*, apud Isæum.
Puerulum ἐπίβιον, *superstitem*, Isæus dixit.
Ἐπιδιώκειν, *iterum judicio persequi*, Isæus dixit.
Ἐπιθύμησις κακῶν, *malorum concupiscentia*, apud Isæum.

151-155.

Insistentem tumulo imaginem, sive aquigera esset sive alia quæpiam, ἐπίστημα Isæus vocavit.
Εὐνοϊκός, *benevolus*, apud Isæum.
Εὐσύνοπτα, *bene conspicua*, apud Isæum.
Præconum officium κηρυκεῦσαι dicebant, ut Isæus alicubi habet : κηρυκευσάτω, *promulgato*. — Idem dicit προκηρυκευσάμενοι.
Κλαυθμυρισμός, *ejulatus*, apud Isæum.

156-160.

Ξενικῇ τῇ φωνῇ, *peregrina voce*, Isæus dixit.
Ὄψομαι, ὀφθήσομαι, ὦμμαι, apud Isæum.
Πατροτύπτας, *qui parentes verberant*, apud Isæum.
Τὸν πράτην, *venditorem*, Isæus et Hyperides dixerunt.
Quæ vero venduntur, ea dicunt ὤνια, πώλημα, ἀγώγιμα; Isæus vero, sicut Xenophon quoque, πράσιμον dixerunt.
Venditorum proxeneta προπράτωρ apud Dinarchum et Isæum vocatur.

161-165.

Προσμετροῦντας, *admetientes*, Hyperides, et προσμετρεῖν, *admetiri*, Isæus. Idem etiam ἐκμετρηθείς habet.
Τέλματα, loca cœnosa et voragines vel barathra. Isæus vero sic appellavit arva culta.
Φάσκωλον. Pera quædam sic vocabatur, ut apud Isæum et Lysiam.
Φερέτρῳ, *mortuorum lecto*, a φέρειν voce. Isæus : *jacentem in lecto funebri*.
Τὸν ὠνητήν de servorum emptore loquens Isæus dixit.
XXVI. Philepsius, cujus Demosthenes in oratione contra Timocratem (§ 134) meminit, apud veteris comœdiæ poetas memoratur, ut qui inter concionandum populo fabellas narrare solitus sit. Eundem comici propter malos mores perstrinxerunt.

XXVII. LEODAMAS ACHARNENSIS.

Aristoteles Rhetor. I, 7, 8 : Ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλιστράτου, τὸν βουλεύσαντα τοῦ πράξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν· οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένου· πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου, τὸν πράξαντα τοῦ βουλεύσαντος· οὐ γὰρ ἂν γενέσθαι, εἰ μὴ ἦν ὁ πράξων· τούτου γὰρ ἕνεκα ἐπιβουλεύειν, ὅπως πράξωσιν. Cf. scholia vetera p. 12, b, vers. (ed. paris.). « Non dubito, quin quæ Aristoteles commemorat, ad causam Oropiam referenda sint (a. 366 a. C.). Cf. Rehdantz Vit. Iphicr. p. 112; Sievers Hist. gr. p. 306). Fuit igitur Leodamas inter accusatores publice constitutos, cum Callistratus et Chabrias εἰσαγγελίᾳ proditionis rei facti essent. F. A. Wolfius (ad Demosth. Leptin. p. 501) minus recte de ea causa cogitavit, qua Demosthenes (20, § 146) narrat auctorem populisciti de donis in Chabriam collatis reum a Leodamante factum esse. » SAUPPIUS. Cf. Westermann. Hist. el. § 45.

XXVIII. ANDROTION.

Aristoteles Rhet. III, 4.: Εἰσὶ δ' εἰκόνες οἷον ἣν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν κυνιδίοις· ἐκεῖνά τε γὰρ προσπίπτοντα δάκνειν καὶ Ἰδριέα λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν εἶναι χαλεπόν. De Androtione v. Westermann. l. l. § 54, 25; C. H. Funkhænel ad Demosth. orat. c. Androt. p. 9 sqq. Cf. Fr. Hist. gr. t. I, p. LXXXII, et Androt. fr. 39.

XXIX. ISOCRATES APOLLONIATA.

Suidas : Ἰσοκράτης, Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ Ἡρακλείας ὡς Καλλίστρατος, ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. Οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῃ, τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτει διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ βασιλέως Ἁλικαρνασοῦ· καὶ λόγοι αὐτοῦ ε'· Ἀμφικτυονικός, προτρεπτικός, περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ, περὶ τοῦ μετοικισθῆναι, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας. Cf. Ruhnken Hist. cr. oratt. § 50, 3; H. Weissenborn in Encyclop. Halensi II, t. XXXVI, p. 40 et 60. Isocrati Apolloniatæ Harpocratio s. v. ἐπακτὸς ὅρκος tribuit παραινέσεις πρὸς Δημόνικον, quas inter orationes Isocratis Atheniensis habemus, idque rectissime.

XXX. NAUCRATES.

1.

Plutarchus Cimon. c. 19 : Τιμῶσι δὲ καὶ Κιτιεῖς τάφον τινὰ Κίμωνος, ὡς Ναυσικράτης ὁ ῥήτωρ φησίν, ἐν λοιμῷ καὶ γῆς ἀφορίᾳ τοῦ θεοῦ προστάξαντος αὐτοῖς μὴ ἀμελεῖν Κίμωνος, ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι καὶ γεραίρειν. Qui hoc loco omnium librorum consensu *Nausicrates* vocatur, eum non diversum esse a Naucrate Isocratis discipulo haud improbabiliter censet Ruhnkenius Hist. cr. oratt. § 41. Fragmentum vel ex rhetorica exercitatione de

---

XXVII. Leodamas accusans Callistratum dixit, eum, qui consuluerit, injustius egisse quam qui fecerit; nam non facturum fuisse, nisi consuluisset. Rursus vero etiam, Chabriam accusans, eum, qui egerit, quam qui consuluerit; nam non consulturum fuisse, nisi fuisset qui ageret; propterea enim mala consulere, ut agant.

XXVIII. Sunt autem imagines hujusmodi, ut qua Androtion adversus Idrieum usus est, hunc dicens similem esse canibus catenis solutis; hos enim in omnes incurrere et mordere, et Idrieum vinculis solutum factum esse mordacem.

XXIX. Isocrates, Amyclæ philosophi filius, Apolloniæ in Ponto vel, ut Callistratus ait, Heracleæ natus, orator, discipulus et successor Isocratis magni, et Platonis quoque auditor. Hic Isocrates cum Theodecte oratore et poeta tragico, cumque Theopompo Chio, itemque Naucrate Erythræo, de eloquentia certavit in funere Mausoli, regis Halicarnasi. Orationes ejus sunt quinque : Amphictyonica, cohortatio, Philippo sepulcrum non esse faciendum, de migratione, de suis in rep. consiliis.

1.

XXX. Honorant et Citienses quoddam Cimonis sepulcrum, ut Nausicrates (Naucrates?) rhetor ait, quod peste et sterilitate laborantibus oraculum præcepisset ut non negligerent Cimonem, sed numinis instar colerent atque venerarentur.

laudibus Cimonis vel e funebri oratione de Mausolo petitum fuerit. Naucratem epitaphios scripsisse etiam ex Dionysio t. V, p. 259, 9 constat. Sauppius nomen Nausicratis, ut aliunde non noti rhetoris, Plutarcho relinquendum esse putat. Idem ad Naucratem Isocratis discipulum nihil pertinere opinatur quæ leguntur in Stobæi Flor. XX, 64 : Ναυκράτης ὁ σοφὸς τοὺς ὀξυθύμους ἔφη παραπλήσιον τοῖς λύχνοις πάσχειν· καὶ γὰρ τούτους πλείονι ἐλαίῳ ἐκκαίεσθαι. — Sequentia fragmenta ex Arte fluxerint. Ceterum de Naucrate v. Ruhnken. l. l.; Westermann. l. l. § 50, 4.

2.

Cicero De orat. III, § 173 : *Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa, quemadmodum scribit discipulus ejus Naucrates, numeris adstringeret.* Cf. Orator. § 172; Rufinus De composit. (scholiast. tullian. Orellii vol. I) p. 190.

3.

Quintilian. III, 6, 3 : *Statum Græci* στάσιν *vocant: quod nomen non primum ab Hermagora traditum putant, sed alii ab Naucrate, Isocratis discipulo, alii a Zopyro Clazomenio.* Cf. Spengel. Συναγ. τεχν. p. 181.

XXXI. THEOPOMPUS.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

Theo Progymn. t. I, p. 229 Walz. : Θεόπομπος ἐν τῷ Φιλίππου ἐγκωμίῳ· ὅτι εἰ βουληθείη Φίλιππος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐμμεῖναι, καὶ τῆς Εὐρώπης πάσης βασιλεύσει. Theopompum multas orationes demonstrativas et suasorias scripsisse testatur Dionysius tom. VI, p. 782, 9. Memorantur *laudes Mausoli* apud Gellium X, 18, *laudes Philippi et Alexandri* ap. Theon. Progymn. t. I, p. 123 Walz., *vituperatio Alexandri* ap. Suidam v. Ἔφορος, p. 687 ed. Bernh.; Συμβουλαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ap. Athenæum VI, p. 230. Cf. Histor. Fr. t. I, p. LXXIII et p. 325.

XXXII. CAUCALUS.

Athenæus X, p. 412, A : Ζηνόδοτος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐπιτομῶν Καύκωνός φησι τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Φόρβαντος γενέσθαι τὸν Λεπρέα, ὃν τὸν Ἡρακλέα κελεῦσαι δεθῆναι, ὅτε Αὐγέαν τὸν μισθὸν ἀπῄτει. Ἡρακλῆς δὲ ἐκτελέσας τοὺς ἄθλους ἔρχεται ἐπὶ Καύκωνα καὶ δεηθείσης Ἀστυδαμείας διαλύεται πρὸς τὸν Λεπρέα. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Λεπρεὺς ἐρίζει δίσκῳ καὶ ὕδατος ἀντλήσει καὶ ὅστις ἀναλώσει θᾶττον ταῦρον, καὶ λείπεται πάντα. Εἶτα θωρηχθεὶς προκαλεῖται Ἡρακλέα καὶ θνήσκει ἐν τῇ μάχῃ. Μάτρις δ' ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἐγκωμίῳ καὶ εἰς πολυποσίαν φησὶ τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως καὶ πάλιν νικηθῆναι. Τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ ὁ Χῖος ῥήτωρ Καύκαλος, ὁ Θεοπόμπου τοῦ ἱστοριογράφου ἀδελφός, ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἐγκωμίῳ. Cf. de his Herculis encomiis Plutarchus Mor. p. 192, C. et 217, E.

2.

Suidas : Λήμνιον κακόν. Ἐκ γὰρ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες γυναῖκας οἱ Λήμνιοι καὶ τεκνοποιησάμενοι ἐξ αὐτῶν κατέσφαξαν αὐτὰς μετὰ τῶν τέκνων. Ἐπεὶ δὲ* πάντας αἱ γυναῖκες τοὺς ἄνδρας, ὅτι αὐταῖς οὐ προ-

---

XXXI. Theopompus in Philippi laudatione : *Quodsi Philippus in iisdem studiis perseverare voluerit, vel Europæ universæ imperabit.*

1.

XXXII. Zenodotus Epitomarum libro secundo narrat Caucone Neptuni filio et Astydamia Phorbantis filia natum esse Lepreum, qui vinciri Herculem jusserat, quum mercedem ab Augea repeteret. Hercules autem, peractis laboribus ad Cauconem veniens, rogatu Astydamiæ cum Lepreo in gratiam rediit. Deinde Lepreus cum Hercule disco contendit, item de haurienda aqua, denique uter citius taurum absumeret; et his omnibus discessit inferior. Post hæc sumpto thorace ad armorum certamen Herculem provocavit, et in pugna occisus est. Matris vero in Herculis encomio scribit ad compotationis quoque certamen, uter plus biberet, provocatum a Lepreo Herculem fuisse et in eo quoque Lepreum victum esse. Eadem Caucalus quoque, Chius rhetor, Theopompi historici frater, in Herculis encomio narrat.

2.

Lemnium malum. Lemnii quum ex Attica mulieres rapuissent, liberos ex ipsis susceperunt : quas illi una cum liberis jugularunt. Mox mulieres Lemniæ viros omnes una cum feminis e Thracia accitis interfecerunt, quod ab illis fastidirentur ob fœtorem corporis : quem illas Myrtilus

σεῖχον, ἀνεῖλον ἅμα ταῖς τῶν Θρᾳκῶν γυναιξὶν ἐπὶ τῇ δυσωδίᾳ, ἣν Μυρσίλος μὲν διὰ τὸν Μηδείας ἐπὶ Ὑψιπύλῃ ζῆλον κατασχεῖν, Καύκασος (Καύκαλος?) δὲ διὰ τὸ ὀλιγωρῆσαι τῆς Ἀφροδίτης τὰς Λημνίας· ἔνθεν μεγάλα κακὰ Λήμνια λέγεται. In his Caucali nomen reponendum esse primus conjecit Reinesius. Cf. Westermann. l. l. § 50, 8. De Suidæ loco parum illo integro vide Bernhardyum.

XXXIII. THEODECTES.

Stephanus Byz. v. Φάσηλις· Θεοδέκτης δ' ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν' καὶ ῥητορικὰς τέχνας καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν ͵αι'. Ἀπέθανε δ' Ἀθήνησι κτλ.

Codices habent ἐπῶν καὶ, in quibus versuum sive στίχων numerum latere post Ritschlium monuerunt Sauppius et Meineckius. Numerus num fuerit κᾳι' (21010) an ͵κ an κᾳ, unde καὶ vox orta sit, sciri jam nequit. Ceterum ex nostro loco explicandum puto quod apud Suidam s. v. Θεοδέκτης legitur: ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην. Nam quum a veri specie abhorreat Isocratis discipulum artem rhetoricam δι' ἐπῶν scripsisse, facile tamen hoc effingi potuit a grammatico fontem adhibente, in quo ἐπῶν vox eo sensu usurpabatur quo vidimus apud Stephanum. — Quodsi Suidæ fides habenda est, alter Theodectes, nostri hujus filius, item artem rhetoricam scripsit libris septem, nec non encomium Alexandri Epirotæ. Ceterum de Theodecte Phaselita v. Westermann *Gesch. d. gr. Bereds.* § 56 et 68; idem in *Paulys Realenc.* t. VI, p. 1798 sq.; C. F. T. Mærckeri Commentatio prima de Theodectis Phaselitæ vita et scriptis, Vratislav. 1835; M. Schmidt De tempore quo ab Aristotele libri de arte rhet. conscripti et editi sint, Hal. 1837, p. 3 sqq.; W. C. Kayser Histor. crit. tragg. gr. p. 108 sqq.; Wagner Fragm. tragg. gr. 113 sqq. ed. Didot.

I. ΝΟΜΟΣ.

« Haud improbabiliter mihi conjicere videor, hanc *declamationem* ad rationes militum mercenariorum lege ab Atheniensibus accurate ordinandas pertinuisse. Nam cum C. Gœttlingius ad Aristot. politic. p. 292, Naumannus ad Aristot. Rerumpubl. reliquias p. 100, Wachsmuthius antiqu. græc. 1 p. 799 librum *de republica* intelligendum esse existimavissent, G. G. Nitzschius ind. lectt. æstivv. acad. kiloniensis a. 1828 et Mærckerus l. d. p. 92 viderunt declamationem fuisse; quæ jam Ruhnkenii sententia fuerat Hist. crit. p. 83. » Sauppius.

1.

Aristoteles Rhet., II, 22, p. 377, 19 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐξ ἐπαγωγῆς... καὶ πάλιν ἐκ τοῦ Νόμου τοῦ Θεοδέκτου, ὅτι « τοῖς κακῶς ἐπιμεληθεῖσι τῶν ἀλλοτρίων ἵππων οὐ παραδιδόασι τοὺς οἰκείους οὐδὲ τοῖς ἀνατρέψασι τὰς ἀλλοτρίας ναῦς· οὐκοῦν εἰ ὁμοίως ἐφ' ἁπάντων, καὶ τοῖς κακῶς φυλάξασι τὴν ἀλλοτρίαν οὐ χρηστέον ἐστὶν εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν. »

2.

Idem ibid., p. 378, 31 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐκ τοῦ ἀνάλογον ταῦτα συμβαίνειν· οἷον ... καὶ Θεοδέκτης ἐν τῷ Νόμῳ, ὅτι « πολίτας μὲν ποιεῖσθε τοὺς μισθοφόρους, οἷον Στράβακα καὶ Χαρίδημον, διὰ τὴν ἐπιείκειαν, φυγάδας δ' οὐ ποιήσετε τοὺς ἐν τοῖς μισθοφόροις ἀνήκεστα διαπεπραγμένους; »

II. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

3.

Idem ib. II, 23, p. 378, 2 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐκ τῶν μερῶν ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, ποία κίνησις ἡ ψυχή· ἥδε γὰρ ἢ ἥδε. Παράδειγμα ἐκ τοῦ Σωκράτους τοῦ Θεοδέκτου· « εἰς ποῖον

---

invasisse ait per invidiam Medeæ erga Hypsipylen, Caucasus (*Caucalus?*) vero, quod Lemniæ mulieres debitum Veneri honorem non tribuissent. Hinc magna mala Lemnia dicuntur.

I. LEX.

1.

Alius locus ad demonstrandum aptus est ex inductione ... Sic in Lege Theodectes ait : « iis, qui male alienos equos curarunt, non committunt suos, neque iis, qui aliorum naves everterunt, committunt suas; quodsi igitur in omnibus similiter se res habet, iis quoque, qui male aliorum salutem custodierunt, ad tuendam suam uti nemo debet.

2.

Alius locus ad demonstrandum aptus est ex eo quod eadem pro proportione colligantur. Sic Theodectes in Lege, « Civitate, inquit, donatis mercenarios milites probitatis causa, ut Strabacem (de quo v. Demosthen. p. 482, 25, 46, 20.) et Charidemum (V. Theopomp. fr. 155); qui autem ex illis nefaria facinora patrarunt, eis exilium non irrogabitis?

II. SOCRATIS DEFENSIO.

3.

Alius locus ad demonstrandum aptus est ex partibus, ut in topicis, « cujusmodi motio sit anima; aut enim hæc, aut illa. » Exemplum ex Socrate Theodectis : « In quod-

ἱερὸν ἠσέβηκεν; τίνα θεῶν οὐ τετίμηκεν ὧν ἡ πόλις νομίζει; Cf. schol. vet. fol. 44, b, 38 ed. paris. Quæ apud Aristotelem leguntur l. l. p. 376, 48 (p. 1398, a, 15 ed. Bekk.) : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν δεικτικῶν ἐνθυμημάτων) ἐξ ὁρισμοῦ· οἷον ὅτι « τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον. Καίτοι ὅστις οἴεται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἴεσθαι καὶ θεοὺς εἶναι » : Sauppius ex eadem Socratis defensione petita esse suspicatur; nam quamquam similia legantur apud Platonem Apol. p. 27, C, tamen ratiocinationem Platonis diversam esse et similem sententiam etiam a Theodecte orationi inserendam fuisse.

4.

Fragm. Cantabr. lexici rhetorici ad calcem Photii p. 670, 30 : Ἴσαι αἱ ψῆφοι... ὁποτέρῳ δ' ἂν πλείους γένωνται, οὗτος ἐνίκα· ὅτε δὲ ἴσαι, ὁ φεύγων ἀπέφευγεν, ὡς καὶ Θεοδέκτης ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ. Cf. Aristot. Rep. Athen. fr. 37.

III. ΤΕΧΝΗ.

5.

Quintilianus II, 15, 10 : *A quo* (Gorgia in Platonis libro, qui nomine ejus inscriptus est) *non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus est, quod de rhetorice nomine ejus inscribitur, sive, ut creditum est, Aristotelis : in quo est finem esse rhetorices, ducere homines dicendo in id quod actor velit.*

6.

G. Pletho, Epit. rhet. t. VI, p. 585 Walz. : Μινουκιανὸς οὖν, ὡς ἔφην, ἐκεῖνος, ὁ τεχνογράφος, φύσεως θείας μετεσχηκώς, καθάπερ πρὸ τούτου καὶ Θεοδέκτης, ὀλίγοις πάνυ τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε δύναμιν, εἰπὼν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὕρεσιν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνημοσύνην, ὑπόκρισιν, ἑρμηνείαν. « Quæ quanquam mihi parum videntur probabilia esse, tamen silentio premere nolui. » Sauppius.

7.

Anonym. ad Hermog. t. VI, p. 33 Walz. : Ἔργον ῥήτορος, ὥς φησι Θεοδέκτης, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἐπιλογίσασθαι πρὸς ὀργὴν ἢ ἔλεον. » Cf. Anonymi epitome 3 p. 611 Walz. et Doxopater Prolegg. rhet. t. VI, p. 19 Walz. : Ἔργα δὲ ῥητορικῆς κατὰ τὸν Θεοδέκτην προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν, ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν· τέλος δὲ τῆς ῥητορικῆς οὐ τὸ ἁπλῶς πεῖσαι, ἀλλὰ τὸ πιθαναῖς χρήσασθαι μεθόδοις. Cf. Spengel. Συναγ. τεχν. p. 156.

8.

Tzetzes Chil. XII, 566 :

Τέσσαρας λόγου ἀρετὰς λέγουσι πεφυκέναι
ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ τε αὐτὸς καὶ Ἀλκιδάμας,
ὁ Θεοδέκτης ἅμα τε καὶ Μινουκιανὸς δέ, ...
σαφές, μεγαλοπρέπειαν, σύντομον πιθανόν τε
μετὰ τῆς ὡραιότητος ῥητορικῶν σχημάτων.

Quintilian. IV, 2, 63 : *Illa quoque, ut narrationi apta, ita cum ceteris partibus communis est virtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit; non enim magnificam modo vult esse, verum etiam jucundam expositionem.* Cf. idem IV, 2, 31. 36. 40. 52. 61 et Pletho t. VI, p. 592.

9.

Dionysius Hal. t. V, p. 8, 1 R. : Ταῦτα δὲ (sc. τὰ τοῦ λόγου μόρια) Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Hæc latina fecit Quintilianus 1, 4 § 18.

10.

Cicero Orat. § 172 : *Is igitur* (Aristoteles) *versum in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus auditor Theodectes, inprimis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem et sentit et præcipit.* Idem postquam pæana om-

---

nam templum impius fuit? quosnam deorum veneratus non est, quos civitas in deorum numero habet?

4.

Qui majorem suffragiorum numerum tulisset, is vincebat; sin æqualem tulit pars utraque, reus absolvebatur, sicut etiam Theodectes ait in Socratis defensione.

III. ARS.

6.

Mucianus ille, sicut dixi, artium scriptor, divinæ naturæ particeps, quemadmodum ante hunc Theodectes, perpaucis verbis totam artem oratoriam complexus est, oratoris opus esse dicens inventionem, ordinem, dispositionem, memoriam, actionem, explicationem.

7.

Oratoris opus est, ut Theodectes ait, procemiis captare benevolentiam, expositione probabilitatem spectare, confirmatione fidem facere, epilogis vel iram movere vel commiserationem.

Secundum Theodectem artis oratoriæ opus est procemia facere ad captandam benevolentiam, exponere ad fidem faciendam, certare ad demonstrandum, consummare ad reminiscentiam; finis vero artis oratoriæ non simpliciter in persuadendo positus est, sed in usu methodorum quæ ad persuadendum accommodæ sint.

8.

Quattuor orationis virtutes esse dicunt Isocrates orator et Alcidamas cum iisque Theodectes et Mucianus, ... perspicuitatem, magnificentiam, concinnitatem et probabilitatem narrationis figurarum rhetoricarum jucunditate distinctæ.

9.

Orationis partes Theodectes et Aristoteles et qui eorum temporibus hisce studiis operam navabant, ad tria produxere, primas orationis partes esse statuentes nomina et verba et conjunctiones.

nium numerorum orationi aptissimum ab Aristotele judicatum esse exposuit, addidit § 194 : *Atque hæc, quæ sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecteque de pæane dicuntur.* Cf. § 218 et Quintilianus Institut. orat. IX, 4 § 88.

Harpocratio : Μοιροκλῆς, ὄνομα κύριον, Σαλαμίνιος, τῶν παρ' Ἀθηναίοις οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων. Cf. Ruhnken. hist. crit. p. 79 sq.

Aristoteles Rhet. III, 10 : Καὶ Μοιροκλῆς οὐδὲν ἔφη πονηρότερος εἶναι, ὀνομάσας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν· ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπιτρίτων τόκων πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπιδεκάτων. « Bœckhius œcon. publ. Athen. I, p. 135 sqq. de modo usurarum apud Athenienses exposuit ibique h. quoque l. commemoravit (p. 144). Sed fateor me vim metaphoræ non satis percipere. An Mœrocles hoc voluit, se pauperem esse, illum divitias acquisivisse? An δεκασμοῦ significatio inest? » Sauppius.

XLVI. HYPERIDES.

De Hyperide v. Westermannus in Hist. Eloq. gr. § 119 sqq. et Kiesslingii quattuor commentationes ad calcem fragmentorum Lycurgi (Halis 1847, p. 129-260).

De numero orationum auctor Vit. decem oratt. p. 849, D : Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι ἑβδομήκοντα ἑπτά, ὧν γνήσιοί εἰσι πεντήκοντα δύο. Suidas v. Ὑπερείδης : Εἰσὶ δὲ λόγοι αὐτοῦ νς' (νβ'? Bernh.). Grammaticus in schol. Æschin. or. II, § 18 : Ὑπερείδης λόγους ρο' (ζ' καὶ ο'?).

De indole orationis Hyperidiæ Dionysius t. V, p. 641 : Ὁ δ' Ὑπερείδης κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ἡττᾶται Λυσίου, κατὰ δὲ τὸν πραγματικὸν τόπον διαφέρει. Διηγεῖται δὲ πολλαχῶς, ποτὲ μὲν κατὰ φύσιν, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἐπὶ τὴν ἀρχήν, πορευόμενος· πιστοῦται δ' οὐ κατ' ἐνθύμημα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐπιχείρημα πλατύνων.

Hermogenes in Rh. gr. t. III, p. 382 Walz. : Ὁ δ' Ὑπερείδης τὸ μὲν ἐπιμελὲς ἥκιστα ἔχει, διὸ καὶ ἧττον δυνατὸς εἶναί πως δοκεῖ, μέγεθος δὲ αὐτῷ ἐστιν ὑπέρογκον, σκληρὸν δὲ τοῦτο καὶ οὐ κεκραμένον, ὥστε μὴ σφόδρα εὖ τῷ καθαρῷ τε καὶ ἠθικῷ κεκρᾶσθαι. Κίνησις δὲ καὶ γοργότης σχημάτων πάνυ ὀλίγη παρὰ τούτῳ. Δεινότης δὲ ἡ κατὰ μέθοδον ἐστὶ μὲν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ῥήτορσι καὶ παρὰ τούτῳ, ἔλαττον δὲ ἡ κατὰ τὴν παρὰ τῷ Λυσίᾳ τε καὶ Ἰσαίῳ, καὶ ἔτι τῷ κορυφαίῳ αὐτῶν, λέγω τῷ Δημοσθένει. Παρὰ δὲ Ὑπερείδῃ κἀκείνην εὕροι τις ἂν τὴν δεινότητα, ἣ καὶ φαίνεται καὶ ἔστιν, οὐχὶ τὴν κατὰ μέθοδον μόνην, σπανίως μέντοι, ὅπου γε καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει

XLIV. Timarchus, Arizeli filius, homo voluptarius et cinædus, in Piræeo apud Euthydicum principio versatus, postea Misgolæ et Hegesandro Leodamantis amasio se mercede locavit; post eos Pittalaci servi publici consuetudine usus est. Procurator autem electus, Aristogitone refragante rejectus est.

XLV. Mœrocles, nomen proprium. Salaminius fuit inter eos qui Athenis non obscure remp. gesserunt.

At Mœrocles, quum probum quendam hominem appellasset, dixit se nulla in re esse illo improbiorem; illum enim ternis fœnoribus improbitatem exercere, se vero denis. »

σπάνιον τοῦτο. Ἴδιον δὲ Ὑπερείδου τὸ καὶ ταῖς λέξεσιν ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι.

Longinus π. ὕψους c. 34 : Ὁ μὲν γὰρ Ὑπερείδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα καὶ τὰς Λυσιακὰς ἐκ περιττοῦ περιείληφεν ἀρετάς τε καὶ χάριτας· καὶ γὰρ λαλεῖ μετὰ ἀφελείας, ἔνθα χρή, καὶ οὐ πάντα ἑξῆς μονοτόνως, ὡς ὁ Δημοσθένης, λέγει, τό τε ἠθικὸν ἔχει μετὰ γλυκύτητος, λιτῶς ἐφηδυνόμενον· ἄφατοί τε περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοί, μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια, τὸ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστον, σκώμματα οὐκ ἄμουσα οὐδ' ἀνάγωγα κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους, ἀλλ' ἐπικείμενα· διασυρμός τε ἐπιδέξιος καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν καὶ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον, ἀμίμητον δὲ εἰπεῖν τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον, οἰκτίσασθαί τε προσφυέστατος, ἔτι δὲ μυθολογῆσαι κεχυμένως καὶ ἐν ὑγρῷ πνεύματι διεξοδεῦσαί ἐστιν εὐκαμπὴς ἄκρως, ὥσπερ ἀμέλει τὰ μὲν περὶ τὴν Λητὼ ποιητικώτερα, τὸν δὲ ἐπιτάφιον ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο.

Ceterum Kiesslingius l. l. p. 140 ita habet : « Lætabere sane, quod tam multa et late fusa Hyperidis orationum fragmenta ad nos pervenerint, sed deplorabis quoque, quod ne una quidem integra servata est oratio, ex qua num vere de Hyperide judicaverint rhetores perspici possit. Non prorsus autem videtur spes abjicienda esse fore ut in bibliothecæ alicujus obscuritate Hyperidis orationes latentes aliquando ex situ et tenebris protrahantur. Taylorus enim præfat. ad Demosth. vol. III meminit codicis, quem possederat olim Jacobus Harris Sarisberiensis et qui deinde in manus devenerat Emanuelis Martini, Decani Alonensis, a quo Epistol. lib. VI, 12 ita describitur : « Codices porro manu exaratos nactus sum aliquot;... alter antiquorum rhetorum selectas orationes continet, ut Demosthenis, Aristidis, Himerii, *Hyperidis*, Libanii : cui adjectæ sunt Philostrati vitæ Sophistarum et Platonis Gorgias. Videtur autem hic codex fuisse olim Nicephori Gregoræ, ut ostendit ejus chirographum in interiore tabula hinc inde scriptum. » Ex hoc codice, qui pergamenus fuit et melioris notæ, Taylorus nactus erat « Variantes Philippicarum IV » ; quum vero beneficio Martini ad Taylorum Cantabrigiam mitteretur, ut ceterarum orationum varias ipse αὐτολεξεί, ut ait, excerperet, in itinere mala quorundam fide interceptus est, et ex eo tempore diu frustraque a Tayloro quæsitus. Quis, si oculi Decanum istum non fefellerunt, non cum Tayloro exclamaverit : « Hunc si quis adhuc domi in pluteo concluserit, vel quovis modo fraudem faxit, Deæ Fidei sacer esto. » Me hac in re nominum collocatio offendit. Quid, si Hyperidis nomen ortum sit ex Himerii sive Libanii declamatione Hyperidia, de qua supra diximus? Vœmelius vero, diligens codicum Demosthenicorum censor, nihil quod antea non jam cognitum fuisset, de hoc codice eruere potuit. »

« Pari modo spes nostra eluditur alia quadam memoria Jo. Alex. Brassicani, in præfatione ad Salvianum hæc narrantis : « In bibliotheca Budensi Matthiæ Corvini regis vidimus integrum Hyperidem cum locupletissimis scholiis, librum multis etiam censibus redimendum. » Notum est autem bibliothecam Budensem Matthiæ Corvini a Turcis esse combustam paucasque reliquias Vindobonam esse transportatas, in quibus Hyperidem frustra quæsiveris. Belinus Ballus Hist. Eloq. gr. I, p. 313 suspicatus est Euripidem fuisse a Brassicano confusum cum Hyperide : quod etsi aliquoties factum est, nec hic factum esse probari potest, nec, si verum esset, jacturæ dolorem magnopere leniret. »

« Porro Angelus Majus, quod narrat A. Westermannus Hist. Eloq. gr. p. 311, Hyperidia quædam in codice palimpsesto Aristidis, in Vaticana bibliotheca asservato, sibi detexisse visus est, de quibus in ephemeridibus quæ dicuntur *Giornale Arcadico*, mense septembr. an. 1820 p. 339, publice quædam monuit. »

Post hæc contigit ut una saltem Hyperidis oratio integra aliarumque duarum particulæ in lucem protraherentur unde nemo exspectaret; haud enim e bibliothecis nostris sed Ægyptiis ex σωματοθήκαις provenerunt. Scilicet anno 1847 A. C. Harris voluminis papyracei ad Thebas reperti particulam ab Arabe quodam emit, et Londinum allatam arte lithographica in undecim tabulis exprimendam curavit (*Fragments of an oration against Demosthenes respecting the money of Harpalus. Published by A. C. Harris of Alexandria M. R. S. L. London* 1848 *in-fol.*). Continet papyrus, pessime ille temporum injuria affectus, lacinias orationis contra Demosthenem in causa Harpalica habitæ, atque fragmenta orationis contra Lycophronem. Deinde Jos. Ardenius anno 1852 per Orientis terras iter faciens aliam ejusdem voluminis papyracei partem emit a duobus Arabibus, qui repertum volumen esse dicebant in sarcophago quodam sepulcri prope Thebas siti. Alteram hanc partem libello splendidissimo edidit Babington (London 1853) et post hunc Schneidewinus. Inest oratio pro Euxenippo integra, et orationis pro Lycophrone dictæ pars posterior. Auctoris nomen etsi in papyro non apparet, tamen Hyperidis nos orationes tenere compluribus locis quos ex iis, addito auctoris nomine, grammatici laudant, do-

cemur. Quod codicis rationes attinet, luculenter de iis exposuit Babington, quibuscum conferenda sunt quæ de Harrisianis fragmentis dixit Bœckhius in *Allgem. Lit. Zeitung*, 1848, N. 223-227. Verba oratoris emendare præter Babingtonem et Schneidewinum studuerunt Cobetus, Spengelius, Kayserus, Patakis Græcus et Beckerus, de quorum conatibus vide quæ disseruit Schneidewinus in Philologi tomo VIII, p. 340-354.

Primo loco ponemus quam integram habemus orationem pro Euxenippo. Quæ ex orationibus contra Demosthenem et pro Lycophrone in papyro supersunt, inter fragmenta suo loco exhibebuntur.

De *Argumento orationis pro Euxenippo adversus Polyeuctum* ita habet Schneidewinus : « Post pugnam Chæronensem quum Philippus Macedo Oropum urbem cum agro suo, quæ urbs, ut ait Strabo, ἐν ἀμφισβητησίμῳ ἐγεγένητο πολλάκις inter Thebanos potissimum et Athenienses, illis ademptam his adjudicavisset, factum populi scitum est, decem tribus agrum illum ita inter se sortirentur, ut binæ singulos sorte ductos possiderent : ager enim quinque colles videtur complexus fuisse. Illæ sortitæ sunt. Sed is collis, qui tribubus Acamantidi et Hippothoontidi obtigerat, in disceptationem venit essetne jure occupatus. Fuerunt enim qui illum deo Amphiarao dedicatum defenderent contra fas a tribubus teneri. Quæ dubitationes ut tollerentur religionique satisfieret, populus civi cuidam suo, Euxenippo, viro honesto eique diviti et tum ætate provectiori, hoc negotii dedit, ut cum duobus aliis in fano Amphiarai incubaret, si quid per somnum offerretur visum, quo deus ipse aperiret quid rei esset. Profectus est Euxenippus, incubat, somnium refert : montem deo sacrum nec fas esse in potestate tribuum permanere. Tum Polyeuctus Cydantida, non ignobilis homo et in republica versatus, rogationem ad plebem tulit, tribus ut redderent montem Amphiarao, quippe qui a finitoribus ante sortitionem exemptus deo et consecratus fuerit, restituerentque pretium quo vendidissent. Addidit in eadem rogatione, ut reliquæ octo tribus damno duarum caverent sarcirentque illæ quod amisissent. Huic Polyeucti rogationi intercessit nescio quis (is fortasse ipse Hyperides fuit) actione legis male rogatæ perfecitque ut rogator legis caussa caderet multaque viginti quinque drachmarum afficeretur. Quam calamitatem Polyeuctus non potuit ferre, sed iratus Euxenippum, de cujus ille fide antea nihil dubitavisset, denuntiavit falsa retulisse de somnio, certis quibusdam hominibus in urbe gratificatum. Simul diversissima ille crimina in Euxenippum congerebat et subscriptorem sibi accivit Lycurgum Butadam. At Euxenippo subvenit Hyperides, sed is secundarum partium actor : nam ante Hyperidem alius nescio quis reum defenderat. Est igitur hæc oratio ex genere τῶν δευτερολογιῶν. Unde apparet, cur quædam leviter tangantur, illis scilicet satis aperta qui superiori orationi interfuissent. Cadit hoc in eam potissimum partem orationis, qua occurrit Hyperides calumniationi Polyeucti et divitiis Euxenippi per fraudem partis : quæ pars ultima est. Perstringi fodinas argenti, quarum in possessione fuit reus, licet orator non distincte dicat, omnis finis orationis non sinit dubitare. De tempore actæ causæ satis constabit legentibus, universe quidem : qui operosius investigare volent, vel annum ipsum definire poterunt. De Euxenippo et Polyeucto quædam præmittenda videntur. Et de illo quidem aliunde nihil, quoad sciam, accepimus : nam quem Ol. 118, 4, Diodorus XX, 81 et Dionysius Hal. in Dinarcho c. 9 p. 650 Rske prætorem fuisse testantur vel Euxenippum vel Xenippum, tametsi fieri posse ut idem sit non negamus, veri simile esse, fuisse eundem, nemo contendet : Polyeuctum paullo rectius novimus. Etenim constabat ante hanc repertam orationem, tres habuisse orationes Hyperidem, quæ ad Polyeuctum spectarent : κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν, πρὸς Πολύευκτον, de quibus recte distinguendis dixit Bœckhius de re navali Athen. p. 249 et H. Sauppius meus oratt. fragm. p. 298, qui ultimam illarum post Olymp. 110, 1 habitam esse effecerunt. Illud vero dubitatum est, quis Polyeuctus ex multis qui tum erant cognomines Athenis intelligi deberet. Et Sauppius quidem Bœckhium secutus Sphettium illum, celeberrimum oratorem, propter summam consiliorum, quæ Demosthenes Hyperides Polyeuctus agitarunt, communionem merito rejicit et contra Cydantidam Polyeuctum habitam ultimam orationem esse certe verisimile fieri ex fr. apud Harpocrat. v. Κυδαντίδης observat : Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτον· δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος Κυδαντίδαι. Addit Bœckhius ne reliquas quidem orationes ad alium videri pertinuisse. Nec conjectura tenui sane argumento suffulta homines egregios fefellit. Nam Euxenippi accusatorem Cydantidam fuisse, non, quod editor Cantabrigiensis sibi persuasit, Sphettium, cujus quædam orationum reliquiæ ætatem tulerunt, planissime docet quod in or. I, § 11 legitur. Polyeuctus enim aliquando in jus vocatus ex Ægeide tribu decem sibi advocatos legit, inter quos Hyperides fuit; Cydantidæ autem pagus illius tribus fuit. Homo commemoratur in titulo Piræensi Bœckhii XIII a 37 p. 423 tanquam au-

ctor plebisciti Olymp. 113, 3 scripto et apud Dinarchum in Demosth. § 58 : Πολύευκτον τὸν Κυδαντίδην τοῦ δήμου προστάξαντος ζητῆσαι τὴν βουλήν, εἰ συνέρχεται τοῖς φυγάσιν εἰς Μέγαρα, καὶ ζητήσασαν ἀποφῆναι πρὸς ὑμᾶς, ἀπέφηνεν ἡ βουλὴ συνιέναι. Κατηγόρους εἵλεσθε κατὰ τοὺς νόμους, εἰσῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον, ἀπελύσαθ' ὑμεῖς ὁμολογοῦντος Πολυεύκτου βαδίζειν εἰς Μέγαρα ὡς τὸν Νικοφάνην· ἔχειν γὰρ τὴν αὐτοῦ μητέρα τοῦτον. Ad eundem Polyeuctum pertinuisse orationem Demosthenis πρὸς Πολύευκτον παραγραφήν, quæ periit, suspicatur Bœhneckius Quæstt. oratt. Attic. p. 643, ubi Polyeuctos accuratissime recenset. Ceterum Cydantidam fuisse hominem versutum et qui cum dicendi peritus esset facile universæ civitati negotia facesseret testatur Hyperides § 13. »

I. ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΝ.

Ἀλλ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅπερ καὶ πρὸς τοὺς παρακαθημένους ἀρτίως ἔλεγον, θαυμάζω εἰ μὴ προσίστανται ἤδη ὑμῖν αἱ τοιαῦται εἰσαγγελίαι· τὸ μὲν γὰρ πρότερον εἰσηγγέλλοντο παρ' ὑμῖν Τιμόμαχος καὶ Λεωσθένης καὶ Καλλίστρατος καὶ Φίλων ὁ ἐξ Ἀναίων καὶ Θεότιμος ὁ Σηστὸν ἀπολέσας καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι· (2) καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ναῦς αἰτίαν ἔχοντες προδοῦναι, οἱ δὲ πόλεις Ἀθηναίων, ὁ δὲ ῥήτωρ ὢν λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ· καὶ οὔτε τούτων πέντε ὄντων οὐδ' εἷς ὑπέμεινε τὸν ἀγῶνα, ἀλλ' αὐτοὶ ᾤχοντο φεύγοντες ἐκ τῆς πόλεως, οὔτ' ἄλλοι πολλοὶ τῶν εἰσαγγελλομένων, ἀλλ' ἦν σπάνιον ἰδεῖν ἀπ' εἰσαγγελίας τινὰ κρινόμενον ὑπακούσαντα εἰς τὸ δικαστήριον· οὕτως ὑπὲρ μεγάλων ἀδικημάτων καὶ περιφανῶν αἱ εἰσαγγελίαι τότε ἦσαν· (3) νυνὶ δὲ τὸ γινόμενον ἐν τῇ πόλει πάνυ καταγέλαστόν ἐστιν· Διογνίδης μὲν καὶ Ἀντίδωρος ὁ μέτοικος εἰσαγγέλλονται ὡς πλέονος μισθοῦντες τὰς αὐλητρίδας ἢ ὁ νόμος κελεύει, Ἀγασικλῆς δ' ὁ ἐκ Πειραιέως ὅτι εἰς Ἁλιμουσίους ἐνεγρά[φη,] Εὐξένιππος [δ' ὑπ]ὲρ τῶν ἐνυπνί[ων] ὧν φησιν ἑω[ρακέ]ναι· ὧν οὐδεμ[ία] δήπου τῶν αἰτιῶν τούτων οὐδὲν κοινωνεῖ τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ.

4. Καίτοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπὶ τῶν δημοσίων ἀγώνων οὐ χρὴ τοὺς δικαστὰς πρότερον τὰ καθ' ἕκαστα τῆς κατηγορίας ὑπομένειν ἀκούειν, πρὶν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τοῦ ἀγῶνος καὶ τὴν ἀντιγραφὴν ἐξετάσωσιν εἰ ἐστὶν ἐκ τῶν νόμων ἢ μή· οὐ μὰ Δία, οὐχ ὥσπερ ἐν τῇ κατηγορ[ίᾳ] Πολύευκτος ἔλεγεν, ο[ὐ] φάσκων δεῖν τοὺς ἀπολογουμένους ἰσχυρίζεσθαι τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ, ὃς κελεύει κατὰ τῶν ῥητόρων αὐτῶν τὰς εἰσαγγελίας ε[ἶ]ναι περὶ τοῦ λέγει[ν] μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ, οὐ κατὰ πάντων Ἀθηναίων. (5) Ἐγὼ δὲ οὔτε πρότερον οὐδενὸς ἂν μνησθείην ἢ τούτου οὔτε πλείους οἶμαι δεῖν λόγους ποεῖσθαι περὶ ἄλλου τινὸς ἢ ὅπως ἐν δημοκρατίᾳ κύριοι οἱ νόμοι ἔσονται καὶ αἱ εἰσαγγελίαι

---

§ 1. Τιμόμαχος] Acharnensis ille de quo constat ex Æschine, Demosthene et Xenophonte. De Leosthene Ol. 104, 4 capitis damnato v. Diodor. XV, 95. De Callistrato Aphidnæo Ol. 104, 3 damnato disseruit Schæferus in Philog. vol. III, p. 577 sqq. Philo ὁ ἐξ Ἀναίων non notus; neque de Anæis Atticæ pago constat. Si corruptum nomen est, fort. leg. ὁ Αἰξωνεύς vel ὁ Ἀναχαιεύς vel ὁ Ξυπεταιών, suspicatur Schneidewinus. Possis etiam : ὁ ἐξ Ἰωνιδῶν. Anæa Ioniæ oppidum huc pertinere nequit, neque Philonem τὸν Αἰνιᾶνα, quem inter Alexandri duces novimus, huc traxeris. Nihilo magis constat de Theotimo. Sestus a Cotye et Abydenis occupata Ol. 106, 4 sec. Diodor. XVI, 34. — § 2. τότε ἦσαν] τουτο ησαν cod., sed υ deletur et super altero ο scriptum est ε. — § 3. Ἀγησικλῆς cod. Cf. Harpocratio : Ἀγασικλῆς. Περὶ Ἀγασικλέους Ὑπερείδης λέγει. Γέγραπται καὶ Δεινάρχῳ λόγος κατ' αὐτοῦ, ἐν ᾧ δεδήλωται ὅτι Ἁλιμουσίους συνεδέκασε καὶ διὰ τοῦτο ξένος ὢν τῇ πολιτείᾳ ἐνεγράφη. — ὧν οὐδεμία] nescio an ὧν ex antecc. male repetitum sit. Tueri vocem studet Schneidewin ad h. l. Cf. idem in Philol. t. VIII, p. 314 — § 4. πρὶν αὐτὸ] πρὶν ἂν αὐτὸ? Schn. — τὴν ἀντιγραφὴν] Cf. Harpocratio v. Ἀντιγραφή : Ἐν ταῖς δίκαις ταῖς δημοσίαις [καὶ ταῖς ἰδίαις add. Schœmann. D. att. Prozess. p. 629] τὰ τῶν δικαζομένων γράμματα, ἃ ἐδίδοσαν περὶ τοῦ πράγματος, καὶ τὰ τοῦ διώκοντος καὶ τὰ τοῦ φεύγοντος ἀντιγραφή· καὶ τὰ μαρτύρια. Δημοσθένης κατὰ Στεφάνου καὶ Ὑπερείδης.

I. PRO EUXENIPPO DELATIONIS ACTIONE REO DEFENSIO ADVERSUS POLYEUCTUM.

Ego vero, judices, sicut nuper etiam assidentibus dicebam, miror non jam tædium vobis istas creare delationes. Prius enim ad vos deferebantur Timomachus et Leosthenes et Callistratus et Philon Anæensis et Theotimus qui Sestum perdidit horumque similes; (2) quorum alii accusabantur naves, alii oppida Atheniensium prodidisse, vel, si quis orator esset, non optima suasisse populo; nec ex quinque istis nemo unus judicium sustinuit, nec multi e delatis ceteris, sed relicta urbe fuga quærere salutem; perraro accidit ut delationis actione reus judicio se sisteret, adeo tunc de magnis criminibus et evidentissimis delationes erant; (3) nunc vero quæ in urbe fiunt, prorsus sunt ridicula; nimirum Diognides et Antidorus inquilinus ad populum deferuntur quod tibicina majori quam lex jubet mercede locent, Agasicles autem Piræensis quod in album Halimusiorum sit inscriptus, Euxenippus denique ob somnia quæ se vidisse dicat; e quibus accusationibus nulla ne minimum quidem cum lege delatoria habet commune.

4. Quamquam in publicis causis non antea judices singulis accusationis partibus aurem præbere debent quam ipsum causæ caput et accusatoris libellum examinaverint, utrum ex lege actio instruatur necne; haud vero, per Jovem, ita faciendum est ut in accusatione Polyeuctus dicebat, aiens ille non permittendum esse ut defendentes se lege nitantur delatoria, quæ delationes fieri jubet contra solos oratores publicos, si non optima populo suaserint, non vero contra quemvis Atheniensem. (5) Mihi autem

καὶ αἱ ἄλλαι κρίσεις κατὰ τοὺς νόμους εἰσίασιν εἰς τὸ δικαστήριον· διὰ τοῦτο γὰρ ὑμεῖς ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδικημάτων, ὅσα ἔστιν ἐν τῇ πόλει, νόμους ἔθεσθε χωρὶς περὶ ἑκάστου αὐτῶν. (6) Ἀσεβεῖ τις περὶ τὰ ἱερά· γραφαὶ ἀσεβείας [εἰσὶ] πρὸς τὸν βασιλέα. Φαῦλός ἐστι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς· ὁ ἄρχων ἐπὶ τούτου κάθη[ται]. Παράνομά τις ἐν τῇ πόλει γράφει· θεσμοθετῶν συνέδριόν ἐστι. Ἀπαγωγῆς ἄξια ποιεῖ· ἀρχὴ τῶν ἕνδεκα καθέστηκε. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων ἁπάντων καὶ νόμους καὶ ἀρχὰς καὶ δικαστήρια τὰ προσήκοντα ἑκάστοις αὐτῶν ἀπέδοτε. (7) Ὑπὲρ τίνων οὖν οἴεσθε δεῖν τὰς εἰσαγγελίας γίγνεσθαι; Τοῦτ' ἤδη καθ' ἕκαστον ἐν τῷ νόμῳ ἐγράψατε, ἵνα μὴ ἀγνοῇ μηδείς· « ἐάν τις, φησί, τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλύῃ· » εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἡ γὰρ τοιαύτη αἰτία οὐ παραδέχεται σκῆψι[ν ο]ὐδεμίαν οὐδενὸς οὐδ' ὑπωμοσίαν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην αὐτὴν δεῖ εἶναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ· « ἢ συνίῃ ποι ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου ἢ ἑταιρικὸν συναγάγῃ ἢ ἐάν τις πόλιν τινὰ προδῷ ἢ ναῦς ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν στρατιάν, ἢ ῥήτω[ρ] ὢν μὴ λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων. » (8) Τὰ μὲν ἄνω τοῦ νόμου κατὰ πάντων τῶν πολιτῶν γράψαντες· ἐκ πάντων γὰρ καὶ τἀδικήματα ταῦτα γένοιτ' ἄν· τὸ δὲ τελευταῖον τοῦ νόμου κατ' αὐτῶν τῶν ῥητόρων, παρ' οἷς ἔστιν καὶ τὸ γράφειν τὰ ψηφίσματα· ἐμαίνεσθε γὰρ ἂν εἰ ἄλλον τινὰ τρόπον τὸν νόμον τοῦτον ἔθεσθε ἢ οὕτως, εἰ τὰς μὲν τιμὰς καὶ τὰς ὠφελίας ἐκ τοῦ λέγειν οἱ ῥήτορες καρποῦνται, τοὺς δὲ κινδύνους ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς ἰδιώταις ἀνεθήκατε. (9) Ἀλλ' ὅμως Πολύευκτος οὕτως ἐστὶν ἀνδρεῖος ὥστε εἰσαγγελίαν διώκων οὐκ ἔφη δεῖν τοὺς φεύγοντας τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ χρῆσθαι· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κατήγοροι, ὅταν οἴωνται δεῖν ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ ὑφελεῖν τῶν φευγόντων τὰς ἀπολογίας, τοῦτο παρακελεύονται τοῖς δικασταῖς μὴ ἐθέλειν ἀκούειν τῶν ἀπολογουμένων, ἐάν τινες ἔξω τοῦ νόμου λέγωσιν, ἀλλ' ἀπαντᾶν πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ κελεύειν τὸν νόμον ἀναγινώσκειν· σὺ δὲ τοὐναντίον τὴν εἰς τοὺς νόμους καταφυγὴν ἐκ τῆς ἀπολογίας οἴει δεῖν ἀφελέσθαι Εὐξενίππου.

10. Καὶ πρὸς τούτοις οὐδὲ βοηθεῖν οὐδένα φῂς δεῖν αὐτῷ οὐδὲ συναγορεύειν, ἀλλὰ παρακελεύῃ τοῖς δικασταῖς μὴ θέλειν ἀκούειν τῶν ἀναβαινόντων. Καί τοι τί τούτου ἐν τῇ πόλει βέλτιον ἢ δ[ημο]τικώτερόν ἐστι, πολλῶν καὶ ἄλλων καλῶν ὄντων, ἢ ὁπόταν τις ἰδιώτης εἰς ἀγῶνα καὶ κίνδυνον καταστὰς μὴ δύνηται ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, τούτῳ τὸν βουλόμενον τῶν πολιτῶν ἐξεῖναι ἀναβάντα βοηθῆσαι καὶ τοὺς δικαστὰς ὑπὲρ τοῦ πράγματος τὰ δίκαια διδάξαι; (11) Ἀλλὰ μὰ Δία αὐτὸς τοιούτῳ πράγματι οὐ κέχρησαι, ἀλλ' ὅτ' ἔφευγες τὸν ἀγῶνα ὑπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐξ Οἴου δέκα μὲν συνηγόρους ἐκ τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ᾐτήσω, ὧν καὶ

§ 9 ἐάν τινες] Cum Cobeto legere malim ἐάν τι vel τινα sed ferri potest etiam vulgata. — § 10. τί τούτου] Scha.; τί τούτων cod., ut in simili loco orationis contra Lycophronem. — § 11. μὰ Δία] νὴ Δία cod.; em. Cobet. — Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐξ Οἴου] Sic Babington, qui de codicis scriptura hæc notat : « The last four letters seem to have been τουθ; the two first have cancelled, and θ has been corrected to π, so as to leave υπ; the υπ however is repeated after the original line, followed by αλε... The interpolated letters are (apparently) ανδρτουεξοι, the first four of which form part of the word Ἀλεξάνδρου. » His addit Schneidewinus : » Num ad eundem Alexandrum pertinet Steph. Byz. v. Οἶον· ἐξ Οἴου· « Ἄλεξις Ἀλέξιδος ἐξ Οἴου Λεοντίδος. » ? In quo quum codd. RV pro Ἄλεξις habeant Ἀλεξ, conjicio restituendum Ἀλέξανδρος Ἀλεξιδος. »

hoc omnium primum monendum esse videtur neque quidquam est de quo pluribus verbis exponendum esse putem quam quo fiat ut sua legibus reipublicæ vis sit atque delationes ceteræque actiones secundum leges in judicium introducantur. Propterea enim vos de omnibus delictis quæ in hac civitate committantur, leges fecistis et separatim quidem de unoquoque peculiares. (6) In sacra aliquis impius est; impietatis actiones penes Regem sunt. Erga parentes improbum se gerit; archon judicio præsidet. Contrariam legibus rogationem aliquis fert; res est concilii thesmothetarum. Talia aliquis commisit ut statim in carcerem abducatur; magistratus adest undecimvirorum. Eodem modo ceteris quoque delictis et leges et magistratus et judicia sua quibusque dedistis peculiaria. (7) De quibusnam igitur delationes faciendas esse putatis? Singulatim hoc in lege consignavistis, ne quispiam ignoret. « *Si quis*, ait, *popularem Atheniensium statum everterit;* » bene sanequam, judices; nam ejusmodi crimen nec inquisitionem admittit neque ullam jurejurando interposito dilationem, sed quam citissime adesse debet in judicio; porro : « *si quis ad evertendam rempublicam conjuraverit, vel factionem constituerit, vel si quis oppidum aliquod prodiderit vel naves vel pedestrem nauticumve exercitum, vel si orator publicus, largitionibus se corrumpi passus, non optima dicat populo Atheniensi.* » (8) Ex his priora legis capita contra omnes scripta sunt cives, quoniam in omnes hæc delicta cadere possint, ultimum vero contra solos oratores, penes quos solos etiam rogationes ferendi jus est. Insaniretis enim si alio modo legem hanc tulissetis, si honores quidem et fructus e dicendo comparandi in oratores redundarent, pericula vero pro iis privatos sustinere voluissetis. (9) Nihilosecius Polyeuctus adeo se strenuum præbet ut delationis actionem instituens reis usum legis delatoriæ non concedendum esse dicat. Ac ceteri accusatores quando in priore oratione defensiones reorum surripere velint, hortantur judices ne se defendentibus aures præbeant si quæ illi præter legem verba faciant, sed ut sic dictis occurrant atque legem recitari jubeant : tu vero, e contrario, ad leges confugium defendenti se Euxenippo præscindendum esse censes.

10. Præterea neminem ei auxiliari vel patrocinari debere contendis, et judices cohortaris ne audiant si qui hoc consilio adscenderint. Attamen inter tot egregia civitatis nostræ instituta quid pulcrius est, quid populari rerum statui convenientius quam cuivis civium permitti ut homini a fori usu alieno, qui in certaminis periculum adductus ipse se defendere nequeat, in hoc suggestu auxilietur, et quæ in causa ejus justa sint judices edoceat? (11) At tu, per Jovem, nunquam ejusmodi opera usus es! sed quum ab Alexandro Œensi reus agebaris, decem causæ

ἐγὼ εἷς ἦν αἱρεθεὶς ὑπὸ σοῦ, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἐκάλεις ἐπὶ τὸ δικαστήριον τοὺς βοηθήσοντάς σοι. (12) Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τί δεῖ λέγειν; αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι πῶς κέχρησαι; οὐ κατηγόρησας ὁπόσα ἐβούλου; οὐ Λυκοῦργον ἐκάλεις συγκατηγορήσοντα, οὔτε τῷ λέγειν οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ πόλει καταδεέστερον ὄντα, παρὰ τούτοις τε μέτριον καὶ ἐπεικῆ δοκοῦντα εἶναι; (13) Εἶτα σοὶ μὲν ἔξεστι καὶ φεύγοντι τοὺς βοηθήσοντας καλεῖν καὶ διώκοντι τοὺς συνκατηγόρους ἀναβιβάσασθαι, ὃς οὐ μόνον ὑπὲρ σεαυτοῦ δύνασαι εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅλῃ [τῇ] πόλει πράγματα παρέχειν ἱκανὸς εἶ· Εὐξενίππῳ δ' ὅτι ἰδιώτης ἐστὶ καὶ πρεσβύτερος οὐδὲ τοὺς οἰκείους ἔξεσται βοηθεῖν· εἰ δὲ μή, διαβληθήσονται ὑπὸ σοῦ· νὴ Δία, τὰ γὰρ πεπραγμένα αὐτῷ δεινά ἐστι καὶ ἄξια θανάτου, ὡς σὺ λέγεις ἐν τῇ κατηγορίᾳ.

14. Σκέψασθε δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐξετάζοντες. Ὁ δῆμος προσέταξεν Εὐξενίππῳ τρίτῳ αὐτῷ ἐγκατακλιθῆναι εἰς τὸ ἱερόν, οὗτος δὲ κοιμηθεὶς ἐνύπνιόν φησιν ἰδεῖν, ὃ τῷ δήμῳ ἀπαγγεῖλαι. Τοῦτ' εἰ μὲν ὑπελάμβανες ἀληθῆ εἶναι, καὶ ὃ εἶδεν ἐν τῷ ὕπνῳ τοῦτ' αὐτὸν ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὸν δῆμον, τί καὶ ἀδικεῖ ἃ ὁ θεὸς αὐτῷ προσέταττε ταῦτ' ἐξαγγείλας πρὸς Ἀθηναίους; (15) Εἰ δέ, ὥσπερ νυνὶ λέγεις, ἡγοῦ αὐτὸν καταψεύσασθαι τοῦ θεοῦ καὶ χαριζόμενόν τισι μὴ τἀληθῆ ἀπηγγελκέναι τῷ δήμῳ, οὐ ψήφισμα ἐχρῆν σε πρὸς τὸ ἐνύπνιον γράφειν, ἀλλ' ὅπερ ὁ πρότερος ἐμοῦ λέγων εἶπεν, εἰς Δελφοὺς πέμψαντα πυθέσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν ἀλήθειαν· σὺ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησας, ψήφισμα δὲ αὐτοτελὲς ἔγραψας κατὰ δυοῖν φυλαῖν οὐ μόνον ἀδικώτατον, ἀλλὰ καὶ ἐναντίον αὐτὸ ἑαυτῷ· δι' ὅπερ ἥλως παρανόμων, οὐ δι' Εὐξένιππον.

16. Ἐξετάσωμεν δὲ περὶ αὐτοῦ τουτονὶ τὸν τρόπον. Αἱ φυλαὶ σύνδυο γενόμεναι τὰ ὄρη τὰ ἐν Ὠρωπῷ διείλοντο, τοῦ δήμου αὐταῖς δόντος. Τοῦτο τὸ ὄρος ἔλαχεν Ἀκαμαντὶς καὶ Ἱπποθοωντίς. Ταύτας τὰς φυλὰς ἔγραψας ἀποδοῦναι τὸ ὄρος τῷ Ἀμφιαράῳ καὶ τὴν τιμὴν ὧν ἀπέδοντο, ὡς πρότερον τοὺς ὁριστὰς τοὺς πεντήκοντα ἐξελόντας αὐτὸ τῷ θεῷ καὶ ἀφορίσαντας, καὶ οὐ προσηκόντως τὰς δύο φυλὰς ἐχούσας τὸ ὄρος. (17) Μικρὸν δὲ διαλιπὼν ἐν ταὐτῷ ψηφίσματι γράφεις τὰς ὀκτὼ φυλὰς πορίσαι ταῖν δυοῖν φυλαῖν τὰ διάφορα καὶ ἀποδοῦναι, ὅπως ἂν μὴ ἐλαττῶνται. Καίτοι εἰ μὲν ἴδιον [ὂν] τῶν φυλῶν ἀφῃροῦ τὸ ὄρος, πῶς οὐκ ὀργῆς ἄξιος; εἰ δὲ μὴ προσηκόντως εἶχον αὐτό, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ ὄν, διὰ τί τὰς ἄλλας φυλὰς ἔγραφες αὐταῖς προσαποδιδόναι ἀργύριον; Ἀγαπητὸν γὰρ ἦν αὐταῖς εἰ τὰ τοῦ θεοῦ ἀποδώσουσιν καὶ μὴ προσαποτίσουσιν ἀργύριον.

18. Ταῦτ' ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἐξεταζόμενα οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει γεγράφθαι, ἀλλὰ κατεψηφίσαντό σου οἱ δικασταί. Εἶτ' εἰ μὲν ἀπέφυγες τὴν γραφήν, οὐκ ἂν κατεψεύσατο οὗτος τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ δὲ συνέβη σοι ἁλῶναι, Εὐξένιππον δεῖ ἀπολωλέναι· καὶ σοὶ μὲν τῷ

— § 13. τῇ ante πόλει inseruit Cobet. — § 17. πορίσαι] ποιῆσαι cod.; em. Cobet. Idem et Patakis ὂν inseruerunt ante vocem ἴδιον. — ὀργῆς ἄξιος;] ὀργ. ἄξιος εἶ; εἶ Schneidewinus; cacophoniæ vitandæ causa malim ὀργῆς σὺ ἄξιος; ὀργῆς ἄξιον conjecit Langius.

tuæ patronos ex Ægeide tribu postulasti, inter quos ego quoque a te selectus eram, aliosque e ceteris Atheniensibus in judicio auxiliaturos tibi advocasti. (12) Verum priora illa quid dicere attinet? Quomodo autem in præsenti certamine rem agis? Nonne quodcunque volueris in accusatione protulisti? nonne in accusando socium tibi adjunxisti Lycurgum, virum dicendi facultate nullo in hac urbe inferiorem et apud judices modestiæ et æquitatis laude clarum? (13) Itaque tibi quidem licet et reo auxiliarios arcessere et accusanti socios in suggestum adducere; quamvis non modo pro te ipse dicere possis, sed etiam toti civitati negotia facessere valeas: Euxenippo autem, a fori strepitu alieno et ætate jam provectiori, neque amicis neque familiaribus auxiliari licebit; sin minus, hos ipsos calumniis tuis in crimen traduces; nam quæ Euxenippus commisit gravissima esse capitisque pœnam mereri in accusatione tu crepas.

14. Jam igitur quæ res sit considerate, judices, singula quæque examinantes. Jussit populus Euxenippum cum aliis duobus in (Amphiarai) templo decubare. Hic dormiens ibi somnium se vidisse dicit, idque nuntiasse populo. Hoc si verum esse putabas et quod per somnum vidit id illum populo nuntiasse, quo demum pacto peccavit a deo jussa nuntians Atheniensibus? (15) Sin, ut nunc ais, illum putas deo mentitum esse, et gratificatum nonnullis falsa ad populum detulisse, non rogationem ferre adversus somnium debebas, sed, sicut etiam qui ante me verba fecit bene monuit, Delphos tibi mittendi erant qui ex deo verum sciscitarentur. Tu vero hoc quidem non fecisti, sed decretum quod statim ratum esset contra tribus duas scripsisti non modo injustissimum, sed ipsum sibi contrarium, et ob hoc illegitimæ rogationis actione condemnatus es, non vero ob Euxenippum.

16. Inquiramus porro hunc in modum. Quum colles agri Oropii inter binas tribus, concedente populo, sorte distribuerentur, collem de quo agitur Acamantis et Hippothoontis tribus nactæ sunt. Tu vero rogationem ad populum tulisti, ut hæ tribus collem istum Amphiarao redderent pretiumque quo vendidissent restituerent, quoniam jam ante sortitionem finitores quinquaginta numero collem exemissent deoque sacrum relinquendum esse designassent, adeo ut contra fas a duabus tribubus possideretur. (17) Paullo post in eodem scripto rogas ut reliquæ octo tribus duabus illis differentiam exæquarent et data pecunia damnum ab iis acceptum compensarent. Verum si proprium tribubus collem adimis, quomodo non succensendum tibi fuerit? sin haud juste collis ab iis possidetur sed dei est, cur tu rogasti ut ceteræ tribus insuper pecuniam iis solverent? Nam æqui bonique facere debebant si quæ dei essent restituentes nullam insuper mulctam penderent.

18. Hæc quum in judicio examinarentur, haud recte rogasse visus es ideoque judices te condemnarunt. Jam si absolutus fuisses, nihil hic deo mentitus foret; sed quoniam accidit ut causa caderes, Euxenippo pereundum est. Porro tu quidem ob male latam rogationem viginti quinque drachmis mulctatus es, hic autem qui populi jussu in templo decubavit, in Attica ne sepeliendus quidem esse

τοιοῦτο ψήφισμα γράψαντι πέντε καὶ εἴκοσι δραχμῶν ἐτιμήθη, τὸν δὲ καταχλιθέντα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ δήμου κελεύσαντος μηδ' ἐν τῇ Ἀττικῇ δεῖ ταφῆναι· δεινὰ γὰρ ἐποίησεν περὶ τὴν φιάλην ἐάσας Ὀλυμπιάδα ἀναθεῖναι εἰς τὸ ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας· (19) τοῦτο γὰρ ὑπολαμβάνεις ἐφόδιον ἑαυτῷ εἰς τὸν ἀγῶνα τὸ ἐκείνης ὄνομα παραφέρων καὶ κολακείαν ψευδῆ κατηγορῶν Εὐξενίππου μῖσος καὶ ὀργὴν αὐτῷ συλλέξειν παρὰ τῶν δικαστῶν. (20) Δεῖ δὲ, ὦ βέλτιστε, μὴ ἐπὶ τῷ Ὀλυμπιάδος ὀνόματι καὶ τῷ Ἀλεξάνδρου τῶν πολιτῶν τινα ζητεῖν κακόν τι ἐργάσασθαι, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖνοι πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ἐπιστέλλωσι μὴ τὰ δίκαια μηδὲ τὰ προσήκοντα, τότε ἀναστάντα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀντιλέγειν καὶ πρὸς τοὺς ἥκοντας παρ' αὐτῶν δικαιολογεῖσθαι καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον πορεύεσθαι βοηθήσοντα τῇ πατρίδι. (21) Σὺ δ' ἐκεῖ μὲν οὐδεπώποτε ἀνέστης οὐδὲ λόγον περὶ αὐτῶν ἐποιήσω, ἐνθάδε δὲ μισεῖς Ὀλυμπιάδα ἐπὶ τῷ ἀπολέσαι Εὐξένιππον, καὶ φῂς κόλακα αὐτὸν εἶναι ἐκείνης καὶ Μακεδόνων· ὃν ἐὰν δείξῃς ἀφιγμένον πώποτε εἰς Μακεδονίαν ἢ ἐκείνων τινὰ ὑποδεξάμενον εἰς τὴν αὑτοῦ οἰκίαν ἢ χρώμενον τῶν ἐκεῖθέν τινι ἢ ἐντυγχάνοντα ἢ λόγους καὶ οὑστινασοῦν ἢ ἐπ' ἐργαστηρίου ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ ἄλλοθί που περὶ τούτων τῶν πραγμάτων εἰρηκότα καὶ μὴ κοσμίως καὶ μετρίως τὰ αὑτοῦ πράττοντα ὡσπερεί τις καὶ ἄλλος τῶν πολιτῶν, χρησάσθωσαν αὐτῷ οἱ δικασταὶ ὅτι βούλονται. (22) Εἰ γὰρ ταῦτα ἦν ἀληθῆ ἃ κατηγορεῖς, οὐκ ἂν σὺ μόνος ᾔδεις, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τι ὑπὲρ ἐκείνων ἢ λέγουσιν ἢ πράττουσιν, οὐ μόνον αὐτοί, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἴσασι καὶ τὰ παιδία τὰ ἐκ τῶν διδασκαλείων καὶ τῶν ῥητόρων τοὺς παρ' ἐκείνων μισθαρνοῦντας καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ξενίζοντας τοὺς ἐκεῖθεν ἥκοντας καὶ ὑποδεχομένους καὶ εἰς τὰς ὁδοὺς ὑπαντῶντας ὅταν προίωσι· καὶ οὐδαμοῦ ὄψει οὐδὲ παρ' ἑνὶ τούτων Εὐξένιππον καταριθμούμενον. (23) Σὺ δ' ἐκείνων μὲν οὐδένα κρίνεις οὐδ' εἰς ἀγῶνα καθίστης οὓς πάντες ἴσασι ταῦτα πράττοντας, κατ' Εὐξενίππου δὲ κολακείαν [κ]ατηγορεῖς, οὗ ὁ βίος τὴν αἰτίαν οὐ παραδέχεται. Καίτοι, εἰ νοῦν εἶχες, περί γε τῆς φιάλης τῆς ἀνατεθείσης οὔτ' ἂν Εὐξένιππον ᾐτιῶ οὔτ' ἂν ἄλλον λόγον οὐδένα ἐνταῦθα ἐποιήσω· οὐ γὰρ ἁρμόττει. Διὰ τί; καί μου τὸν λόγον, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀκούσατε ὃν μέλλω λέγειν.

24. Ὑμῖν Ὀλυμπιὰς ἐγκλήματα πεποίηται περὶ τὰ ἐν Δωδώνῃ οὐ δίκαια, ὡς ἐγὼ δὶς ἤδη ἐν τῷ δήμῳ ἐναντίον ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων πρὸς τοὺς ἥκοντας παρ' αὐτῆς ἐξήλεγξα οὐ προσήκοντα αὐτὴν ἐγκλήματα τῇ πόλει ἐγκαλοῦσαν· (25) ὑμῖν γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ Δωδωναῖος προσέταξεν ἐν τῇ μαντείᾳ τὸ ἄγαλμα τῆς Διώνης ἐπικοσμῆσαι· καὶ ὑμεῖς πρόσωπόν τε κομισάμενοι ὡς οἷόν τε κάλλιστον καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἀκόλουθα, καὶ κόσμον πολὺν καὶ πολυτελῆ τῇ θεῷ παρασκευάσαντες καὶ θεωρίαν καὶ θυσίαν πολλῶν χρημάτων ἀποστείλαντες ἐπεκοσμήσατε τὸ ἕδος τῆς Διώνης ἀξίως καὶ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς θεοῦ. (26) Ὑπὲρ τούτων ὑμῖν τὰ ἐγκλήματα ἦλθε παρ' Ὀλυμπιάδος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, ὡς ἡ χώρα εἴη (ἡ Μολοσσία) αὐτῆς, ἐν

§ 19. τοῦτο γὰρ] τούτῳ γὰρ? Schneidew. — § 22. προίωσι] προσίωσι codex ; em. Patakis et Cobet.— § 23. τὴν αἰτίαν] ταύτην τὴν αἰτίαν Bake, τοιαύτην αἰτίαν Cobet conjecerunt. — § 24. κομισάμενοι] κοσμησάμενοι codex; em. Patakis; Dionæ simulacrum puta fuisse ἀκρόλιθον. Quemadmodum os deæ Athenienses renovarunt, sic etiam pedes et manus; hæc sunt τὰ ἄλλα ἀκόλουθα, nisi mecum legere velis ἀκρόλιθα. — § 25. ἡ Μολοσσία] glossam esse patet. Mox προσηκεν codex ;

tibi videtur; adeo commisit gravissima, quippe qui Olympiadem siverit phialam dedicare in simulacro Sanitatis. (19) Scilicet egregium viaticum ad sustinendum hoc certamen tibi fore putas, si Olympiadis nomine præter rem prolato et falso assentationis crimine Euxenippum insimulans odium et iram judicum in caput ejus congerere possis. (20) Oportet vero, o bone, non in eo collocare operam ut Olympiadis nomine vel Alexandri civium aliquis malo afficiatur, sed, quando illi Atheniensium populo injusta et inconvenientia mandant, tum surgere oportet et pro civitatis salute lis contradicere et adversus legatos eorum jus tueri, et patriæ opitulandi gratia proficisci in commune Græcorum concilium. (21) At nunquam illic verba de his facturus tu surrexisti; ibi vero osorem Olympiadis agis ut Euxenippum perdas, eumque mulieris istius et Macedonum assentatorem dicis. Quem si ostenderis unquam in Macedoniam profectum esse vel illorum quempiam in domum suam excepisse vel inde advenientium aliquo usum vel cum eo congressum esse vel sermones quoscunque de his rebus habuisse sive in officina sive in foro sive alibi, nec modeste ac moderate eum, si quem alium civium, res suas curare : tunc faciant ei judices quodcunque libuerit. (22) Nimirum si vera essent quæ ei exprobras, non tu solus scires, sed reliqui etiam urbis incolæ, sicuti de ceteris qui pro Macedonibus vel dicunt vel agunt, non ipsi solum sed reliqui etiam Athenienses et in ludis rhetorumque scholis pueri norunt, si qui a Macedonibus mercedem accipiant vel advenientes hospitio excipiant, et obviam eant in publicum prodeuntibus. At nusquam in horum numero recenseri videbis Euxenippum. (23) Tu vero horum neminem reum agis, nec in judicium vocas quos ista facere nemo ignorat, sed Euxenippum assentationis crimine insimulas, cujus vita eam culpam non admittit. Ceterum, si sanus esses, de dedicata ista phiala neque Euxenippum incusasses, neque omnino ullum fecisses sermonem. Ineptum enim est. Qua de causa? Audite, judices, quæ jam dicturus sim.

24. Olympias vos de iis quæ Dodonæ fecistis, injuste accusavit, et ego quidem bis jam in concione coram vobis ceterisque Atheniensibus contra legatos ejus demonstravi eam præter rationem civitatem nostram criminari. (25) Vobis enim Juppiter Dodonæus oraculo jussit ut Dionæ simulacrum exornaretis. Itaque vos et faciem quam pulcerrimam afferentes et extremas statuæ partes reliquas, ac mundum copiosum pretiosumque deæ comparantes, et missa legatione sacra et magni pretii sacrificio signum Dionæ honorastis pro dignitate vestra ipsorum atque numinis. (26) Propter hæc nobis accusationes ab Olympiade venerunt, dictitante illa Molossiam, in qua situm fanum est, ad se pertinere; itaque nihil vobis ibi movendum

ᾗ τὸ ἱερόν ἐστιν· οὔκουν προσήκειν ὑμᾶς τῶν ἐκεῖ οὐδὲ ἓν κινεῖν. Ἐὰν μὲν τοίνυν τὰ περὶ τὴν φιάλην γεγονότα ἐν ἀδικήματι ψηφίσησθε εἶναι, τρόπον τινὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν καταγινώσκομεν ὡς τὰ ἐκεῖ οὐκ ὀρθῶς ἐπράξαμεν· ἐὰν δ' ἐπὶ τοῦ γεγενημένου ἐῶμεν, τὰς τραγῳδίας αὐτῆς καὶ τὰς κατηγορίας ἀφῃρηκότες ἐσόμεθα. Οὐ γὰρ δήπου Ὀλυμπιάδι μὲν τὰ Ἀθήνησιν ἱερὰ ἐπικοσμεῖν ἔξεστιν, ἡμῖν δὲ τὰ ἐν Δωδώνῃ οὐκ ἐξέσται, καὶ ταῦτα τοῦ θεοῦ προστάξαντος.

27. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὦ Πολύευκτε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅθεν κατηγορίαν οὐκ ἂν ποιήσαιο. Καίτοι σε ἐχρῆν, ἐπείπερ προῄρησαι πολιτεύεσθαι, καὶ νὴ Δία καὶ δύνασαι, μὴ τοὺς ἰδιώτας κρίνειν μηδ' εἰς τούτους νεανιεύεσθαι, ἀλλὰ τῶν ῥητόρων ἐάν τις ἀδικῇ, τοῦτον κρίνειν, στρατηγὸς ἐάν τις μὴ τὰ δίκαια πράττῃ, τοῦτον εἰσαγγέλλειν· παρὰ γὰρ τούτοις ἐστὶ καὶ τὸ δύνασθαι βλάπτειν τὴν πόλιν, ὅσοι ἂν αὐτῶν προαιρῶνται, οὐ παρ' Εὐξενίππῳ οὐδὲ τῶν δικαστῶν τούτων οὐδενί. (28) Καὶ οὐ σὲ μὲν οὕτως οἴομαι δεῖν πράττειν, αὐτὸς δὲ ἄλλον τινὰ τρόπον τῇ πολιτείᾳ κέχρημαι, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἰδιώτην οὐδένα πώποτε ἐν τῷ βίῳ ἔκρινα, ἤδη δέ τισι καθόσον ἐδυνάμην ἐβοήθησα. (29) Τίνας οὖν κέκρικα καὶ εἰς ἀγῶνα καθέστακα; Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα, ὃς ἰσχυρότατος ἐν τῇ πολιτείᾳ γεγένηται· καὶ οὗτος ἐν τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ παρὰ δύο ψήφους ἀπέφυγε· Διοπείθη τὸν Σφήττιον, ὃς δεινότατος δοκεῖ εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει· Φιλοκράτη τὸν Ἁγνούσιον, ὃς θρασύτατα καὶ ἀσελγέστατα τῇ πολιτείᾳ κέχρηται· (30) τοῦτο εἰσαγγείλας ἐγὼ ὑπὲρ ὧν Φιλίππῳ ὑπηρέτηκε κατὰ τῆς πόλεως εἷλον ἐν τῷ δικαστηρίῳ καὶ τὴν εἰσαγγελίαν ἔγραψα δικαίαν καὶ ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει, « ῥήτορα ὄντα λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, χρήματα λαμβάνοντα καὶ δωρεὰς παρὰ τῶν τἀναντία πραττόντων τῷ δήμῳ· » (31) καὶ οὐδ' οὕτως ἀπέχρησέ μοι τὴν εἰσαγγελίαν δοῦναι, ἀλλ' ὑποκάτω παρέγραψα· « τάδ' εἶπεν οὐ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ χρήματα λαβών. » Εἶτα τὸ ψήφισμα αὐτοῦ ὑπέγραψα· καὶ πάλιν· « τάδε εἶπεν οὐ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ χρήματα λαβών· » καὶ τὸ ψήφισμα παρέγραφον· καὶ ἐστί μοι πεντάκις ἢ ἑξάκις τοῦτο γεγραμμένον. (32) Δίκαιον γὰρ ᾤμην δεῖν τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν κρίσιν ποιῆσαι· σὺ δ' ἃ μὲν εἰπεῖν Εὐξένιππον φῂς οὐ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ οὐκ εἶχες γράψαι εἰς τὴν εἰσαγγελίαν, ἰδιώτην δ' ὄντα κρίνεις ἐν τῇ τοῦ ῥήτορος τάξει· (33) μικρὰ δὲ περὶ τῆς ἀντιγραφῆς εἰπὼν ἑτέρας αἰτίας καὶ διαβολὰς ἥκεις φέρων κατ' αὐτοῦ, λέγων ὡς Φιλοκλεῖ τὴν θυγατέρα ἐδίδου καὶ Δημοτίωνος δίαιταν ἔλαβεν καὶ ἄλλας τοιαύτας κατηγορίας, ἵν' ἐὰν μὲν ἀφέμενοι τῆς εἰσαγγελίας περὶ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος κατηγορηθέντων ἀπολογῶνται, ἀπαντῶσιν αὐτοῖς οἱ δικασταί « τί ταῦθ' ἡμῖν λέγετε »; ἐὰν δὲ μηδένα λόγον περὶ αὐτῶν ποιῶνται, ὁ ἀγὼν αὐτοῖς χείρων γίνη-

em. Patakis et Cobet.— § 27. Ante vocem στρατηγὸς Cobeto inserere placuit voculam ἤ. — § 29. Aristophontem Ol. 111, 2 mortuum esse putat A. Schæfer in Philolog. vol. I, p. 214. — § 30. ὑπηρέτηκε] ὑπερέτει καὶ cod.; ὑπηρετήκει Schœmannus ap. Schneidewinum in Add.; perfectum plusquamperfecto substituit Schneidewinus. Diopithem e Demosthene novimus. Eum εἰσαγγελίας actione ab Hyperide in jus vocatum esse e nostro loco discimus. Quod Philocratem attinet, cf. Demosthenes de fals. leg. § 116 p. 376 : πρῴην εἰσήγγελλεν Ὑπερείδης Φιλοκράτην. Æschines Ctesiph. § 79 : Φιλοκράτης μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων Δημοσθένει φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας γεγένηται. — § 33. Quinam Philocles intelligendus sit, parum liquet. Demotio autem haud dubie est ganeo ille de quo vide versus Timoclis in Fragm. comicorum, p. 616, 2 ed. Didot (vol. III, p. 597 Meinek.). Ceterum quonam sensu δίαιτα vox accipienda sit, certius dici vix possit. — § 34

esse. Quodsi igitur phialæ dedicationem crimini locum dare statuatis, quodammodo etiam nos ipsi condemnamus, ut qui illic haud recte egerimus; sin ea quæ Olympias fecit nihil curemus, etiam lamentationes mulieris et accusationes istas sustulerimus. Videlicet fieri nequit ut Olympiadi sacra Atheniensia ornare liceat, nobis autem ornare Dodonæa, etiamsi deus jusserit, non liceat.

27. Sed nihil est, opinor, unde tu, Polyeucte, accusationem non arripias. Attamen decebat te, qui publica negotia tractare et vis et sanequam etiam potes, non privatis diem dicere in eosque juvenilem petulantiam expromere, sed si quis ex oratoribus aliquid commiserit, hunc in jus vocare, vel si militum dux contra leges egerit, hunc apud populum denuntiare; ex his enim quicunque voluerint damno civitatem afficere possunt, non vero Euxenippus nec ullus horum judicum. (28) Neque tibi quidem sic agendum esse censeo, ipse vero aliam in civilibus negotiis rationem sequor; nam nunquam ego per totam vitam privatum aliquem reum feci, immo nonnullis quantum poteram opitulatus sum. (29) Quosnam igitur reos feci et in judicium adduxi? Aristophontem Azeniensem, virum tractandis negotiis publicis validissimum; isque ex hoc judicio duobus solummodo calculis salvus evasit; porro Diopithem Sphettium qui omnium maxime in hac urbe timendus videtur, denique Philocratem Hagnusium qui summa audacia et protervitate in rebus publicis grassatur; (30) hunc ego denuntians, quod Philippo contra nos operam præstaret, in judicio vici; ipsam vero delationem juste institui, ex legis formula scribens eum, *quum rhetor esset, non optima dicere Atheniensium populo, pecunia donisque ab adversariis populi corruptum*, (31) et ne sic quidem libellum accusatorium tradere satis habui, sed infra adscripsi : « *Quæ vero dixit populo non optima, pecunia corruptus, hæc sunt;* deinde rogationem ejus apposui, et mox rursus scripsi : *hæc dixit non optima populo, pecunia corruptus*, atque iterum rogationem apposui; et sic quinquies vel sexies a me scriptum est; (32) justum enim certamen et judicium instituendum esse putabam; tu vero quæ Euxenippum non optima populo dixisse ais, in delatione scribere non habebas, atque privatum hominem in jus vocas quasi orator esset publicus. (33) Deinde quæ in accusatorio libello notata erant paucis absolvens alias contra Euxenippum accusationes et calumnias profers, aiens eum Philocli filiam dedisse et Demotionis habitationem (?) cepisse, et ejusmodi alia crimina, eo scilicet consilio ut, si defensores, missa delatione, de accusationibus extra causam positis verba faciant, obstrepant judices : « Cur hæc nobis dicite? » sin nullam earum rationem habeant, pejor etiam fiat conditio, quum accusationis capita non refutata

ται· τῶν γὰρ κατηγορηθέντων τὸ μὴ λαβὸν ἀπολογίαν ὑπὸ τῇ ὀργῇ τῶν δικαστῶν καταλείπεται· (34) καὶ τὸ πάντων δεινότατον τῶν ἐν τῷ λόγῳ λεγομένων ὑπὸ σοῦ, ὃ σὺ ᾤου λανθάνειν ὧν ἕνεκα λέγεις, οὐ λανθάνων ὁπότε παραφθέγγοιο ἐν τῷ λόγῳ πολλάκις, ὡς πλούσιός ἐστιν Εὐξένιππος· καὶ πάλιν διαλιπών, ὡς οὐκ ἐκ δικαίου πολλὴν οὐσίαν συνείλεκται· ἃ εἰς μὲν τὸν ἀγῶνα τοῦτον οὐδὲν δήπου ἐστὶν εἴτε πολλὰ οὗτος κέκτηται εἴτε ὀλίγα, τοῦ δὲ λέγοντος κακοήθεια καὶ ὑπόληψις εἰς τοὺς δικαστὰς οὐ δικαία, ὡς ἄλλοθί που οὗτοι τὴν γνώμην ἂν σχοίησαν ἢ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ πότερ[ον] ἀδικεῖ ὑμᾶς ὁ κρινόμενος ἢ οὔ. (35) Κακ[ῶς ἐ]μοὶ δοκεῖς εἰ[δέν]αι, ὦ Πολύευκτε, [καὶ σὺ] καὶ οἱ ταὐτὰ γι[νώσκοντες π]άντες, ὅτι οὐ[δεμία πόλις ἔ]στιν οὐδ[αμοῦ] ἐν ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὔτε μόναρχος οὔτ' ἔθνος μεγαλοψυχότερον τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, τοὺς δὲ συκοφαντουμένους τῶν πολιτῶν ὑπό τινων ἢ καθ' ἕνα ἢ ἄθρους οὐ προΐεται, ἀλλὰ βοηθεῖ. (36) Καὶ πρῶτον μὲν Τίσιδος τοῦ Ἀγρυλῆθεν ἀπογράψαντος τὴν Εὐθυκράτους οὐσίαν ὡς δημοσίαν οὖσαν, ἣ πλεόνων ἢ ἑξήκοντα ταλάντων ἦν, καὶ μετ' ἐκείνην πάλιν ὑπισχνουμένου τὴν Φιλίππ[ου] καὶ Ναυσικλέους ἀ[π]ογράψειν καὶ λέγο[ντ]ος, ὡς ἐξ ἀναπογρ[άφ]ων μετάλλων π[επλ]ουτήκασι, τοσο[ῦτον οὖ]τοι ἀπέλιπον [πρ]οσέσθαι τινὰ τ[οιοῦτο]ν λόγον ἢ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ὥστε τὸν ἐγχειρήσαντα συκοφαντεῖν αὐτοὺς εὐθὺς ἠτίμωσαν, τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταδόντες· (37) τοῦτο δ', εἰ βούλει, τὸ πρώην ὑπὸ τῶν δικαστῶν πραχθὲν τοῦ ἐξελθόντος μηνὸς πῶς οὐ μεγάλου ἐπαίνου ἄξιόν ἐστι; φήναντος γὰρ Λυσάνδρου τὸ Ἐπικράτους μέταλλον τοῦ Παλληνέως ἐντὸς τῶν μ[έτ]ρων τετμημένον, ὃ ἠργάζετο μὲν ἤ[δ]η τρία ἔτη, μετεῖχον δ' αὐτοῦ οἱ πλουσ[ι]ώτατοι σχεδόν τι τῶ[ν] ἐν τῇ πόλει, ὁ δὲ Λ[ύσα]νδρος ὑπισχνεῖτ[ο τρι]ακόσια τάλαντα εἰσ[πράξει]ν τῇ πόλει· τ[οσαῦτα γ]ὰρ εἰληφέναι α[ὐτοὺς] ἐκ τοῦ μετάλλου· (38) ἀλλ' ὅμως οἱ δικασταὶ οὐ πρὸς τὰς τοῦ κατηγόρου ὑποσχέσεις ἀποβλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον ἔγνωσαν ἴδιον εἶναι τὸ μέταλλον, καὶ τῇ αὐτῇ ψήφῳ τάς τε οὐσίας αὐτῶν ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστησαν καὶ τὴν ὑπόλοιπον ἐργασίαν τοῦ μετάλλου ἐβεβαίωσαν. Τοιγαροῦν αἱ καινοτομίαι [αἱ] πρότερον ἐκλελειμμέναι διὰ τὸν φόβον νῦν ἔνεργοι καὶ τῆς πόλεως αἱ πρόσοδοι αἱ ἐκεῖθεν πάλιν αὔξονται, ἃς ἐλυμήναντό τινε[ς] τῶν ῥητόρων ἐξ[απα]τήσαντες τὸν

---

et 35. Καὶ πότερον κτλ.] Schneidewinus ita scripsit: ... τοῦ πράγματος. Καὶ πότερον ἀδικεῖ ὑμᾶς [ὑπ]οκρινόμενος ἢ οὔ, κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε· ἀλλ' οἱ δίκαιοι ταῦτα γινώσκουσι πάντες, ἐπεὶ οὐδὲν μὲν ἐστιν οὐδαμοῦ κτλ. Idem vero in Addendis notavit hæc: « Locus intricatior necdum recte restitutus. In tabula hæc comparent: καιπο|τε...αδικειυμασοκρι|ν .. ενοσηουκα|κ... μοιδοκεισει|δ...αιωπολυευκτε'....καιοιταυταγι|......αντεσοτιου|......στιν ου|δ.... εντηιοικου | Viam emendationis monstravit Schœmannus, cui sententia hæc fere postulare visa est: καὶ πότερος ἀδικεῖ ὑμῶν, ὁ [νῦν] κρινόμενος ἢ σύ, κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε· ἀλλὰ δίκαιον (vel ἦν δὲ δίκαιον) ταὐτὰ γινώσκειν σὲ τῷ δήμῳ (vel τῇ πόλει), οὐδὲν γάρ ἐστιν κτλ. Nunc papyro identidem consulto hæc propono: Καὶ πότερος ἀδικεῖ ὑμᾶς, ὁ κρινόμενος ἢ σύ, κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε· ἀλλ' οἱ δίκαιοι ταὐτὰ γινώσκουσι πάντες, ὅτι σύ· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὐδαμοῦ κτλ Postea in Philolog. t. VIII, p. 351 monuit recte Kayserum et Cobetum agnovisse verba καὶ πότερον... ἢ οὔ cum antecedentibus jungenda esse, atque novum colon incipere a voce κακῶς. Et Kayserus quidem legendum proposuit: Κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε, καίτοι οἱ ταῦτα γινώσκοντες πλεῖστοι — ὅτι οὐδεμία πόλις ἐστὶν οὐδαμοῦ κτλ. Cobetus vero dedit, dubitans tamen: Κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε**, καίτοι ταὐτά γ' ἴσασι πάντες, ὅτι οὔτε δῆμός ἐστιν οὐδεὶς ἐν τῇ οἰκουμένῃ κτλ. Omnia hæc eatenus non satis sunt idonea, quod lacunam quæ est post vocem Πολύευκτε, non explent. Hoc certe præstant quæ ego tentavi. — 36. Φιλίππου] Dinarchus scripsit κατὰ Φιλίππου μεταλλικὸν λόγον. Eundem Philippum h. l. indicari probabilis sententia est Babingtonis. — § 37. Ἐπικράτους] « Ἐπικράτης Μενεστράτου Παλληνεύς exstat in titulo Attico circ. Olymp. 100 in Corp. Inscr. 158 vol. I, p. 255. Rem ipsam illustrat Babingto citato loco Demosthenis πρὸς Πανταίνετον § 36, p. 977: Ἂν τι ἀδικῇ τις περὶ τὰ μέταλλα, εἰσὶ δίκαι. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστίν; ἂν τύφῃ τις, ἂν ὅπλα ἐπιφέρῃ, ἂν ἐπικατατέμνῃ τῶν μέτρων ἐντός. » *Schneidew.* Quæ enotavi ne quis pro ἐντός scribendum esse ἐκτός, ex nostro loquendi more, putet. Vide de his Bœckhium in comment. de argentifodinis atticis p. 132. — εἰσπράξειν] Schn.; εἰς πρόσοδον supplevit Babingto. — § 38 ἐκ[τημένους]. Sic in Addendis supplevit Schneide-

---

sub ira relinquantur judicum. (34) Omnium vero quæ in oratione tua dixisti ægerrime ferendum hoc est quod quo consilio dixeris latere putas, quum minime lateat, quando sæpius præter rem significas divitem esse Euxenippum, et, paucis interjectis, haud juste eum magnas opes collegisse; nihil hæc ad causam nostram pertinent, sive multa ille sive pauca possideat, sed produnt dicentis malignitatem et improbam de judicibus opinionem, quasi in aliud quam in ipsam rem animos intentos habere possint, utrum vos offenderit reus necne. (35) Male tu, Polyeucte, scire mihi videris, et tu et qui tibi similes sunt omnes, nusquam per orbem terrarum neque regem neque populum exstare magnanimitate cum Atheniense plebe comparandum, quippe quæ cives maligne vexatos, sive singulos sive multos simul, non prodit, sed auxilio suo tuetur. (36) Ac primum quidem, Tiside Agryleuse Euthycratis opes, sexaginta talentis majores, ut quæ publicæ essent, designante, et post has etiam substantiam Philippi et Nausiclis, quos e metallis in tabulas non relatis divitias collegisse aiebat, se designaturum esse pollicente, tantum abfuit ut tali ejus sermoni aures judices præberent, ut fraudulenter illos circumvenire aggressum, negata quinta suffragiorum parte, notarent infamia. (37) Porro illud, quæso, quod nudius tertius judices, exeunte mense, fecerunt, quo pacto non sit magna laude dignum! Etenim quum Lysander indicasset Epicratis Pallenensis metallum extra definitas mensuras secari, quod per triennium jam exercebatur, cujusque ditissimi fere cives participes erant, ac polliceretur trecenta talenta hinc se in fiscum redacturum, tot enim illos e metallo percepisse: (38) nihilominus judices, non in accusatoris pollicitationes sed in justum intenti, metallum illud privatorum esse statuerunt, eodemque suffragio et facultates eorum in tuto collocarunt et reliquum opus in metallo faciundum firmarunt. Itaque recentes secturæ prius ob metum derelictæ denuo nunc tractantur, et reditus urbi hinc provenientes augentur,

δῆμον καὶ δασμολ[ογή]σαντες τοὺς ἐκ[τημένους]· (39) ἔστι γάρ, ὦ ἄνδρ[ες δι]κασταί, οὐχ οὗτος [ἄρι]στος πολίτης, ὅ[στις] μικρὰ δοὺς πλείω βλάπτει τὰ κοινά, οὐδ' ὅστις εἰς τὸ παραχρῆμα ἐξ ἀδίκου πορίσας κατέλυσε τῆς πόλεως τὴν ἐκ δικαίου πρόσοδον, ἀλλ' ὅτῳ μέλει καὶ τῶν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὠφελίμων τῇ πόλει καὶ τῆς ὁμονοίας τῶν πολιτῶν καὶ τῆς δόξης τῆς ὑμετέρας· ὧν ἔνιοι οὐ φροντίζουσιν, ἀλλὰ τῶν ἐργαζομένων ἀφαιρούμενοι πόρους φασὶ τούτους πορίζειν, ἀπορίαν ἐν τῇ πόλει παρασκευάζοντες· ὅταν γὰρ ᾖ φοβερὸν τὸ κτᾶσθαι καὶ φείδεσθαι, τίς βουλήσεται κινδυνεύειν;

40. Τούτους μὲν οὖν ἴσως οὐ ῥᾴδιόν ἐστι κωλῦσαι ταῦτα πράττειν, ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὥσπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς σεσώκατε τῶν πολιτῶν ἀδίκως εἰς ἀγῶνας καταστάντας, οὕτω καὶ Εὐξενίππῳ βοηθήσατε, καὶ μὴ περιίδητε αὐτὸν ἐπὶ πράγματι οὐδενὸς ἀξίῳ καὶ εἰσαγγελίᾳ τοιαύτῃ, ᾗ οὐ μόνον οὐκ ἔνοχός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ παρὰ τοὺς νόμους ἐστὶν εἰσηγγελμένη καὶ πρὸς τούτοις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κατηγόρου τρόπον τινὰ ἀπολελυμένη· (41) εἰσήγγελκε γὰρ αὐτὸν Πολύευκτος λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνοντα καὶ δωρεὰς παρὰ τῶν τἀναντία πραττόντων τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων· εἰ μὲν οὖν ἔξωθεν τῆς πόλεως τινὰς ᾐτιᾶτο εἶναι, παρ' ὧν τὰ δῶρα εἰληφότα Εὐξένιππον συναγωνίζεσθαι αὐτοῖς, ἦν ἂν αὐτῷ εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ ἐκείνους οὐκ ἔστι τιμωρήσασθαι, δεῖ τοὺς ἐνθάδε αὐτοῖς ὑπηρετοῦντας δίκην δοῦναι· νῦν δὲ Ἀθηναίους φησὶν εἶναι, παρ' ὧν τὰς δωρεὰς εἰληφέναι αὐτόν. Εἶτα σὺ ἔχων ἐν τῇ πόλει τοὺς ὑπεναντία πράττοντας τῷ δήμῳ οὐ τιμωρῇ, ἀλλ' Εὐξενίππῳ πράγματα παρέχεις;

42. Βραχὺ δ' ἔτι εἰπὼν περὶ τῆς ψήφου ἧς ὑμεῖς μέλλετε φέρειν καταβήσομαι· ὅταν γὰρ μέλλητε, ὦ ἄνδρες δικασταί, διαψηφίζεσθαι, κελεύετε ὑμῖν τὸν γ[ρ]αμματέα ὑπαναγνῶναι τήν τε εἰσαγγελίαν καὶ τὸν νόμον τὸν εἰσαγγελτικὸν καὶ τὸν ὅρκον τὸν ἡλιαστικόν· (43) καὶ τοὺς μὲν λόγους ἁπάντων ἡμῶν ἀφέλετε, ἐκ δὲ τῆς εἰσαγγελίας καὶ τῶν νόμων σκεψάμενοι ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ δίκαιον καὶ εὔορκον εἶναι, τοῦτο ψηφίσασθε. Ἐγὼ μὲν οὖν σοί, Εὐξένιππε, βεβοήθηκα ὅσα εἶχον· λοιπὸν δ' ἐστὶ δεῖσθαι τῶν δικαστῶν καὶ τοὺς φίλους παρακαλεῖν καὶ τὰ παιδία ἀναβιβάζεσθαι.

ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ
ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΟΣ
ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΝ.

---

winus, qui antea dederat ἔχ[οντας], a servatis in codice literis recedens. Sed vereor ne admittendum sit supplementum. Lacuna tot literarum vix capax est. Præterea quum. § 34 legatur κέκτηται, etiam hoc loco Hyperides dicturus fuisset κεκτημένους. Nescio an fuerit : τοὺς ἐκ[κρίτους]. Sic Isocrates dicit : τοὺς βελτίστους δασμολογεῖν. — § 41. ἐνθάδε αὐτοῖς] ενθαδε αυτους cod.; αὐτοῖς em. Bab.; fort. αὐτοῦ præstare putat Schneidewinus.

II. ΚΑΤ' ΑΘΗΝΟΓΕΝΟΥΣ

λόγοι β'.

« Obiter harum orationum, in quibus elegans narratiuncula aliqua fuisse videtur, meminit Longinus π. ὕψους 34, § 3 : Ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ (Demosthenes) τῷ ἐπίχαρις εἶναι, τότε πλέον ἀφίσταται· τό γέ τοι περὶ Φρύνης ἢ Ἀθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερίδην συνέστησεν. Collaudaverat antea Longinus Hyperidis facetum et venustum dicendi genus, ejus orationem commiseratione excellentem, et in fabulis molliter enarrandis virtutem. Demosthenem vero illarum artium expertem fuisse dixerat, hujusque rei do-

---

quos oratorum nonnulli, populum decipientes ac divites exactionibus vexantes, pessum dederunt. (39) Non is enim, judices, civis optimus est, qui pauca dans majori rempublicam damno afficiat, nec qui in præsens momentum ex injusto opes suppeditans justos urbis reditus tollat, sed is cui etiam quæ in posterum civitati prosint, et civium concordia et dignitas vestra curæ sint cordique. Quæ nonnulli nihili pendentes quo reditu opus exercentes spoliant, hunc se civitati comparare dictitant, quum inopiam potius ei afferant. Quando enim in comparando et parcendo formidandum est, quisnam velit periclitari?

40. Sed istos a moribus suis haud facile aliquis avertat; vos autem, judices, quemadmodum alios multos cives in judiciorum certamina injuste adductos servastis, sic Euxenippo quoque opem ferte neque negligite eum in causa tam indigna inque ista delatione, cui non obnoxius est, et quam tum contra leges accusator instituit tum ipse quodammodo divellit. (41) Nam Polyeuctus Euxenippum detulit, ut qui non optima diceret populo Atheniensium, pecunia donisque a plebis nostræ adversariis corruptus. Quodsi enim extra urbem versantes aliquos accusaret, quibus Euxenippus corrumpi se passus operam præstaret, dicere posset, quoniam illos puniendi non esset facultas, eos qui hic illis operam navassent, esse plectendos; jam vero Athenienses esse dicit a quibus dona acceperit. Itaque quum in ipsa hac urbe populi adversarios teneas, non tamen hos tu puniendos curas, sed Euxenippo negotia facessis?

42. Pauca adhuc de suffragio quod jam laturi estis locutus descendam. Quando enim, judices, in suffragia vobis eundum est, jubete a scriba recitari vobis tum delationem tum legem ad delationes pertinentem tum jusjurandum judiciale. (43) Quo facto, nullam orationum quæ a nobis omnibus dictæ sunt, rationem habentes, sed ex ipsa delatione atque e legibus spectantes quid justum et jurisjurandi religioni conveniens esse videatur, id calculis vestris decernite. Ego igitur tibi, Euxenippe, quantum in me erat, auxiliatus sum. Reliquum est ut, impetrata a judicibus venia, amicos advoces et liberos in suggestum ascendere jubeas.

cumento esse vult, quod Demosthenes, si caussas istas Hyperidias tractaturus fuisset, multo magis Hyperidis virtutes ostensurus fuisset. » KIESSLING.

1.

Harpocratio : Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους α'· « Ὁ μὲν τοίνυν νόμος κελεύει ἀψευδεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ. » Ἔοικεν ὁ νόμος περὶ τῶν ὠνίων κεῖσθαι· Θεόφραστος γοῦν ἐν τοῖς περὶ νόμων φησὶ δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι δεῖν τοὺς ἀγορανόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ εὐκοσμίας καὶ τοῦ ἀψευδεῖν μὴ μόνον τοὺς πιπράσκοντας ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠνουμένους.

2.

Idem v. Βουλεύσεως· Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους α' ἐπὶ ἐνέδρας καὶ ἐπιβουλῆς τῆς εἰς χρήματα ἰδίως κέχρηται τῷ ὀνόματι. Cf. Isæi frg 58.

3.

Idem : Τὰ τῶν φωρῶν κρείττω· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους β'. Παροιμία ἐστὶ λεγομένη κατὰ τῶν πλείω φερομένων ὧν ἠδίκησαν. Eadem Apostol. Prov. 18, 11.

4.

Idem : Ἀπρόσκλητον τὴν οὐ προσκεκλημένην Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους β'.

5.

Idem : Ὁμόσε ἰέναι. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους φησίν· ἀλλὰ ὁμόσε βούλομαι τῷ λόγῳ τούτῳ ἐλθεῖν, ἀντὶ τοῦ παραβαλέσθαι. Eadem in frg. Lex. Cantabrig. p. 674.

6.

Idem : Ποδοστράβη· Ὑπερίδης ἔν τε τῷ κατ' Ἀθηνογένους καὶ ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους. Ποδοστράβας ἔλεγον μηχανήματά τινα ὑπὸ τῶν κυνηγετῶν κατασκευαζόμενα, εἰς ἃ τὰ θηρία ἐμβαίνοντα ἡλίσκετο. Διείλεκται Ξενοφῶν περὶ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ἐν τῷ περὶ κυνηγετικῶν καὶ τῆς χρήσεως.

III. ΥΠΕΡ ΑΚΑΔΗΜΟΥ.

7.

Idem : Ἡφαιστία· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀκαδήμου (?) Ὅτι β' πόλεις ἦσαν τῆς Λήμνου, Μύρινά τε καὶ Ἡφαιστία, δηλοῖ καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν γ' Κτίσεων. Utriusque oppidi meminit Hyperides in or. c. Lycophronem.

III b. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΣΥΝΘΗΚΩΝ.

7 a.

Photius Bibl. p. 491 a 22 Bekk. : Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν λόγον, ὃς ἐπιγράφεται περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, Ὑπερείδῃ μᾶλλον ἢ Δημοσθένει προσνέμουσιν, ὅτι περ πολλοῖς τε ἄλλοις ὁ Δημοσθένης πλεονεκτῶν τῶν λοιπῶν ῥητόρων καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων ἐκλογῇ ἐπὶ τὸ ἄμεινον διενήνοχεν, ὁ δὲ νῦν λόγος ἔχει τι καὶ τῶν οὐ λογάδων φωνῶν, ὥσπερ τὸ νεόπλουτος καὶ τὸ βδελυρεύεσθαι καὶ ἕτερά τινα τοιαῦτα.

Libanius procem. ad Demosth. or. XVII : Ὁ δὲ λόγος ψευδεπίγραφος εἶναι δοκεῖ· οὐ γὰρ ἔοικε κατὰ τὴν ἰδέαν τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ Δημοσθένους, ἀλλὰ τῷ Ὑπερείδου χαρακτῆρι μᾶλλον προσχωρεῖ, τά τε ἄλλα καὶ λέξεις τινὰς ἔχει κατ' ἐκεῖνον μᾶλλον εἰρημένας ἢ τὸν Δημοσθένη, οἷον νεόπλουτοι καὶ βδελυρεύεσθαι. Schol. in Dem. or. XVII, init. : Τινὲς Ὑπερείδου λέγουσιν εἶναι τὸν λόγον, καὶ οὐχὶ Δημοσθένους.

II. CONTRA ATHENOGENEM.

1.

Hyperides in priore contra Athenogenem oratione : « Lex igitur jubet in foro non mentiri. » Videtur lex de rebus venalibus lata esse. Theophrastus certe in libris de legibus dicit agoranomis duas has res curæ esse debere, ut et omnia decenter et ordine in foro fiant, et ut tam emptores quam venditores a mendacio abstineant.

2.

Hyperides in priore contra Athenogenem oratione βουλεύσεως vocem peculiariter usurpavit de insidiis quæ pecuniæ struuntur.

3.

« *Furum potior est causa* », Hyperides ait in posteriore contra Athenogenem oratione. Proverbium est de iis dici solitum qui ex injuriis suis commoda percipiunt non pro eo quod commeruerunt.

4.

Ἀπρόσκλητον actionem in eum institutam qui non per apparitores publicos est in jus vocatus, Hyperides dicit in posteriore oratione contra Athenogenem.

5.

Ὁμόσε ἰέναι pro παραβαλέσθαι Hyperides in or. contra Athenogenem dicit : « Sed obviam ire, i. e. occurrere, volo huic orationi. »

6.

Ποδοστράβη. Hyperides in or. contra Athenogenem et in or. contra Autoclem. Ποδοστράβα; dicebant machinas quasdam a venatoribus structas, in quas feræ incidentes capiebantur. De apparatu earum et usu disseruit Xenoph. in libro De venatione (c. 9, 11).

III. PRO ACADEMO (?)

7.

Hephæstia apud Hyperidem in oratione pro Academo (*Lycophrone?*) memoratur. Duo fuisse Lesbi oppida, Myrinam et Hephæstiam prodit etiam Dionysius Chalcidensis in libro tertio De urbium originibus.

III b. [DE FŒDERE ALEXANDRIO.]

7 a.

Similiter et orationem quæ inscribitur de fœdere Alexandrio, Hyperidi potius quam Demostheni attribuunt, quod cum multis aliis Demosthenes artibus reliquos oratores vicerit, tum potissimum verborum delectu superavit; at hæc oratio habet nonnullas voces non oratorias, ut νεόπλουτος (§ 23), *nuper ditatus*, βδελυρεύεσθαι (§ 11), *petulanter agere*, et alia similia.

Hæc oratio falso tribui videtur Demostheni; neque enim forma orationis cum aliis Demosthenicis convenit, sed ad Hyperidis stylum propius accedit quum in aliis tum in verbis quibusdam huic quam Demostheni magis usitatis, ut νεόπλουτοι, *nuper ditati*, et βδελυρεύσεσθαι, *petulanter agel*.

IV. ΚΑΤ' ΑΝΤΙΟΥ ΟΡΦΑΝΙΚΟΣ.

8.

Harpocratio: Ἀσήμαντα τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα ἀσφράγιστα· σημεῖα γὰρ ἔλεγον τὰς σφραγίδας· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀντίου.

9.

Idem: Βάσανος... Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀντίου τὰ ἐν ταῖς βασάνοις εἰρημένα ὑπὸ τῶν βασανιζομένων καὶ ἀναγραφέντα βασάνους ὠνόμασεν.

10.

Idem: Σεσημασμένων ἀντὶ τοῦ ἐσφραγισμένων Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀντίου ὀρφανικῷ.

11.

Idem: Ὑποστήσας ἀντὶ τοῦ ὑποβαλόμενος, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀντίου.

V. ΠΡΟΣ ΑΠΕΛΛΑΙΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΗΣΑΥΡΟΥ.

12.

Idem: Κολωνέτας· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ τοῦ θησαυροῦ. Τοὺς μισθωτοὺς Κολωνέτας ὠνόμαζον, ἐπειδὴ παρὰ τῷ Κολωνῷ εἱστήκεσαν, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα τὸ Ἡφαιστεῖον καὶ τὸ Εὐρυσάκειόν ἐστιν· ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Κολωνὸς οὗτος ἀγοραῖος. Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν, ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Cf. Pollux VI, § 132. Pro Κολωνέτας quod cod. D et Suidas habent, cum codd. ABCGN Κολωναίτας dedit Bekker; in reliquis et apud Pollucem est Κολωνῖτας.

13.

Idem: Κτησίου Διός· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον. Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύοντο.

14.

Pollux III, 27: Ὀνομάζεται δὲ καὶ παρὰ Στράττιδι ἡ προγονός· καὶ παρ' Ὑπερίδῃ· « ἐξέδωκε τὴν προγονὸν τὴν αὑτοῦ, ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ θησαυροῦ.

15.

Harpocratio: Πυθαέα ἑορτὴ τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος· Ὑπερίδης πρὸς Ἀπελλαῖον. Ἄπορον πῶς ἀπὸ τούτου ἐσχημάτισται παρὰ τῷ Διδύμῳ· καὶ γὰρ οὐ δι' ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτήν, ἀλλὰ τὸν Πύθιον Ἀπόλλωνα. Pro Πυθαέα, quod Kiesslingius et Sauppius dederunt, codices habent Πυθαεία, Πυθαχία, Πύθια. Quantum ex Harpocr. verbis intelligi potest, Hyperides memoraverat Apollinem Πυθαέα, non vero festum quod vocatur Πυθαῆα (v. Bœckh. C. J. I, p. 560, 921). Didymus aut diversa hæc confudit, aut verba ejus corrupta erant.

16.

Idem: Πώλας ἀντὶ τοῦ πράσεις Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον. Ἔστι τοὔνομα καὶ ἐν τοῖς Σώφρονος Ἀνδρείοις. Cf. frg. 22.

VI. ΚΑΤ' ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑΣ ΑΠΡΟΣΤΑΣΙΟΥ

λόγοι β'.

Vit. X oratt. p. 849, D, de Hyperide: Ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερής, ὡς ἐκβαλεῖν μὲν τὸν υἱόν, εἰσαγαγεῖν δὲ Μυρρίνην τὴν πολυτελεστάτην ἑταίραν, ἐν Πειραιεῖ δὲ ἔχειν Ἀρισταγόραν, ἐν Ἐλευσῖνι δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις κτήμασι Φίλαν τὴν Θηβαίαν εἴκοσι μνῶν λυτρωσάμενος.

Athenæus XIII, p. 590, C: Ὑπερείδης δ' ὁ ῥήτωρ ἐκ τῆς πατρῴας οἰκίας τὸν υἱὸν ἀποβαλὼν Γλαύκιππον Μυρρίνην τὴν πολυτελεστάτην ἑταίραν ἀνέλαβε, καὶ ταύτην μὲν ἐν ἄστει εἶχεν, ἐν Πειραιεῖ δὲ Ἀρισταγόραν, Φίλαν δ' ἐν Ἐλευσῖνι, ἣν πολλῶν ὠνησάμενος χρημάτων εἶχεν ἐλευθερώσας, ὕστερον δὲ καὶ

IV. CONTRA ANTIAM PUPILLARIS ORATIO.

8.

Ἀσήμαντα quæ a nobis ἀσφράγιστα, *non obsignata*; vocantur. Σημεῖα enim sigilla vocabant. Hyperides in or. contra Antiam.

9.

Hyperides in or. contra Antiam βασάνους appellavit confessiones reorum tormentis expressas et in tabellis perscriptas.

10.

Σεσημασμένων, *obsignatorum*, Demosthenes in or. de nomine (or. 39, § 17), et Hyperides in oratione pupillari contra Antiam.

11.

Ὑποστήσας, *qui supposuit*. Hyperides in or. contra Antiam.

V. ADVERSUS APELLÆUM DE THESAURO.

12.

Κολωνέτας. Hyperides in oratione adversus Apellæum de thesauro. Κολωνέτας vocabant mercenarios, quod ad Colonum (*Tumulum*) stare solebant qui est prope forum, quo loco sunt fana Vulcani et Eurysacis. Hic Colonus vocabatur Forensis. Erat enim etiam alter Colonus ad fanum Neptuni, ut Hyperides ait in or. contra Autoclem; hic Colonus equitum fuisse videtur.

13.

Κτησίου Διός. Hyperides in oratione adversus Apellæum. Jovem Ctesium in cellis penuariis statuebant.

14.

Ἡ προγονός, *privigna*, apud Strattidem dicitur et apud Hyperidem in or. adversus Apellæum de thesauro: « Prostituit suam ipsius privignam. »

15.

Πυθαέα, festum Pythii Apollinis, apud Hyperidem in or. adversus Apellæum. Non satis intelligitur quomodo hoc festi vocabulum ab hoc Pythii Apollinis nomine formatum sit apud Didymum. Neque Pythiorum festum sed Pythium Apollinem grammaticus dixit causam esse cur hæc apposuerit.

16.

Πώλας, *venditiones*, Hyperides in or. adversus Apellæum. Exstat idem vocabulum in Sophronis Mimis Virilibus.

οἰκουρὸν αὐτὴν ἐποιήσατο, ὡς Ἰδομενεὺς ἱστορεῖ. Ut Phrynen quam amaverat accusavit Euthias, sic Hyperides Aristagoram in jus vocavit, quod e servitute in libertatem vindicata patronum non haberet. E duabus orationibus nonnisi altera memoratur. E fr. 24 Sauppius colligit Aristagoram videri exceptionem prætendisse, se prius de eadem re postulatam et in judicio absolutam esse. « Quare conjicio, ait, orationem priorem vel contra eum habitam esse, cujus testimonio interposito Aristagora antea absoluta erat, vel alio modo ad priorem illam actionem pertinuisse. Ita, quod sane mirum est, videtur explicari posse, cur posterior tantum Hyperidis oratio commemoretur. »

17.

Athenæus XIII, p. 587, C : Καὶ Ὠκίμου δὲ τῆς ἐμῆς, ὡς σὺ φής, Κύνουλκε, καὶ Ὑπερείδης μέμνηται ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρας β' λέγων οὕτως· « ὥστε Λαῒς μὲν ἡ δοκοῦσα τῶν πώποτε διενηνοχέναι τὴν ὄψιν καὶ Ὤκιμον καὶ Μετάνειρα. » Id. p. 588, C : Λαΐδος τε τῆς ἐξ Ὑκκάρων οὐχ Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρας β' ;

18.

Harpocratio : Ὅτι χιλίας ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας β' εἴρηκεν. Κρώβυλος δὲ ὁ κωμικός φησι τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτων κείμενον.

19.

Idem : Ἀπροστασίου εἶδος δίκης κατὰ τῶν προστάτην μὴ νεμόντων μετοίκων· ᾑρεῖτο γὰρ ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν πολιτῶν τινὰ προστησόμενον περὶ πάντων τῶν ἰδίων καὶ τῶν κοινῶν. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας ἀπροστασίου β'. Cf. fr. 26.

20.

Idem v. διαμαρτυρία p. 59 : Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας ἀπροστασίου β' φησὶν ὡς οἱ νόμοι κελεύουσι διαμαρτυρεῖν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ ἀπροστασίου τὸν βουλόμενον ὁμοίως τῶν ξένων καὶ τῶν ἐπιχωρίων. Cf. Lysiæ fr. 33 et Isæi fr. 111.

21.

Idem : Νοθεῖα· Τίνων δ' οὐκ ἐξῆν τοῖς νόθοις μετέχειν, δεδήλωκεν Ὑπερίδης τε ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας β'. Cf. Lysiæ fr. 138.

22.

Idem : Πωληταὶ καὶ πωλητήριον. Οἱ μὲν πωληταὶ ἀρχή τίς ἐστιν Ἀθήνησι, ι' τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, εἷς ἐκ τῆς φυλῆς ἑκάστης· διοικοῦσι δὲ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα, τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ τὰ δημευόμενα· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας β'. Διείλεκται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Πωλητήριον δὲ καλεῖται ὁ τόπος ἔνθα συνεδρεύουσιν οἱ πωληταί· Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου πολλάκις.

Photius Lex. : Πωλητήριον· τὸ πρατήριον· οὕτως Ὑπερίδης.

23.

Harpocratio : Φαλάγγια. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας β' ὅτι τῶν δακέτων τι ζῷόν ἐστι τὸ φαλάγγιον. Δῆλον δὲ ποιεῖ καὶ Ξενοφῶν ἐν α' τῶν Ἀπομνημονευμάτων.

24.

Idem : Δωροξενία· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου. Ἐξηγήσατο τοὔνομα Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας οὕτω γράφων· « ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς δωροξενίας νόμος ἀρ-

---

VI. CONTRA ARISTAGORAM DE NEGLECTO PATROCINIO

orationes duæ.

17.

Sed Ocimi meæ, ut tu ais, Cynulce, etiam Hyperides meminit, in secunda contra Aristagoram oratione, ubi ait : « Ut Lais quidem, quæ videtur forma præstitisse omnibus quæ unquam fuere, et Ocimum et Metanira.

Laidos vero ex Hyccaris oriundæ nonne etiam Hyperides meminit secunda contra Aristagoram oratione?

18.

Mulieres quæ immodestius in viis publicis versarentur, mille drachmis mulctabantur. Hyperides in oratione secunda contra Aristagoram. Hujus legis auctorem Philippidem facit Crobylus comicus.

19.

Ἀπροστασίου, *neglecti patrocinii*. Genus est actionis adv. inquilinos qui patronum non adoptassent. Moris enim fuit, ut civem aliquem sibi quisque inquilinorum adoptaret, qui patrocinium ejus in omnibus et privatis et publicis negotiis susciperet. Hyperides in secunda or. contra Aristagoram de neglecto patrocinio.

20.

Hyperides in secunda oratione contra Aristagoram de neglecto patrocinio habita leges ait jubere ut cuicunque sive peregrino sive civi testificari liceret.

21.

In quorum bonorum partem venire nothis haud liceat, docuit Hyperides in or. secunda contra Aristagoram.

22.

Πωληταί, magistratus quidam Athenis, viri numero decem, ex unaquaque tribu unus. Hi omnia quæ publica auctoritate prostant, vectigalia, metalla, locationes, quæque bona publicantur, administrant. Hyperides in secunda or. contra Aristagoram. Aristoteles quoque in Atheniensium rep. de iis disseruit. Πωλητήριον vero appellatur locus ubi πωληταὶ considebant. Isæus (fr. 47) in or. contra Elpagoram frequenter.

23.

Φαλάγγια. Hyperides in or. secunda contra Aristagoram dicit φαλάγγιον esse animal de numero eorum quæ morsu nocent. Idem docet Xenophon libro primo Memorabilium (1, 3, 12).

24.

Δωροξενία, si quis dona dando peregrinitatis actionem devitare studet. Lysias (fr. 191). in orat. contra Niciam. Exposuit hoc vocabulum Hyperides in orat. adv. Aristagoram, his verbis : « Nam et lex δωροξενίας idonea est ut

μόττων ἐστὶ τῷ νῦν ἀγῶνι παραχθῆναι· εἰ γὰρ καὶ τοὺς ἀποφυγόντας ξενίας εἴρηκεν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ πάλιν γράψασθαι, ἐὰν μὴ δοκῶσι δικαίως τὸ πρῶτον ἀποπεφευγέναι, πῶς οὐ φανερόν ἐστι κατ' Ἀρισταγόρας τὸ δίκαιον; » Καὶ Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ (fr. 31) περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων γράφει ταυτί· « εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται· ξενίας καὶ δωροξενίας· [ξενίας μὲν ἐάν τις κατηγορῆται ξένος εἶναι, δωροξενίας δὲ] ἐάν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν. »

25.

Idem : Ἐλευθέριος Ζεύς. Ὑπερίδης· « Τῷ μὲν τοίνυν Διί, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἡ ἐπωνυμία γέγονε τοῦ ἐλευθέριον προσαγορεύεσθαι διὰ τὸ τοὺς ἐξελευθέρους τὴν στοὰν οἰκοδομῆσαι τὴν πλησίον αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Δίδυμός φησιν ἁμαρτάνειν τὸν ῥήτορα· ἐκλήθη γὰρ ἐλευθέριος διὰ τὸ τῶν Μηδικῶν ἀπαλλαγῆναι τοὺς Ἀθηναίους. Ὅτι δὲ ἐπιγέγραπται μὲν σωτήρ, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἐλευθέριος, δηλοῖ καὶ Μένανδρος.

Etym. M. p. 329, 44 : Ἐλευθέριος καλεῖται ὁ Ζεὺς διὰ τὸ τοὺς ἐλευθέρους τὴν στοὰν οἰκοδομῆσαι τὴν πλησίον αὐτοῦ. Οὕτω μὲν Ὑπερίδης, ὁ δὲ Δίδυμος οὐ διὰ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς Μηδικῆς δουλείας καὶ ἐπικρατείας ἀπαλλαγῆναι τοὺς Ἀθηναίους. Eadem Suidas. Ceterum h. l. hæc posuit Sauppius, quod aptiorem locum non invenit.

26.

Suidas : Νέμειν προστάτην, ἀντὶ τοῦ ἔχειν προστάτην. Τῶν γὰρ μετοίκων ἕκαστος μετὰ προστάτου τῶν ἀστῶν τινος τὰ πράγματα αὐτοῦ διῴκει καὶ τὸ μετοίκιον κατετίθει. Καὶ τὸ ἔχειν προστάτην καλεῖται νέμειν προστάτην. Ὑπερίδης· « ὥστε κελευστέον τοὺς μαρτυροῦντας τὰ τοιαῦτα καὶ τοὺς παρεχομένους [μὴ] μάτην ἀπατᾶν ὑμᾶς, [ἐὰν] μὴ τυγχάνωσι δικαιότερα (sic cod. A; σκαιότερα cett.) λέγοντες· καὶ νόμον ὑμῖν ἀναγκάζετε παρέχεσθαι, τὸν κελεύοντα μὴ νέμειν προστάτην. » Vocem μὴ inseruit Coray, ἐὰν vocem Sauppius. Cf. Bernhardy ad h. l.

Harpocratio : Προστάτης. Οἱ τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες προστάται ἐκαλοῦντο· ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἕκαστον τῶν μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναῖον νέμειν προστάτην· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας. Μέμνηται καὶ Μένανδρος ἐν ἀρχῇ τῆς Περινθίας. Ad hanc orationem hæc retulit Meierus De bonis damnatorum p. 40. Cf. fr. 19.

27.

Theon Progymn. I, p. 162 Walz. : Ὁμοίως τὸν καλούμενον τόπον παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἔστιν εὑρεῖν· καθάπερ τὸ Δημοσθενικὸν ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου· ... καὶ Ὑπερείδου κατὰ τῶν ἑταιρῶν ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρας. Cf. Lycurgi fr. 68.

28.

Harpocratio : Ἀφαίρεσις ἰδίως λέγεται ἡ εἰς ἐλευθερίαν· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας. Cf. Bekk. Anecd. p. 468, 18.

29.

Athenæus XIII, p. 586, A : Ὑπερείδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρας φησί· « Καὶ πάλιν τὰς Ἀφύας καλουμένας τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκαλέσατε. » Ἑταιρῶν ἐπωνυμία αἱ ἀφύαι, περὶ ὧν ὁ προειρημένος Ἀπολλόδωρός φησι· « Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαί. Αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον. » Cf. Harpocratio : Ἀφύας· Ὑπερίδης κατ' Ἀρισταγόρας. Ἔστι δὲ καὶ ὄνομα ἑταιρῶν γυναικῶν ἀδελφῶν β'. Cf. Bekk. Anecd. p. 473, 1.

30.

Bekk. Anecd. p. 102, 13 : Κακολογεῖν. Ὑπερείδης κατὰ Ἀρισταγόρας. Pollux II, § 119 : Κακολογία, ὡς Ὑπερίδης.

---

in hac causa producatur : si enim cuilibet concessit, ut etiam absolutos peregrinitatis crimine iterum accusarent, si prius haud recte absoluti censerentur : nonne contra Aristagoram jus erit manifestum? »

25.

Hyperides : « Ideo, judices, Jovem contigit Eleutherium cognomento appellari, quia liberti porticum ipsi vicinam ædificassent. » Sed Didymus ait errare oratorem; siquidem nomen Eleutherii accepisset, quia a Medis Athenienses liberati essent. Quod autem inscriptus esset Servator, sed etiam Eleutherius diceretur, manifestum etiam Menander facit.

26.

Νέμειν προστάτην, *patronum habere*. Quilibet enim inquilinorum negotia sua per patronum quendam, qui erat unus ex civibus, expediebat, et tributum pendebat. Unde patronum habere dicitur προστάτην νέμειν. Hyperides : « Itaque jubendum est ne talia testantes et asserentes temere vobis imponant, si justiora dicere non habeant. Et legem vobis exhiberi cogatis, quæ inquilinos patronum habere vetet. » Athenis προστάται vocabantur inquilinorum patroni. Unusquisque enim inquilinus tenebatur civem quendam adoptare sibi patronum. Hyperides in orat. contra Aristagoram; et Menander hujus rei meminit principio Perinthiæ.

27.

Locus communis in meretrices apud Hyperidem tractatur in oratione contra Aristagoram.

28.

Ἀφαίρεσις proprie dicitur assertio in libertatem. Hyperides in or. contra Aristagoram.

29.

Hyperides in or. contra Aristagoram ait : « Et rursus, quas Aphyas vocant, eodem modo vocavistis. » Meretricularum est cognomen illud Aphyæ, de quibus prædictus Apollodorus ait : « Stagonium et Anthis sorores; quæ Aphyæ dicebantur, quod, quum candidæ et tenues essent, simul magnos haberent oculos. »

30.

Κακολογεῖν et κακολογία, Hyperides in or. contra Aristagoram.

31.

Harpocratio : Μετοίκιον· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας. Μέτοικος μέν ἐστιν ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον ὡς ξένος ἐπιδημῶν, ἀλλὰ τὴν οἴκησιν αὐτόθι καταστησάμενος. Ἐδίδοντο δὲ ὑπ' αὐτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος δραχμαὶ ιβ', ὅπερ ὠνόμαστο μετοίκιον, ὡς δηλοῖ Εὔβουλος ἐν τῇ Πλαγγόνι. Ἰσαῖος δ' (fr. 45) κτλ. Fort. ex eadem hac oratione ducta esse quæ apud Stobæum in Floril. 73, 33 leguntur, censet Westermannus.

VII. ΠΡΟΣ ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΑ.

Vit. X oratt. p. 849, A : Κριθεὶς δὲ (Hyperides) ὑπὸ τοῦ Ἀριστογείτονος παρανόμων ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν, τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι, ἀπέφυγεν. Cf. Demosth. or. c. Aristogit. § 11. De isto Hyperidis plebiscito, præter ea quæ ad fr. 32 notabuntur, v. Lycurgi or. c. Leocratem § 36 : Καί μοι λαβὲ τὸ ψήφισμα, γραμματεῦ, τὸ Ὑπερείδου, καὶ ἀναγίνωσκε. In eo scripserat auctor, quæ deinceps § 37 leguntur : Ὅτι τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ χρηματιοῦσαν περὶ φυλακῆς τοῦ Πειραιέως ἐν τοῖς ὅπλοις ἔδοξε καὶ πράττειν διεσκευασμένην ὅ τι ἂν δοκῇ τῷ δήμῳ συμφέρον εἶναι. Eodem pertinent quæ habes § 41 : Ἡνίκ' ὁρᾶν ἦν τὸν δῆμον ψηφισάμενον τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους ἐπιτίμους. Præterea rogasse Hyperidem ut exsules revocarentur, e fr. 32 liquet. Cf. Dio Chrysost. 15 § 21 (p. 453 R.) : Ἀθηναίων ψηφισαμένων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην τοὺς συμπολεμήσοντας οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι, εἰ προὔβη ὁ πόλεμος, ἀλλὰ μὴ διελύσατο θᾶττον ὁ Φίλιππος πρὸς αὐτούς, πολλοὶ ἂν τῶν Ἀθήνησιν οἰκετῶν ἢ μικροῦ πάντες ἐλεύθεροι ἦσαν, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἕκαστος ἀφεθείς.

32.

Rutilius I, 19 : *Paromologia.... Item ejusdem* (sc. Hyperidis) : « *Quid a me sæpius his verbis de meo judicio requiris ? Scripsisti, ut servis libertas daretur ? Scripsi : ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur ? Scripsi : ut ne quis exsilio afficeretur. Leges igitur, quæ prohibebant hæc, neglegebas ? Non poteram* [*aliter*], *propterea quod literis earum arma Macedonum opposita officiebant*. In his pro *neglegebas*, quod Sauppius dedit libri *non neglegebas ;* Ruhnkenius *nonne legebas*. Voc. *aliter* add. Sauppius.

Vit. X or. p. 849, A : Κριθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀριστογείτονος παρανόμων ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι, ἀπέφυγεν. Αἰτιωμένων δέ τινων αὐτὸν ὡς παριδόντα πολλοὺς νόμους ἐν τῷ ψηφίσματι· « Ἐπισκότει, ἔφη, μοι τὰ Μακεδόνων ὅπλα· » καί· « Οὐκ ἐγὼ τὸ ψήφισμα ἔγραψα, ἡ δ' ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Cf. Longinus De subl. c. 15 : Ὡς νὴ Δία καὶ ὁ Ὑπερείδης κατηγορούμενος, ἐπειδὴ τοὺς δούλους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρους ἐψηφίσατο, « τοῦτο τὸ ψήφισμα, εἶπεν, οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη· » ἅμα γὰρ τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρῶν ὁ ῥήτωρ πεφάντασται.

Anonymus περὶ ἀποκρίσεως in Mus. Rhen. t. V, p. 264, 11 : Ἐὰν δὲ ἀναγκαῖον ᾖ πάντως ἀποκρίνασθαι, αἰτίαν τινὰ χρὴ προστιθέναι τῇ ἀποκρίσει, οἷον ὡς Ὑπερίδης ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀριστογείτονος, εἰ ἔγραψε τοὺς δούλους ἐλευθέρους εἶναι, ἔφη· « ἵνα μὴ οἱ ἐλεύθεροι δουλεύωσιν. Cf. Gregorius Cor. ad Hermogenem t. VII, p. 1204 W. : Κατὰ δὲ αἰτιολογίαν, ὡς ὁ Ἀριστογείτων πρὸς τὸν Ὑπερίδην (deb. ὡς ὁ Ὑπ. πρὸς τὸν Ἀρ.)· ἐκείνου γὰρ ἐρωτήσαντος εἰ ἔγραψε τοὺς δούλους ἐλευθέρους εἶναι, αὐτὸς ἀποκρίνεται, ἵνα μὴ ἡμεῖς δουλεύσωμεν.

Demosthenes or. 26, § 11 : Ὑπερείδης ἔγραψε ... εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους, ἵν' ὁμονοοῦντες ἅπαντες ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προθύμως ἀγωνίζωνται, ἐάν τις κίνδυνος τηλικοῦτος καταλαμβάνῃ τὴν πόλιν. — Cf. Anonymus ad Hermogen. t. IV, p. 707 W. : Ἢ ὡς Ὑπερίδης γράψας μετὰ Χαιρώνειαν τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους εἶναι· καὶ γὰρ καὶ οὗτος οὐ λύων (τὸν νόμον) τοὺς περὶ τῶν ἀτίμων νόμους ἔγραφεν, ἀλλὰ διὰ πρόσφορον χρείαν, ὅπως ἂν ὁμονοήσαντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγωνίσαιντο. Idem ib. p. 782 : Συμφορῶν προκειμένων οὐ μικρῶν ἔγραφεν Ὑπερίδης, « τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους εἶναι· » ... Δίκαιον Ὑπερίδης τὸ ψήφισμα δεῖξαι πειρώμενος ζητήσει τῶν ἀντιστατικῶν στάσεων τὰ λυσιτελοῦντα, ἤγουν τὴν ἀντίστασιν, καὶ

31.

Μετοίκιον. Hyperides in or. contra Aristagoram. Μέτοικος est inquilinus qui ex alia civitate in aliam migrat, nec, ut peregrinus, ad breve tempus in ea commoratur, sed domicilium ibi sibi constituit. Ab eo quotannis duodecim drachmæ tributi loco pendebantur, quod dicebatur μετοίκιον, ut liquet ex Eubulo in Plangone.

VII. CONTRA ARISTOGITONEM.

32.

Postulatus Hyperides violatarum legum, quod post pugnam ad Chæroneam commissam lege promulgata jussisset inquilinos in civium numerum referri, servos libertate donari, sacra, liberos et uxores in Piræeum deponi, absolutus est. Ac quibusdam culpantibus quod eo in decreto multas leges quasi præterivisset, « Arma, respondit, Macedonum mihi tenebras offundebant » et « Non ego id decretum feci, sed pugna Chæronensis. »

Hyperides ab Aristogitone interrogatus num in decreto suo servos liberos esse jussisset, respondit : « Ne liberi servi fierent. »

κατ' ἐκείνην μελετήσει λέγων, ὡς ὑπὲρ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τοῦτο πεποίηκα, ἵνα εἰδότες οἱ ἄτιμοι ἐπιτίμους αὐτοὺς γεγονότας κατατολμήσωσι προκινδυνεῦσαι τῆς πόλεως.

33.

Suidas v. ὑπεψηφίσατο : ... Ἐν τοῖς δήμοις ἀποψηφίσεις ἐγίνοντο τῶν γεγραμμένων μὲν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, οὐκ ὄντων δὲ ἀστῶν, ἀλλὰ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ οὗτοι ἐλέγοντο ἀπεψηφισμένοι, ἐπειδὴ ψήφου αὐτοῖς ἐπαχθείσης οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα οὕτως (ὅπως codd.; em. B.)· « πρῶτον μὲν μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε τοὺς ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώραν, ἔπειτα τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ καὶ τοὺς ἀτίμους καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τοὺς μετοίκους (ἀποίκους codd.; em. Schmidt ad Dinarch. p. 116) » Pertinent hæc ad civium recensionem Ol. 108, 3 institutam. In Hyperidis loco « primum videtur δούλους deesse, deinde numerus ad omnes pertinere qui ex Hyperidis plebiscito arma pro republica ferre possent. Quare nescio an scribendum sit : ἐν τῷ πρὸς Ἀρ. λόγῳ· « μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε, πρῶτον μὲν δούλους τοὺς ἐκ τῶν ἔργων, etc. » SAUPPIUS.

34.

Schol. Platonis p. 38a Bk., 915 turic. : Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον, ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀγνοίας πράγματα ἐγειρόντων. Ταύτης μέμνηται καὶ Ὑπερείδης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· « καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς παροιμίας δύνασαι μανθάνειν τὸ μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.

35.

Harpocratio : Οἰνόη καὶ Οἰναῖος. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· « καὶ ἔφασαν ἐν Οἰνόῃ ἀκοῦσαι ὅτι μάχη εἴη γεγονυῖα. Οἰνόη δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος πρὸς Ἐλευθέραις, ὁ δὲ τῆς Αἰαντίδος πρὸς Μαραθῶνι· ἀφ' ἑκατέρου δὲ τῶν δήμων ὁ δημότης Οἰναῖος καλεῖται. » Μνημονεύοι δ' ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ τοῦ πρὸς Ἐλευθέραις, οὗ καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ β'. Verba Hyperidis de iis intellige quæ primum nuntium pugnæ Chæronensis Athenas attulerunt.

36.

Idem : Ὅσιον. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονά φησι· » « καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια », ὅ τε Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ· « καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. » Ὅτι δὲ τὰ ὅσια τὰ δημόσια δηλοῖ, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει περὶ τούτων· « καὶ τὰ μὲν ἱερά, τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ καὶ τὰς πεντηκοστὰς τῶν ἄλλων θεῶν, σεσυληκότες, » καὶ μετ' ὀλίγα· « τὰ δὲ ὅσια ἃ ἐγίνετο ὑμέτερα κεκλοφότες. » Δίδυμος δὲ « διχῶς » φησίν « ἔλεγον τὸ ὅσιον, τό τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν. »

37.

Theon Progymn. t. I. p. 167 Walz. : Καὶ Δημοσθένης δὲ μᾶλλον (sc. ἐξείργασται) Ὑπερείδου τὴν γεγενημένην Ἀθηναίοις ταραχήν, ὅτε ἧκεν ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς ἡ Ἐλάτεια κατείληπται.

38.

Harpocratio : Εὐρυσάκειον· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Τέμενός ἐστιν Εὐρυσάκους τοῦ Αἴαντος ἐν Ἀθήναις οὕτως ὀνομαζόμενον, ἐν Μελίτῃ.

39.

Idem : Κεκροπίς· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Μία δ' ἦν τῶν ι' φυλῶν Ἀθήνησι Κεκροπίς, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, εἰ γνήσιος.

Hyperides rogationem tulit, ut capite diminutis dignitas restitueretur, quo consentientes universi pro libertate prompto animo dimicarent, si quod tantum discrimen rempublicam premeret.

33.

Pagi Attici suffragiis suis jure civitatis eos privabant, qui quum cives non essent, albo civium per fraudem inscripti erant. Hi dicebantur ἀπεψηφισμένοι, quoniam suffragio contra eos lato civitatis jure privabantur. Hyperides in orat. contra Aristogitonem : « Primum quidem numerum centies et quinquagies mille homines excessisse sciatis, qui argenti metalla exercent et per agros sparsi sunt; deinde ærarii debitores et ignominia notatos et ex albo civium expunctos et inquilinos. »

34.

Ne moveto malum quiescens; de iis dicitur qui imprudenter ipsi sibi molestias creant. Meminit ejus proverbii Hyperides in or. adversus Aristogitonem : « et ne ex proverbio quidem discere potes non movendum esse malum quiescens.

35.

Οἰνόη et Οἰναῖος. Hyperides in or. adversus Aristogitonem : « Et se audiisse, prœlium in Œnoa commissum, affirmabant. » Erant pagi hoc nomine bini : unus ad Eleutheras, Hippothoontidis tribus; alter ad Marathonem, Æantidis. Popularis ab utroque populo dicitur Œnæus. Loco citato orator ejus pagi qui est ad Eleutheras, meminisse videtur, sicut Thucydides quoque libro secundo (2, 18).

36.

Ὅσιον. Hyperides in or. adversus Aristogitonem dicit : « Et pecunia tam sacra quam publica; » et Isocrates in Areopagitico (§ 66) : « sacris et publicis· » Significare ὅσια idem quod δημόσια, i. e. *publica*, aperte docet Demosthenes contra Timocratem (or. 24 § 120) : « Qui tum sacra, tum decimas Minervæ, tum reliquorum deorum quinquagesimas diripuerunt, » et paulo post : « tum publica quæ ad vos pertinebant, suffurati sunt. » Didymus vero bifariam, inquit, τὸ ὅσιον accipiebant; ita scilicet ut et sacrum et profanum significaret.

37.

Demosthenes vero quam Hyperides exquisitius describit tumultum et perturbationem quæ Athenienses invasit quando nuntius venit ad prytanes de capta Elatea.

38.

Eurysaceum. Hyperides in or. contra Aristogitonem Est Athenis hoc nomine fanum Eurysacis Ajacis filii, in Melite.

39.

Cecropis. Hyperides contra Aristogitonem. Una decem tribuum Athenis erat Cecropis, ut docet Demosthenes in oratione funebri (or. 60 § 30), si genuina oratio.

40.

Idem : Ναύκληρος· Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους οὐ μόνον ὡς ἡ συνήθεια χρῆται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ... ἐπὶ τοῦ μεμισθωμένου, ἐπὶ τῷ τὰ ἐνοίκια ἐκλέγειν ἢ οἰκίας ἢ συνοικίας, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ δηλοῖ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Cf. Lex. Cantabr. p. 673.

41.

Idem : Οἰνηΐς· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Μία τῶν ι' φυλῶν παρ' Ἀθηναίοις.

42.

Rutilius II, 2 : *Allœosis. In hoc schemate divisio et separatio est personarum aut rerum, et demonstratio, quantum intersit.... Item Hyperidis : « Non enim simile est vivere in æqua civitate, ubi jus legibus valeat, et devenire sub unius tyranni imperium, ubi singularis libido dominetur. Sed necesse est, aut legibus fretum meminisse libertatis, aut unius potestati traditum quotidianam commentare servitutem. »*

43.

Photius Lex. : « Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τούτοις » ἀντὶ τοῦ κεκινημένης καὶ πεφοβημένης Ὑπερείδης φησίν· « ὀρθῆς δ' ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης· », Αἰσχίνης, ἀντὶ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ ἀκεραίου.

VIII. ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΦΩΝΤΟΣ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ.

Hyperides in or. pro Euxenippo § 29 : Τίνες οὖν κέκρικα καὶ εἰς ἀγῶνα κατέστακα; Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα, ὃς ἰσχυρότατος ἐν τῇ πολιτείᾳ γεγένηται.

44.

Schol. Æschin. or. 1. § 64 : Κεκωμῴδηται ὁ Ἀριστοφῶν ὡς ὑπὲρ Χάρητος μισθοῦ λέγων καὶ ὡς παρανόμων γραφὴν πεφευγὼς καὶ ὡς στρατηγήσας ἐν Κέῳ καὶ διὰ φιλοχρηματίαν πολλὰ κακὰ ἐργασάμενος τοὺς ἐνοικοῦντας, ἐφ' ᾧ γραφεὶς ὑπὸ Ὑπερείδου παρανόμων ἑάλω. Φησὶ δ' αὐτὸν Ὑπερείδης καὶ Ἀρδηττὸν ἐπικληθῆναι διὰ τὸ πολλάκις αὐτόθι ἐπιωρκηκέναι. Ἐπεβίωσε μέντοι ὁ Ἀριστοφῶν ρ' ἔτη παρὰ μῆνα.

Γραφεὶς.. ἑάλω] De his ita Kiesslingius p. 249 : « Copiis Atheniensium in insula Ceo Aristophon potuit præesse non nisi ipso belli socialis tempore aut annis proxime antegressis. Athenienses enim postquam cum abalienatis sociis in gratiam redierunt, operam dederunt ut humanitate et lenitate sociorum animos sibi devincirent. Itaque et lege sanxerunt, ne quis civis Atheniensis extra Atticam terram agros coleret, et cleruchias fœderatis civitatibus invisas et perniciosas abrogarunt. Id factum est Ol. 100, 4. Cf. Bœckh De œcon. civ. Athen. I, p. 449 sq.; Diodor. XV, 29. Sed mox in pristinam licentiam relapsi vexare socias civitates, cleruchos deducere, tributa exigere, urbes præsidiis firmare. Hinc conflatum est bellum sociale Ol. 105, 4. Quodsi Æschinis scholiasta refert accusatum esse Aristophontem propterea, quod Ceos male tractasset et ob id ipsum παρανόμων judicium subiisse, credendum est Aristophontem veteres istas mitiores leges migrasse, vel Ceos, qui in fide remanserant, pari contumelia tractasse atque ceteras civitates rebellantes, vel pace facta noluisse mitius imperium in sociorum civitatibus exercere. Ceum enim insulam in Atheniensium amicitia perstitisse videre licet ex Lycurgi Leocratia. Aliam quandam causam ex qua παρανόμων actiones nascerentur, Bœckhius l. l. pluribus illustravit exemplis. Solebant enim παρανόμων accusari, si qui suasissent ut tenuiora tributa sociis irrogarentur. Orata est igitur oratio, si recte eam ad bellum sociale retulimus, eo temporis spatio quod fere Ol. 105 et Ol. 106, 3 tanquam terminis circumscribitur. « Contra Meierus comment. de vit. Lycurgi p. CVII in schol. Æschinis vocem παρανόμων ut male ex superioribus repetitam tollendam esse censet, quum probabilis ratio excogitari nequeat, qua Aristophon propter mala quæ Ceis inflixerat, in παρανόμων judicium vocari potuerit. Sauppius denique ita habet : « De rebus Aristophontis post alios nuper accuratissime exposuit A. Schæfer in Philologi Schneidewiniani vol. I, p. 187 sqq. Sed quod ille cum Bœhneckio p. 661 et Kiesslingio p. 250 Aristophontem paullo post bellum sociale accusatum esse ab Hyperide existimat, id nescio quo fundamento nitatur. Neque magis illud probo quod Meierus παρανόμων actionem ad hanc orationem pertinere negavit.

40.

Ναύκληρος. Hyperides in or. de salsamentis hoc nomine eo sensu usus est quo vulgo accipitur, sed etiam de eo vocem usurpat qui mercede conductus est, ut pensiones annuas pro locatis domibus vel insulis colligat, ut idem orator in oratione adversus Aristogitonem ostendit.

41.

Οἰνηΐς. Hyperides in or. adversus Aristogitonem. Fuit una e decem tribubus Atheniensium.

43.

« Quum autem civitas ob hæc exspectatione erecta esset », i. e. commota et metu suspensa, Hyperides dicit. Æschines vero : « Quum patria, adhuc nobis recta stet » i. e. salva et incolumis.

VIII. CONTRA ARISTOPHONTEM DE PLEBISCITO MALE ROGATO.

44.

Traducitur Aristophon ut qui accepta mercede pro Charete dixerit et male rogati plebisciti actione in jus vocatus sit et exercitus dux in Ceo ob avaritiam multis incolas malis affecerit, ob quod ab Hyperide reus factus parum abfuit quin caussa caderet. Dicit Hyperides eum etiam Ardettum cognominatum esse quod sæpius ibi perjuraverit. Ceterum vitæ explevit annos centum, uno dempto mense

Mihi enim videtur Aristopho cum populisciti auctor fuisset quo permagnam pecuniæ vim Cei pendere juberentur, ipse cum navibus profectus esse et pecuniam illam cum iniquitate exegisse. Quapropter Athenas redux factus ab Hyperide Ceorum precibus permoto accusatus est. Quo vero tempore id factum sit, non constat. » Mihi Meierus a vero propius abesse videtur. Nam mendam traxisse verba scholiastæ ex eo fit verisimillimum quod secundum Hyperidem in or. pro Euxenippo § 29 Aristophon non caussa cecidit, sed παρὰ δύο ψήφους ἀπέφυγεν. Mitto quod schol. in Dem. de cor. p. 287 ed. Dindf. prodit : Ἀριστοφῶν, ἀνὴρ πολλάκις μὲν κριθείς, οὐδέποτε δὲ καταγνωσθείς. Cf. Æschin. in or. c. Ctes. § 194. Probabile est igitur pro παρανόμων ἑάλω legendum esse παρὰ ὀλίγον ἑάλω (cf. Dem. p. 688, 26 : παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώσατε).

45.

Schol. Platonis p. 384 Bk. p. 896 Turic. : Ὅπερ ἂν εἴποι τις εὐχερῶς εἰπεῖν ἐθέλων ἢ ἁπλῶς, τοῦτο ἔμβραχυ λέγεται. Ἔμβραχυ οὖν συντόμως καὶ ἁπλῶς. Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος· « οἶδε γὰρ αὑτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν ὅ τι ἂν ἔμβραχυ βούληται. »

46.

Antiatticista in Bekker. Anecd. p. 108, 1 : Μοιχίδιον· τὸν ἐκ μοιχοῦ γεγενημένον (γεγεννημένον Suid.). Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος. Cf. Photius Lex. et Suidas.

47.

Pollux VII, 11 : Μονοπώλιον δὲ Ὑπερείδης εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος· οἱ δὲ ἄλλοι λέγουσι μονοπωλίαν.

48.

Rutilius I, 4 : *Paradiastole. Hoc schema plures [res], aut duas, quæ videntur unam vim habere, disjungit et quantum distent docet, suam cuique propriam sententiam subjungendo. Hyperidis : « Nam cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim probas te pro astuto sapientem intelligi, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem rei familiaris, pro malivolo severum. Nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari possis.* » Eadem nomine oratoris non addito a Quintiliano 9, 3, § 65 et Isidoro Orig. 2, 21, 9 afferri Ruhnkenius adnotavit. Adde carminis de schematis v. 113 sq. » Sauppius.

Qui deinceps apud. Rutilium legitur locus ἀδέσποτος, ex eodem Hyperide ex eademque oratione petitus esse videtur Kiesslingio. Idem ad or. contra Aristophontem etiam ea pertinere suspicatur quæ leguntur apud Rutilium II, 9.

IX. ΥΠΕΡ ΑΡΠΑΛΟΥ,

εἰ γνήσιος.

49.

Pollux X, 159 : Εἰ δὲ μὴ ψευδὴς ὁ Ὑπερίδου λόγος ὑπὲρ Ἁρπάλου, ἐν αὐτῷ γέγραπται· « ἐκπηδήσαντες ἐκ τῶν περδικοτροφείων. »

X. ΚΑΤ' ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΙΔΟΥ.

« Orator in illa oratione plura de re scenica illius temporis commemoravit, uti Eubulum mediæ poetam comœdiæ appellavit et de theorico disseruit; videtur ibi aliquis accusatus esse, quod absens theoricum acceperit, id quod lege erat vetitum. » Bergkius De reliqu. com. att. p. 274. « Quidni vera esse possit hæc opinio? Quanquam mihi aliter videtur et rem valde incertam esse apparet. » Sauppius.

50.

Longinus De invent. t. IX, p. 591 Walz. : Κινήσομεν δὲ ἔλεον κἂν ὑποδεικνύωμεν τὸ πάθος τὸ συμβεβηκὸς περί τινας τῶν οἰκείων τοῦ κρινομένου ἢ τοῦ τεθνεῶτος· Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστρατίδου ἐπεξεισί που τὰ συμβεβηκότα τῇ τοῦ Ὀνείδου μητρί.

51.

Harpocratio p. 97, 13 : Ὅτι δὲ οὐκ ἐξῆν τοῖς ἀποδημοῦσι θεωρικὸν λαμβάνειν, Ὑπερίδης δεδήλωκεν ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου. Cf. Philini frg. de Æschyli, Sophoclis, Euripidis statuis.

45.

Hyperides in or. contra Aristophontem : « Nam novit Aristophon permissum sibi esse ut tum agat tum scribat quodcumque voluerit. »

46.

Μοιχίδιον eum qui patre adultero utitur dicit Hyperides in or. contra Aristophontem.

47.

Μονοπώλιον Hyperides in or. contra Aristophontem dixit, dum ceteri dicunt μονοπωλίαν.

IX. PRO HARPALO,
si genuina oratio.

49.

In Hyperidis oratione pro Harpalo, modo non subditicia hæc oratio sit, scriptum est : « exsilientes ex perdicum vivariis. »

X. CONTRA ARCHESTRATIDAM.

50.

Commiserationem movebimus etiam si calamitatem subindicemus in quam quidam e domesticis rei vel mortui inciderint. Sic Hyperides in or. contra Archestratidam exponit ea quæ Onidæ matri acciderint.

51.

Peregre profectis Theoricum accipere non licuisse Hyperides declaravit in or. contra Archestratidam.

52.

Idem : Εὔβουλος. ... Ἕτερος δ' ἐστὶν ὁ κωμικός, οὗ μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου. Cf. Hyperidis frg. or. XXII.

53.

Bekker. An. p. 100, 18 : Ἱερά· τὰ τῶν τεθνηκότων ὀστᾶ. Ὑπερείδης κατὰ Ἀρχεστρατίδου.

Ammonius De diff. verb. p. 73 Valck. : Ἱερά τούς τε περιβόλους τῶν ναῶν καὶ τὰ σφάγια καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστρατίδου, καὶ τὰ ξόανα, ὡς Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ ἕκτῃ.

54.

Harpocratio : Ἰθύφαλλοι. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου· « Οἱ τοὺς ἰθυφάλλους ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ὀρχούμενοι. » Ποιήματά τινα οὕτως ἐλέγετο τὰ ἐπὶ τῷ (ἱσταμένῳ add. Suid.) φαλλῷ ᾀδόμενα (μετ' ὀρχήσεως add. Suid.), ὡς Λυγκεὺς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς φησίν.

55.

Idem : Πάραλος· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Μία τῶν παρ' Ἀθηναίων πρὸς τὰς δημοσίας χρείας διαπεμπομένων τριήρων, ἀπό τινος ἥρωος τοὔνομα λαβοῦσα Παράλου. Οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες αὐτῆς ἐκαλοῦντο Πάραλοι, οἳ διὰ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν δ' τε ὀβολοὺς ἐλάμβανον καὶ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ οἴκοι ἔμενον, ἄλλα τέ τινα ὑπῆρχεν αὐτοῖς παρὰ τῆς πόλεως, ὥς φησιν Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου. Μέμνηται δὲ τοῦ Παράλου ἥρωος καὶ Φύλαρχος ἐν κα'.

56.

Idem : Ξυπεταίονες· Ὑπερίδης κατ' Ἀρχεστρατίδου. Δῆμος τῆς Κεκροπίδος Ξυπέτη, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ξυπεταίων, ὡς Διόδωρος.

57.

Idem : Ἐν παραβύστῳ ἀντὶ τοῦ κρύφα καὶ οὐ φανερῶς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου.

58.

Idem : Στειριεύς· Ὑπερίδης κατ' Ἀρχεστρατίδου. Δῆμος φυλῆς τῆς Πανδιονίδος ἡ Στειριά.

XI. ΚΑΤ' ΑΥΤΟΚΛΕΟΥΣ ΠΡΟΔΟΣΙΑΣ.

« Autoclem ab Hyperide proditionis accusatum esse ut sciamus, lexici Cantabrigiensis observationum optimarum plenissimi testimonio effectum est (frg. 67.). Cum vero Autocli, qui cum exercitu Miltocythæ in Thraciam auxilio missus erat, a. 361 imperium abrogatum eumque ab Apollodoro, Pasionis filio, accusatum esse Demosthenis testimonio (or. 50 § 12, 23 § 104, 36 § 53) constet (cf. Weissenborn. Hellen. p. 184 sq.), veri similis est conjectura Kiesslingii Hyperidis orationem Apollodoro scriptam fuisse (p. 240). Neque illud improbabile, quod Schneider. ad Xen. hist. gr. 6. §. 2, Sievers. hist. gr. p. 302, Kiesslingius (p. 236 sq.) commendant, Autoclem oratorem, Strombichidæ filium (Xen. l. d.), eundem hominem esse. In qua re non videtur illud omittendum esse Aristophontem, cujus vidimus Hyperidem adversarium fuisse, plebisciti, quo Autocles cum classe in Thraciam proficisci juberetur, auctorem fuisse perhiberi : Demosth. 50, § 6 (cf. 23 §. 104). Quod vero Kiesslingius apud Suidam s. v. μηλόβοτος χώρα verba quædam hujus orationis hyperidiæ servata existimat (p. 238 sq.), id cur probare non possem explicavi, cum de Lycurgi oratione contra Autoclem disputarem. Neque ullam veri speciem habet Hyperidem, etiamsi de Strombichidæ rebus mentionem injiceret, tam copiose de illis rebus dixisse, ut etiam deliberationem de excidio Athenarum commemoraret. Eodem equidem loco exposui Lycurgi orationem contra Autoclem mihi non videri exstitisse. Ac verba illa οὐ γὰρ ἂν Σόλων μὲν αὐτὸ παρέλιπεν, Αὐτοκλῆς δὲ εὕρετο ex hac Hyperidis oratione desumta esse comparatio fr. 59 probabile reddiderit, quanquam fatendum est obscurum esse, quomodo hæc causæ Autoclis conveniant, si qualis illa fuerit recte supra judicavimus. De actione προδοσίας exposuit Meier. lit. att. p. 341 sq. » Sauppius.

52.

Eubuli comici meminit Hyperides in or. contra Archestratidam.

53.

Ἱερά, mortuorum ossa, apud Hyperidem in or. contra Archestratidam.

54.

Hyperides in oratione contra Archestratidam : « qui ithyphallos in orchestra saltant. » Ithyphallos vocabant carmina quædam quæ ad erectum phallum cum tripudio canebantur, ut Lynceus in Epistolis ait.

55.

Πάραλος. Demosthenes Philippicis. Erat una triremium quas Athenienses in usus publicos peregre mittebant, sic dicta a Paralo heroe quodam. Πάραλοι autem vocabantur nautæ qui ea vehebantur. Qui ob ministerium illud quaternos obolos accipiebant, et maximam anni partem domi manebant aliisque commodis e publico fruebantur, ut Hyperides ait in or. contra Archestratidam. Meminit Parali herois etiam Phylarchus libro vicesimo primo.

56.

Xypetæones. Hyperides in or. contra Archestratidam. Pagus erat Cecropidis tribus Xypete, cujus paganus vocatur Xypetaeon, teste Diodoro.

57.

Ἐν παραβύστῳ, *clam, non palam*, Hyperides in or. contra Archestratidam.

58.

Stiriensis. Hyperides in or. contra Archestratidam. Stiria pagus est Pandionidis tribus.

59.

Gregorius Cor. ad Hermog. VII, p. 1148 Walz: Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Αὐτοκλέους εἰπών, ὅτι τοῦτον ἐπὶ λόγοις δεῖ κολάσαι, τίθησιν ὅμοιον, ὅτι « καὶ Σωκράτην οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ λόγοις ἐκόλαζον. »

60.

Bekker. Anecd. p. 96, 30: Ἐγκάθετος· Ὑπερείδης κατὰ Αὐτοκλέους. Phrynichus Epit. p. 333: Ἐγκάθετος· οὕτως Ὑπερίδης ἀπερριμμένως, δέον δοκιμώτερον χρήσασθαι τῷ θετὸς ἢ εἰσποίητος ἢ ὑπόβλητος.

61.

Harpocratio: Ἔργα νέων. Τοῦτο καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους Ἡσιόδου φησὶν εἶναι. Παροιμία τίς ἐστιν, ἣν ἀνέγραψε καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς οὕτως ἔχουσαν· » ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. » Apostolius Prov. IX, 6: Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. Τοῦτο Ὑπερείδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους Ἡσιόδου φησὶν εἶναι παροιμίαν, ἣν ἀνέγραψε καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός. Cf. Leutsch. ad Parœmiogr. I, p. 436.

62.

Harpocratio: Εὔηνος· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους. Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι· γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον, μέμνηται δὲ θατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων.

63.

Idem: Κατέλευσαν, λίθοις κατέβαλον· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους.

64.

Idem v. Κωλονέτας: Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν, ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Cf. fr.

65.

Idem: Μηλόβιος· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· ἔστι δὲ εἷς τῶν λ' τῶν παρ' Ἀθηναίοις τυραννησάντων.

Idem: Δρακοντίδης εἷς τῶν τριάκοντα. Ὑπερίδης.

66.

Idem: Ποδοστράβη· Ὑπερίδης ἔν τε τῷ κατ' Ἀθηνογένους καὶ ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους. Cf. fr.

67.

Lex. rhet. Cantabrig. p. 677, 16: Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Αὐτοκλέους προδοσίας· « ῥητορικῆς ἐκ δήμου. » Cf. Isæi fr. 60.

68.

Harpocratio: Στρατηγοί· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν χειροτονούμενοι στρατηγοὶ ι' ἦσαν, ὡς μαθεῖν ἔστιν ἔκ τε τῶν Ὑπερίδου κατ' Αὐτοκλέους καὶ ἐκ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας Ἀριστοτέλους.

69.

Galenus ad Hippocratis l. de officina medici vol. 18, 2, p. 657 Kühn.: Καὶ Αἰσχίνης δὲ κατὰ τούσδε ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Μιλτιάδῃ κατὰ τὸ αὐτὸ σημαινόμενον κέχρηται τῷ ὀνόματι (sc. γνώμη) καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους καὶ ἄλλοι ῥήτορές τε καὶ ἰατροὶ καὶ ποιηταί. Quæ antecedunt v. in Antiphont. fr. 97.

XII. ΠΡΟΣ ΔΑΜΙΠΠΟΝ.

70.

Harpocratio: Πρόσκλησις ἡ εἰς δικαστήριον κλῆσις, καὶ προσκαλέσασθαι τὸ παραγγέλλειν εἰς δίκην· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δάμιππον.

XI. CONTRA AUTOCLEM DE PRODITIONE.

59.

Hyperides in oratione contra Autoclem postquam dixerat hunc ob orationes suas puniendum esse, tanquam simile hoc posuit: « Socratem quoque majores nostri ob orationes punierunt. »

60.

Ἐγκάθετος, Hyperides in or. contra Autoclem dicit abjectius; decentius utendum erat verbo θετός vel εἰσποίητος vel ὑπόβλητος, *adoptivus, subditus.*

61.

Ἔργα νέων, *opera juniorum.* Hæc Hesiodi esse Hyperides ait in or. contra Autoclem. Proverbium est, quod enotavit etiam Aristophanes grammaticus ita habens: « opera juniorum, consilia mediorum, vota seniorum. »

62.

Euenus. Hyperides in or. contra Autoclem. Duos scriptores memorant Euenos elegiarum poetas cognomines, ut Eratosthenes tradit in Chronographiis, utrumque aiens esse Parium. Clarum vero esse nonnisi juniorem dicit. Sed Plato quoque utriusque meminit.

63.

Κατέλευσαν, lapidibus obruerunt, Hyperides in or. contra Autoclem.

64.

Erat etiam alter Colonus ad Neptuni fanum, teste Hyperide in or. contra Autoclem. Hic fuerit Colonus equitum.

65.

Melobius. Hyperides in or. contra Autoclem. Unus fuit e triginta qui tyrannide apud Athenienses potiti sunt.

Dracontides, unus e triginta viris, teste Hyperide.

66.

Ποδοστράβη. Hyperides in or. contra Athenogenem et in or. contra Autoclem.

67.

Hyperides in or. contra Autoclem de proditione: « contra oratores actio a populo. »

68.

Decem belli duces quotannis creabantur, ut discere licet ex Hyperidis oratione contra Autoclem et ex Aristotele de rep. Atheniensium.

69.

Apsines De art. rhet. t. IX, p. 545 Walz. et Gregorius Cor. ad Hermog. t. VII, p. 1226 W. : Ἔτι ἀναμιμνήσκειν ἔστιν ἐκ τῆς καλουμένης ἠθοποιίας. — Κέχρηται τούτῳ τῷ τόπῳ καὶ Ὑπερείδης ὑπὲρ Λυκούργου λέγων· « τίνα φήσουσιν οἱ παριόντες αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σωφρόνως, ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων εὗρε πόρους, ᾠκοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, νεώρια, τριήρεις ἐποιήσατο καὶ λιμένας· τοῦτον ἡ πόλις ἡμῶν ἠτίμωσε καὶ τοὺς παῖδας ἔδησεν αὐτοῦ. »

XXXIII. ΥΠΕΡ ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Lycophronem a Lycurgo εἰσαγγελίας actione postulatum esse vidimus supra p. 363, ubi quæ ad causam hanc proxime pertinent exposuimus. Hyperidiæ pro Lycophrone orationis præter fragmenta a grammaticis servata et particulas in Harrisiano papyro superstites totam partem posteriorem habemus in papyro Ardeniano. « Nunc quum prior pars intercepta sit, at caput tamen accusationis servatum habemus; de aliis criminibus, quorum reum egerat Lycurgus eundem Lycophronem, parum constat, nisi quod hoc dilucescit, consuetudinem illam cum muliere antea alii civi, post Charippo cuidam nupta fontem reliquorum delictorum fuisse. Nam nemo dubitabit, quin primarium argumentum accusationis præstent ea, ad quæ a se amolienda Lycophro fr. 155, § 2 transitum parat. Sed præter contumeliosam vim, quam Lycophro liberæ feminæ publice intulisse arguebatur quum ea ad secundum maritum deduceretur, Lycurgus cumulaverat plura a reo, homine, si accusatori fides est, facinoroso et perdito, probrose et nefarie commissa.... Tempus habitæ orationis aliqua ex parte colligitur ex commemoratione Dioxippi, qui Alexandrum in Asiam secutus in Indis sibi necem intulit an. 326. » Schneidewinus.

148

Pollux II, 152 : Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον χεῖρα ὠνόμασεν, εἰπών· « οὔτε γὰρ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι. » Suidas : Χεῖρα· τὸ χειρόγραφον. Ὑπερείδης. Cf. Bachm. Anecd. I, p. 414.

149.

Pollux VIII, 52 : Ὅτι δὲ ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν ἀζήμιος ἦν, Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονός φησιν. Καίτοι γε ὁ Θεόφραστος τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους χιλίας τ' ὀφλισκάνειν, εἰ τοῦ πέμπτου τῶν ψήφων μὴ μεταλάβοιεν, καὶ προσατιμοῦσθαι, τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας μὴ ἀτιμοῦσθαι μέν, ὀφλεῖν δὲ τὰς χιλίας· ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι. Cf. fr. 155 § 6.

150.

Idem IX, 156 : Βέλτιον δὲ ἐμπρησμὸς καὶ πυρκαϊά· ἐν μέντοι τῷ Ὑπερίδου ὑπὲρ Λυκόφρονος εὗρον γεγραμμένον· « ἢ νεωρίων προδοσίαν ἢ ἀρχείων ἐμπυρισμὸν ἢ κατάληψιν ἄκρας. » Καὶ οὕτως ἐγέγραπτο ἐν πλείοσι βιβλίοις. Bekk. An. p. 97, 12 : Ἐμπυρισμός· Ὑπερείδης ὑπὲρ Λυκόφρονος. Ad explendam Hyperidis sententiam supplendum videri πρότερον εἰσήγγελλον vel tale quid, censuit Meierus. Scilicet constat Hyperidem Lycurgo exprobrasse quod εἰσαγγελίας actione, nonnisi de gravissimis criminibus instituenda, usus sit in causa quæ ex lege ad thesmothetas ferenda erat. Phrynichus Epit. p. 335 Lobek : Ἐμπυρισμός· οὕτως Ὑπερείδης ἠμελημένως, δέον ἐμπρησμὸς λέγειν.

151.

Pollux IX, 137 : Νωθεία δὲ καὶ νωθρότης καὶ ἀμβλύτης, ὧν οὐκ ἔστι τὰ ῥήματα ὅτι μὴ παρ' Ὑπερίδῃ τὸ νωθρεύεσθαι ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος, ὅπερ ἔγωγε οὐ πάνυ ἐπαινῶ.

152. (Papyri Harrisiani Nr. IX.)

... τῇ κατηγορίᾳ χρῆσθαι, οὕτω καὶ ἐμὲ ἐᾶτε ὃν

XXXII. PRO LYCURGI LIBERIS.

147.

Hyperides pro Lycurgo : « Quemnam dicent prætereuntes ejus sepulcrum? Hic vixit moderate, ærarii administrationi præfectus invenit reditus, ædificavit theatrum, Odeum, navalia, trieres struxit et portus; hunc urbs nostra ignominia affecit et liberos eius vinxit. »

XXXIII. PRO LYCOPHRONE DEFENSIO.

148.

Hyperides in oratione pro Lycophrone id quod vulgo χειρόγραφον vocant χεῖρα vocavit in hisce : « Neque enim propriam manum negare potes. »

149.

Eum qui ad populum detulit aliquem neque convicit, pœna liberum abiisse Hyperides in oratione pro Lycophrone dicit. Quamquam Theophrastus ceterarum quidem caussarum actores mille drachmis et insuper infamia multari refert, si quintam suffragiorum partem non tulerint, eos autem qui εἰσαγγελίας actione aliquem detulerint, non infamia quidem notatos esse, sed mille drachmarum multæ condemnatos esse. Videtur hoc postea legi additum esse propter eos qui temere εἰσαγγελίας actione abutebantur.

150.

Dicere præstat ἐμπρησμός et πυρκαϊά. Quamquam apud Hyperidem in oratione pro Lycophrone scriptum inveni : « vel navalium proditionem vel tabulariorum publicorum ἐμπυρισμὸν (*incensionem*) vel arcis occupationem. » Et sic in compluribus libris scriptum est.

151.

A vocabulis νωθεία, νωθρότης, ἀμβλύτης non formantur verba, nisi quod apud Hyperidem in oratione pro Lycophrone exstat verbum νωθρεύεσθαι, quod ego quidem non magnopere probo.

152.

Quemadmodum adversariis concessistis ut ad libitum

τρόπον προῄρημαι καὶ ὡς ἂν δύνωμαι ἀπολογεῖσθαι· καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἀπαντάτω μοι μεταξὺ λέγοντι· « τί τοῦθ' ἡμῖν λέγεις »; μηδὲ προστίθετε τῇ κατ[η]γορίᾳ παρ' ὑμῶν αὐτῶν μηδέν, ἀλλὰ [μᾶ]λλον τῇ ἀπολογίᾳ ... ... εν ... ... χ ... ...

153. (Pap. Harr. Nr. XIII.)

... ... ὁ νόμος σ[υγ]κα[τηγο]ρεῖ[ν] μὲν τῷ βου-[λομ]ένῳ κατὰ τῶν [κριν]ομένων ἐξου[σίαν] δίδωσιν, ἀπολογεῖ|σθαι δὲ κωλύ[ει. ἵ]να δὲ μὴ π[ρ]ὸ τοῦ πράγματος πο[λλοὺ]ς λόγους ἀναλ[ίσκω], ἐπ' αὐτὴν τὴ[ν ἀπολογ]ίαν πορεύσομαι, τοῖς μὲν θεοῖς εὐξάμενος βοηθῆσαί μοι καὶ σῶσαι ἐκ [τοῦ] παρόντος ἀγῶνος, ὑμᾶς δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐκεῖνο πα[ρ]αι[τη]σάμενος πρῶ[το]ν....

θ

δ

κ

π

αυ

χρο

δίδωσι] διδωσισιν cod.; em. Babington; δίδωσι, συναπολογεῖσθαι Sauppius; δίδωσιν ἐᾶν δ' ἀπολογεῖσθαι Bœckhius; δίδωσιν, ἀνταπολογεῖσθαι Vœmelius. « In archetypo, ut opinor, supra δίδωσι positum erat σιν, quod scriba in verborum contextum intulit imprudens. Scilicet queritur Lycophro accusatori συγκατηγόρους adesse, sibi vel defensionem suam eripi, non modo auxilium amicorum. » *Schneidew.* — ἀπολογεῖσθαι δὲ κωλύει ἵνα]. In his syllabæ λογει et ει ἵ exstant in Harrisiano papyri fragmento XXVIII hinc divulso; supplevit Sauppius.

154. (Pap. Harr. Nr. XVII.)

... ... ὁ Εὔ[φημος] ... ... ῳ τὸν .... [ἤ]δε ἐτε[τελευτήκει ἐ]κεῖνος ... ... ος ὁ φλυ[αρ] ... ... ἐ. αὐτοῦ ... ... ο ἂν [τ]ου ... ... καὶ ἠξί ... ... [π]άλιν ... ... ὁ ε ... ... εν ... ... ε ... ... το ... ... [τὸν] [ἐγγυ] τάτω γένου[ς] [ἀπά]γειν τὸν Εὔφ[η]μον, ἀλλ' ἐᾶν· νῦν δὲ τοῦτο ποιήσαντες ἔργῳ μεμαρτυρήκασιν αὐτοί, ὡς ψευδής ἐστιν ἡ αἰτία κατ' ἐμοῦ. Πρὸς δὲ τούτοις πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ μέν τι ἔπαθεν τὸ παιδίον ἢ γιγνόμενον ἢ καὶ ὕστερον, ταύταις ταῖς διαθήκαις ἰσχυρίζεσθαι ἂν αὐτούς, ἐν αἷς ὁ ... τὸν Εὔφη[μον] ... ... ε ... κωλύει[τ] ε ... ... τον ... ... [ἔ]χοντα ... ... [μαρ]τυρίας α ... ... [ἐγγυ] τέρω [γένους] ... ... σκε ... ...

Rem de qua agitur ignoramus. Quæ Bœckhius et Sauppius excogitarunt, nimis in conjecturas retrusa sunt quam ut afferre ea sit operæ pretium.

155. (Papyrus Ardenianus.)

ντην	ου
ταερω	ρων
διατι	ε
ααυ	ων
αιου	ς
ημεν	ενος
υεις	ιως
ου	νη
ναι	ρες δι
ουν	υσιος
με	νφι
εως	το
ης	ος
ε	Ἀρί-

στωνος δὲ ἀνδ[ρά]ποδα εἶχεν ἐν το[ῖς] ἔργοις· καὶ ταῦ[τ]α α[ὐ]τὸς ὑμῖν ἐμαρτύ[ρη]σεν ἐπὶ τοῦ δικασ[τη]ρίου, ὅτ' ἦν τού[τ]ων ὁ ἀγὼν πρὸς [Ἀρχε]στρατίδην· τοιο[ῦτο] γάρ ἐστι τὸ Ἀρίστω[νος] τουτουὶ πρᾶγμα· [αὐ]τὸς προσκαλ[εῖ]τα[ι] μὲν περιὼν π[άν]τας ἀνθρώπους, τῶν δ' ὅσοι μὲν [ἂν] μὴ διδῶσιν αὐ[τῷ] ἀργύριον κρίν[ει καὶ] κατηγορεῖ, ὁπ[όσοι] δ' ἂν ἐθέλωσιν [ἀπο]τίνειν ἀφίησιν, [τὸ] δ' ἀργύριον Θεο[μνή]στῳ δίδωσιν· ἐκ[εῖ]νος δὲ λαμβάνω[ν] ἀνδράποδα ἀγοράζει καὶ παρέχει ὥσπερ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμὸν καὶ δίδωσι τούτῳ ὑπὲρ ἑκάστου τοῦ ἀνδραπόδου ὀβολὸν τῆς ἡμέρας, ὅπως ἂν ᾖ ἀθάνατος συκοφάντης.

2. Ἄξιον δ' ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί, κἀκεῖθεν

---

in accusatione agerent, sic mihi quoque reum quo placuerit modo et sicut potuerim defendere permittatis. Et ne quis vestrum inter dicendum occurrens mihi crepet : « Cur hoc tu nobis narras? » Neque accusationi de vestro penu aliquid addatis, sed defensioni potius...

153.

Haud enim lex accusatoribus quidem contra reos operam præstandi potestatem volenti cuique facit, defensionem vero prohibet. Sed ne ante rem multa verba expendam, ad ipsam defensionem accedam, deos precans ut auxilio mihi adsint et salvum me ex hoc certamine evadere velint, vos autem, judices, primum hoc rogans....

154.

... *non* in carcerem abducere proximum genere Euphemum, sed sinere liberum. Nunc vero quum hoc fecerint, re ipsi testati sunt ementitam esse contra me accusationem. Præterea quo pacto non sit absonum, si quid passus esset infans sive recens natus sive postea, hoc illos testamento nisuros fuisse, in quo...

155.

Aristonis vero servos in ergastulis habuit. Et hæc ipse vobis in judicio testatus est, quum de iis causa contra Archestratidam agebatur. Nimirum Aristonis negotium est hujusmodi : ipse circumiens obviis quibusque diem dicit, ex iisque qui pecuniam ipsi non dederint, in jus vocatos accusat, qui vero solverint, eos dimittit, acceptam autem pecuniam *Theomnesto* (*Theophrasto?*) dat; ille ea servos emit et sicut latronibus victum præbet, et huic (Aristoni) pro singulis servis quotidie obolum dat ut sempiternum sycophantam agat.

2. Operæ vero pretium est, judices, ex iis rem exami-

ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα ἀφ' ὧν ἐν [τ]ῷ δήμῳ τὸ πρῶτον αὐτοὶ εὐθὺς ᾐτιάσαντο· ἐμοὶ γὰρ [οἱ] οἰκεῖοι ἀπέστειλαν γράψα[ντ]ες τήν τε εἰσα[γ]γελίαν καὶ τὰς αἰτίας ἃς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ᾐτιάσαντό με, ὅτε τὴν εἰσαγγελί[αν] ἐδίδο[σα]ν· ἐν α[ἷς ἦ]ν γεγρα[μμ]ένον ὅτι Λυκο[ῦρ]γος λέγ[ει], φάσκω[ν ἐκ τῶ]ν [ο]ἰκ[είω]ν ἀκ[ηκοέ]ναι, ὡς ἐγὼ παρακολουθῶν, ὅτε Χάριππος ἐγάμει τὴν γυναῖκα, παρεκελευόμην αὐτῇ ὅπως μὴ πλησιάσῃ Χαρίππῳ, ἀλλὰ διαφυλάξει αὑτήν. (3) [Ἐ]γὼ [δ]ὲ ἃ καὶ πρὸς τοὺς ἐπιτηδείο[υς καὶ] πρὸς τοὺς ο[ἰκείους] τοὺς ἐμαυτ[οῦ τότε] ἥκων ἔλεγ[ον, κα]ὶ νῦν πρὸς ὑμ[ᾶς ἐ]ρῶ, ὅτι, εἰ ἐστὶν [ταῦτ]α ἀληθῆ, ὁμολ[ογ]ῶ καὶ τἆλλα πάν[τα πε]ποιηκέναι τὰ [ἐν τῇ] εἰσαγγελίᾳ γ[εγραμ]μένα· ὅτι δὲ [ταῦτ' οὐκ] ἔστιν, ῥᾴδιον [νομίζω] εἶναι ἅπασι [δηλῶσαι]. (4) Τίς γὰρ οὕτως [ἐστὶ] τῶν ἐν τῇ π[όλει] ἀλόγιστος ὅσ[τις ἂν] πιστεύσαι το[ιούτοις] λόγοις; Ἀνάγ[κη γάρ,] ὦ ἄνδρες δικ[ασταί], πρῶτον μὲν ὀρεωκόμον καὶ π[ρ]οηγητὴν ἀκολουθε[ῖν] τῷ ζεύγει, ὃ ἦγεν τὴν γυναῖκα, ἔπ[ε]ιτα δὲ παῖδας τοὺς προπέμποντας αὐτὴν ἀκολουθεῖν καὶ Διώξιππον· καὶ γὰρ οὗτος ἠκολούθει διὰ τὸ χήραν ἐκδίδοσθαι αὐτήν· εἶτ' ἐγὼ εἰς τοῦτο ἀπονοίας ἦλθον, ὥστε ἄλλων τε τοσούτων ἀνθρώπων συνακολουθούντων καὶ Διωξίππου καὶ Εὐφραίου τοῦ προσγυμναστοῦ αὐτοῦ, οἳ τῶν Ἑλλήνων ὁμολογουμένως ἰσχυρότατοί εἰσιν, οὐκ ᾐσχυνόμην το[ιο]ύτους λόγους λέγων περὶ γυναικὸς ἐλευθέρας πάντων ἀκουόντων, [οὐδ'] ἐδεδίειν μὴ πα[ραχρ]ῆμα ἀπόλωμαι [ἀπαγ]χόμενος; (5) Τίς [γὰρ] ἂν ἠνέσχετο [τοι]αῦτα περὶ τῆς αὑτοῦ ἀδελφ[ῆς ἀκού]ων οἷά με ο[ὗτοι αἰτι]ῶνται εἰρηκ[έναι καὶ οὐ]κ ἂν ἀπέ[κτεινε τὸν] λέγοντα; [Τὸ δὲ κεφ]άλαιον, ἀπ[ὸ τῶν αἰσχρῶν] καὶ μιαρῶ[ν τούτων ὧ]ν εἶπον εἰς [τοῦτο [ἀναισθησίας ὁ Χ[άριππ]ος, ὡς ἔοικεν, [ἦλθε]ν, ὥστε πρότ[ερον] μέν, ὥς φασίν, [τῆς γυν]αικὸς προλεγο[ύσης] ὅτι συνομωμο[κυῖα εἴ]η πρὸς ἐμέ, πά[λιν δ]ὲ ἀκούων ἐμο[ῦ παρα]κελευομένο[υ αὐτῇ], ὅπως ἐμμ[ένῃ ἐν] τοῖς ὅρκοις οἷ[ς ὤμο]σεν, ἐλάμβανεν γυναῖκα. Καὶ ταῦ[τα δο]κεῖ ἂν ὑμῖν Ἡρ[ακλῆς] ἐκεῖνος ὁ μαιν[ό]μενος ποιῆσαι [ἢ] Μαργίτης ὁ πάντ[ων] ἀβελτερώτατος;

6. [Ἀλ]λ' οἶμαι, ὦ ἄνδρε[ς δι]κασταί, πολλὰ πλεονεκτοῦσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν οἱ κατήγοροι τῶν φευγόντων· οἱ μὲν γὰρ διὰ τὸ ἀκίνδυνον αὐτοῖς εἶναι τὸν ἀγῶνα ῥᾳδίως ὅτι ἂν βούλωνται λέγουσι καὶ καταψεύδονται, οἱ δὲ κρινόμενοι διὰ τὸν φόβον πολλὰ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς εἰπεῖν ἐπιλανθάνονται· ἔπειτα οἱ μὲν ἐπειδὰν πρότεροι λόγον λάβωσιν, οὐ μόνον ἃ ἔχουσιν αὐτοὶ δίκαια περὶ τοῦ πράγματος λέγουσιν, ἀλλὰ συσκευάσαντες λοιδορίας ψευδεῖς κατὰ τῶν κρινομένων ἐξιστᾶσιν τῆς ἀπολογίας, ὥστε συμβαίνειν αὐτοῖς δυοῖν τὸ ἕτερον ἢ περὶ τῶν ἔξωθεν διαβολῶν ἀπο[λογου]μένοις τῆς [περὶ τοῦ] πράγματος ἀ[πολογία]ς ἀπολελ[εῖφθαι, ἢ εἰ] μὴ μέμνη[νται περὶ] τῶν προκ[ατηγορηθ]έντων, ο[ἴημα] καταλείπε[ιν παρ]ὰ τοῖς δικαστ[αῖς ὅτι] ἀληθῆ ἐστὶν τ[ὰ εἰρ]ημένα· (7) πρὸς δ[ὲ τού]τοις τούς τε μέ[λλοντα]ς βοηθεῖν π[ρὸς το]υτουσὶ προδιαβ[άλλ]ουσι καὶ αὐτοῦ τοῦ [κριν]ομένου τὴν [ἀπολ]ογίαν διαστρ[έφουσιν·] οἷον καὶ α[ὐτὸς] οὑτοσὶ ἐνεχει … … … υ ἐν τῇ κα[τηγορίᾳ] … … δ' ἀπολ … … … … σι τῶν α … … … τῶν ὑπε … … … … συναπολ … … … … νων δι … … … … μὴ ἀπο … … … Πότερ' οὖ[ν αἰσχρόν ἐ]στι τοῖς κρινομένοις τοὺς οἰκείους καὶ τοὺς φίλους βοηθεῖν ἢ ἐστίν τι τῶν ἐν τῇ πό-

---

nare quæ præcipua illis accusandi causa exstitit. Familiares literis me certiorem reddiderunt tum de delatione tum de criminibus quibus in delatione me criminarentur. Scriptum in iis erat Lycurgum contendere id quod e familiaribus se audiisse diceret, me scilicet, quum uxor a Charippo in pompa nuptiali duceretur, ad latus ejus euntem exhortatum esse mulierem ne rem cum Charippo haberet sed se servaret integram. (3) Ego autem, quod post reditum ad necessarios et amicos dicebam, etiam nunc ad vos dico; nimirum, si hæc vera sunt, non negabo cetera quoque in denuntiatione scripta me commisisse. At non ita rem habere facile omnibus demonstrari posse censeo. (4) Quis enim in hac urbe adeo absurdus est ut ejusmodi sermonibus fidem habeat? Nam necessarium erat, judices, ut primum mulio et pompæ dux pone bigas, quibus vehebatur mulier, incederent, deinde vero sequerentur deducentes eam pueri atque Dioxippus; nam hic quoque (sc. frater mulieris) comitabatur, quod viduam illam in matrimonium collocasset. Jam eo dementiæ ego processissem, ut tot hominibus comitantibus inter eosque Dioxippo (pancratiasta) ejusque in luctæ exercitiis socio Euphræo, viris inter Græcos communi omnium consensu robustissimis, non revererer talia de muliere ingenua facere verba, omnibus audientibus, nec metuerem ne strangulatus illico perirem? (5) Quis enim talia de sorore audire sustinuisset qualia hi dixisse me criminantur, nec interfecisset dicentem? Sed, quod maximum est, post dicta ista turpia et impura eo vecordiæ, ut videtur, Charippus devenit, ut, quamvis ante nuptias ipsa mulier, ut fertur, juramento se mihi obstrictam esse dixisset, deinde vero Charippus adhortantem me audiisset ut illa juratam mihi fidem servaret, nihilominus eam uxorem duceret. An hoc vobis videtur facturus fuisse Hercules insaniens aut Margites omnium ille stultissimus?

6. Ceterum existimo, judices, in his certaminibus multo meliorem accusantium conditionem esse quam reorum. Nam illi certamen periculo vacuum habentes facile quidquid voluerint et dicunt et mentiuntur, rei autem præ metu multa etiam eorum quæ antea meditati erant, obliviscuntur. Deinde illi, quum priores verba faciant, non solum quæ justa de re dicere habent proferunt, sed ementitas contumelias contra reos colligentes e defensione eos ejiciunt, adeo ut de duobus alterum accidat; aut enim, dum refellendis quæ ad caput accusationis nihil pertinent calumniis immorantur, ab ipsius criminis defensione excluduntur; aut, si adsciticias istas accusationes silentio prætereant, opinionem apud judices relinquunt recte eas prolatas esse. (7) Præterea et eos qui operam reis præstare volunt, antequam huc ascenderint, calumniis traducunt, et ipsius rei defensionem pervertunt. Quale ipse etiam *Lycurgus contra me moliebatur, quippe qui in accusatione dixit neque meam criminum defensionem audiendam esse, neque eorum qui in defensione mihi auxiliaturi essent, sermones admitti debere.* Utrum

λει τούτου δημοτικώτερον, τοῦ τοὺς δυναμένους εἰπεῖν τοῖς ἀδυνάτοις τῶν πολιτῶν κινδυνεύουσι βοηθεῖν; (8) Σὺ δὲ οὐ μόνον περὶ τῶν συνηγόρων τοὺς λόγους πεποίησαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν ἐμὴν διατάττεις καὶ παραγγέλλεις τοῖς δικασταῖς περὶ ὧν δεῖ αὐτοὺς (ἀκούειν) κελεύειν με ἀπολογεῖσθαι, καὶ περὶ ὧν μὴ ἐᾶν λέγειν· καὶ τοῦτο πῶς καλῶς ἔχει, σὲ μὲν ὅπως ἠβούλου τὴν κατηγορίαν ποιήσασθαι, προειδότα δὲ ἃ ἔχω ἐγὼ δίκαια λέγειν πρὸς τὰ παρὰ σοῦ ἐψευσμένα ὑφαιρεῖσθαί μου τὴν ἀπολογίαν; (9) Καὶ ἐμὲ μὲν αἰτιᾷ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ καταλύειν τὸν δῆμον παραβαίν[ον[τα] τοὺς νόμους, αὐ[τὸς] δ' ὑπερπηδήσ[ας π]άντας τοὺς ν[όμο]υς εἰσαγγελία[ν δέδ]ωκας ὑπὲρ ὧν [γρα]φαὶ πρὸς τοὺς θεσ[μο]θέτας ἐκ τῶν νό[μων] εἰσίν, ἵνα πρ[ῶτον] μὲν ἀκίνδ[υνος εἰσ[ίῃς εἰς τὸ[ν ἀγῶνα[, ἔπε[ι]τα ἐξ [... ... τραγ]ῳδίας γρ[... ... ... τὴ]ν εἰσαγγελ[ίαν ... ...] περ νῦν γέγρ[αφας, ἐν ᾗ] αἰτιᾷ ὅτι τ[αύτην τὴν γ]υνα[ῖκα] ... ... ἄγαμ[ον ἔνδον κα]ταγηρ[άσκειν] ... ... ας δε ... ... ς οὐ προσήκει παρὰ τοὺς νόμους. Οὔκουν ἄλλην μὲν οὐδεμίαν τῶν ἐν τῇ πόλει γυναῖκα ἔχεις εἰπεῖν, ᾗτινι ἐγὼ τούτων αἴτιος εἰμί, περὶ ἧς δὲ νῦν τὴν κατηγορίαν πεποίησαι, πότερα ᾤου προσήκειν συνοικεῖν ἐκδεδομένην Χαρίππῳ, ἑνὶ τῶν πολιτῶν, ἢ ἀνέκδοτον ἔνδον καταγηράσκειν, ἢ εὐθὺς ἐξεδόθη τάλαντον ἀργυρίου προσθέντος αὐτῇ Εὐφήμου, δῆλον ὅτι οὐ διὰ πονηρίαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν;

10. Τούτῳ μὲν οὖν ἔξεστιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ λέγειν ὅτι ἂν βούληται καὶ καταψεύδεσθαι, ὑμᾶς δ' οἶμαι δεῖν οὐκ ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου διαβολῶν περὶ ἐμοῦ δικάζειν, ἀλλ' ἐξ ἅπαντος τοῦ βίου ὃν βεβίωκα ἐξετάσαντας· λαθεῖν γὰρ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον οὐκ ἔνι οὔτε πονηρὸν ὄντα οὐδένα τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἐπιεικῆ, ἀλλ' ὁ παρεληλυθὼς χρόνος μάρτυς ἐστὶν ἑκάστῳ τοῦ τρόπου ἀκριβέστατος ἄλλως τε δὴ καὶ περὶ τούτων [τ]ῶν αἰτιῶν οἷα αὕτη [ἐστ]ίν· (11) ὅσα μὲν γὰρ [τῶ]ν ἀδικημάτων [ἐν] ἁπάσῃ τῇ ἡλικίᾳ [τ]οῦ ἀνθρώπου [ἐνδέ]χεται ἀδικη[θῆναι, ταῦ]τα μὲν δεῖ [κρίνειν] ἀπ' αὐτοῦ τοῦ [ἀδική]ματος οὗ ἂν [ἀδικῇ τις· μο]ιχεύειν [δ' οὐκ ἐνδέ]χεται ἀπὸ [πεντήκο]ντα ἐτῶν [ἀρξάμενον], ἀλλ' ἢ πά[λαι τις μοιχ]ός ἐστίν, ὃ δειξάτωσαν οὗτοι, ἢ ψευδῆ τὴν αἰτίαν εἰκὸς εἶναι. (12) Ἐγὼ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, μεθ' ὑμῶν διατρίβων ἐν τῇ πόλει τὸν ἅπαντα χρόνον οὔτε αἰτίαν πονηρὰν οὐδεμίαν πώποτ' ἔλαβον οὔτ' ἔγκλημά μοι πρὸς οὐδένα τῶν πολιτῶν γέγονεν, οὐδὲ πέφευγα δίκην οὐδεμίαν οὐδ' ἕτερον δεδίωχα, ἱπποτροφῶν δὲ διατετέλεκα φιλοτ[ί]μως τὸν ἅπαντα χρόνον παρὰ δύναμιν καὶ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ· ἐστεφάνωμαι δ' ὑπό τε τῶν ἱππέων πάντων ἀνδραγαθίας ἕνεκα καὶ ὑπὸ τῶν συναρχόντων· (13) ὑμεῖς γάρ με, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρῶτον μὲν φύλαρχον ἐχειροτονήσατε, ἔπειτα εἰς Λῆμνον ἵππαρχον, καὶ ἦρξα μὲν αὐτόθι δύ' ἔτη τῶν πώποθ' ἱππαρχηκότων μόνος, προσκατέμεινα δὲ αὐτόθι τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν οὐ βουλόμενος πολίτας ἄνδρας ἐπὶ κεφαλὴν εἰσπράττειν τὸν μισθὸν τοῖς ἱππεῦσιν ἀπόρως διακειμένους· καὶ ἐν τούτῳ μοι τῷ χρόνῳ ἔγκλημα μὲν οὐδεὶς τῶν ἐκεῖ ἐνεκάλεσεν οὔτε ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ, στεφάνοις δὲ τρισὶν ἐστεφανώθην ὑπὸ τοῦ δ[ήμ]ου τοῦ ἐν Ἡφαισ[τί]ᾳ καὶ ἑτέροις ὑ[πὸ] τοῦ ἐν Μυρίνῃ, ἃ [δ]ὴ τεκμήρια ὑμῖν

---

igitur turpe est auxiliari reis familiares et amicos, an inter urbis instituta magis aliquid populare est quam eloquentia valentes civibus dicendi imperitis in judiciorum periculis opitulari? (8) Tu vero non solum de patronis causæ verba fecisti, sed meam etiam defensionem disponis, præscribens judicibus de quibusnam illi defensionem me instituere jubere et de quibusnam me dicere non permittere debeant. At quo pacto pulcre habet te non modo pro lubitu accusationem adornare, sed præscientem quæ ego justa habeam commentis tuis opponenda, mihi etiam defensionem surripere? (9) Porro me in denuntiatione tua causaris evertere populum quod contra leges egerim, tu vero omnes leges transiluisti eo quod delatione contra me usus es de rebus quarum actiones ex legum præscripto ad thesmothetas pertinent; idque eo consilio fecisti ut sine periculo certamen inires, deinde vero ut liceret tibi tragœdias scribere talem scribendo delationis actionem qualem nunc scripsisti, in qua me incusas quod hanc mulierem *voluissem* innuptam intus senescere .... non decet contra leges. Jam tu aliam quidem in hac urbe mulierem, cui ego talium auctor fuerim, dicere habes nullam; de qua autem nunc accusationem instituisti, num credebas eam debere elocatam Charippo, civi nostro, cohabitare, an non elocatam intus senescere, quæ statim elocata est, quum argenti talentum ei pro dote dedisset Euphemus, non pravo scilicet aliquo consilio ductus, sed probitate?

10. Huic igitur licet, judices, et dicere quidquid voluerit et mentiri; vos autem, opinor, decet non ex accusatoris calumniis de me judicare sed totam quam hucusque exegi vitam examinantes. Fieri enim nequit ut ullus civis probus aut improbus multitudinem vestram lateat, sed præteritum tempus unicuique morum suorum testis est certissimus, præsertim si de ejusmodi crimine agitur quale mihi nunc attribuitur. (11) Nam quæ in quavis hominis ætate crimina committi possunt, in his ab ipso delicto quod aliquis deliquisse dicitur, judicium repeti debet; mœchari autem nemo quinquagesimo demum vitæ anno incipit, sed aut jam olim mœchus erat (quod hi demonstranto), aut falso eum incusari consentaneum est. (12) Jam vero ego, judices, per totum tempus quo vobiscum in urbe egi, nullius unquam criminis actionem neque subii neque contra civium quempiam institui, neque reus unquam neque accusator fui, sed per omne illud tempus unice equis alendis summo studio operam dedi ultra quam rei familiaris copia permitteret, atque corona, utpote vir bonus, ab equitibus universis meisque in magistratu gerendo collegis honoratus sum. (13) Vos enim, judices, suffragiis vestris primo phylarchum me constituistis, deinde hipparchum in Lemnum insulam misistis, ubi ex omnibus qui unquam hipparchi fuerunt, solus ego per biennium munere hoc functus sum, atque tertiam insuper in insula annum remansi, quum nollem præcipitanter mercedem equitibus debitam a civibus exigi qui tunc laborabant inopia. Et per illud tempus nemo ibi crimini aliquid mihi dedit neque privatim neque publice, sed tribus coro-

ἐ[στὶ]ν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, ὡς ψευδεῖς κατ' ἐμοῦ αἱ αἰτίαι εἰσίν: οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν Ἀθήνησι πονηρὸν ἐν Λήμνῳ χρηστὸν εἶναι, οὐδ' ὑμεῖς ὡς τοιοῦτον ὄντα με ἀπεστέλλετε ἐκεῖσε παρακατατιθέμενοι δύο πόλεις τῶν ὑμετέρων αὐτῶν.

14. Ὅσα μὲν οὖν ἐγὼ εἶχον, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰπεῖν, σχεδὸν ἀκηκόατε· ἐπ[ει]δὴ δὲ ὁ κατήγορ[ο]ς οὐκ ἀπείρως ἔχων τοῦ λέγειν, εἰωθὼς δὲ πολλάκις ἀγωνίζεσθαι, ἐκάλει συνηγόρους τοὺς συνα-πολοῦντάς τινα τῶν πολιτῶν ἀδίκως, δέομαι ὑμῶν καὶ ἐγὼ καὶ ἀντιβολῶ κελεῦσαι κἀμὲ καλέσαι τοὺς συνε-ροῦντας ἐμοὶ ὑπὲρ τηλικούτου ἀγῶνος καὶ ἀκοῦσαι εὐ-νοϊκῶς, εἴ τίς μοι ἔχει τῶν οἰκείων ἢ τῶν φίλων βοη-θῆσαι πολίτῃ μὲν ὄντι ὑμετέρῳ ἰδιώτῃ δὲ καὶ οὐκ εἰω-θότι λέγειν, ἀγωνιζομένῳ δὲ καὶ κινδυνεύοντι οὐ μόνον περὶ θανάτου, ἐλάχιστον γὰρ τοῦτό ἐστιν τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ἐξορισθῆναι καὶ ἀποθανόντα μηδὲ ἐν τῇ πατρίδι ταφῆναι. Ἐὰν οὖν κελεύητε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καλῶ τινὰ βοηθήσοντα. Ἀνάβηθί μοι, Θεόφιλε, καὶ σύνειπε ὅ τι ἔχεις· κελεύουσιν οἱ δικασταί.

155. § 1. Ἀρίστωνος] « Hoc tantum colligi potest Aristonem quendam et Theomnestum ita pepigisse inter se, ut alter malis artibus pecuniam extorqueret de hominibus, quos ille metu delationum terreret; alter servos coemeret illa pecunia, quos ita mercenarios locabat, ut ad architectum fraudis aliquid turpis mercedulæ rediret. » *Schneidewin.* — Ἀρχεστρατίδης] debemus Babingtoni. Hyperidis contra Archestratidam orationem exstitisse vidimus supra. — Θεομνήστῳ] sic Schneidew.; Θεοκτίστῳ Babington. — ἐπισιτισμὸν παρέχειν Theomnestus dici videtur non servis a se emtis, sed ei qui corrogabat pecuniam, Aristoni. Nempe prædones tum ita videntur tenuisse, ut ἐπισιτισμὸν in dies acciperent ab iis quorum in servitutem homines a se captos tradidissent. Ita Theomnestus, si quid video, Aristoni quotidie præbebat obolum in singulos servos, ut οἱ ἀνδραποδισταὶ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμόν. *Schneidew.* — § 2 Πλησιάσει scripsit Schn. — § 5. μιαρῶν] Schn,; μικρω codex; τὸ δὲ κεφάλαιον, ἃ περὶ τούτων καὶ μικρῷ πρότερον εἶπον· εἰς τοῦτο ... γυναῖκα; conj. Kayserus. V. Philolog. tom. VIII, p. 353. — § 6. πρότεροι] Patakis; πρότερον codex.

XXXIV. ΠΡΟΣ ΛΥΣΙΔΗΜΟΝ.

156.

Pollux VII, 149 : Αὐτὸ δὲ τὸ καρποῦσθαι καὶ καρπίσασθαι Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Λυσίδημον.

XXXV. ΚΑΤΑ ΜΑΝΤΙΘΕΟΥ ΑΙΚΙΑΣ.

157.

Athenæus VI, p. 266, F : Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Ὑπερείδης γοῦν ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου αἰκίας φησίν· « Ἔθεσαν οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δούλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. » Cf. Lycurgi frg. 72.

158.

Idem XIII, p. 586, B : Ὁ δ' αὐτὸς Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου αἰκίας περὶ Γλυκέρας τάδε λέγει· « ἄγων Γλυκέραν τε τὴν Θαλασσίδος, ζεῦγος ἔχων. » Ἄδηλον εἰ αὕτη ἐστὶν ἡ Ἁρπάλῳ συνοῦσα.

159.

Harpocratio : Ἀκμάζεις ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν νέων πράττεις Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητήν, εἰ γνήσιος. Cf. Bekker. Anecd. p. 365, 9.

---

nis me honorarunt Hephæstiæ incolæ aliisque Myrinæi. Quæ quidem in hoc certamine argumento vobis sunt falsas contra me accusationes proferri; nam fieri nequit Athenis pravum in Lemno probum esse, nec me talem esse censentes illuc legavistis duasque urbium vestrarum mihi commisistis.

14. Jam quæ ego, judices, pro me dicenda habebam, ea fere audivistis. Quoniam autem accusator, vir dicendi non imperitus, sed in judiciis contendere solitus, ad perdendum me civem vestrum, socios sibi arcessivit, ego quoque vos precor et obtestor ut me quoque advocare in tanto certamine pro me verba facturos jubeatis, ac benevole audiatis si quis necessariorum vel amicorum mihi auxiliari possit, qui civis sane vester sum, sed a fori usu alienus, in hoc autem certamine periclitans non solum capitis damnari (id enim minimum est viris cordatis), sed exilio plecti, et mortuum ne sepeliri quidem in patria. Quodsi igitur jubeatis, judices, advoco auxiliaturum. — Huc mihi adscende, Theophile, et dic quæ pro me dicenda habes; nam jubent judices.

XXXIV. ADVERSUS LYSIDEMUM.

156.

Καρπίσασθαι pro καρποῦσθαι dixit Hyperides in or. adversus Lysidemum.

XXXV. CONTRA MANTITHEUM, DE VERBERIBUS.

157.

Athenienses, servilis etiam sortis rationem habentes, legem sciverunt, ut etiam de injuria quæ servis esset illata, daretur actio. Itaque Hyperides orator in orat. contra Mantitheum injuriarum, ait : « Lege sanxerunt, ut non modo pro liberis hominibus, verum etiam si quis in servi corpus injuriam aut contumeliam admisisset, actio daretur contra eum qui injuriam fecisset. »

158.

Idem Hyperides in orat. contra Mantitheum injuriarum reum, de Glycera hæc dicit : « Glyceram Thalassidis filiam secum curru vehens » Haud liquet an hæc ea sit quæ cum Harpalo consuetudinem habuit.

159.

Ἀκμάζεις, Flores ætate, i. e. Juvenilia facis. Hyperides

160.

Idem : Ποσειδεών· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου. Ὁ ς' μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται.

161.

Idem : Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου ἀντὶ τοῦ σκευωρούμενον καὶ κατασκευάζοντα καὶ πλαττόμενον.

XXXVI. ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ.

162.

Vit. X oratt. p. 850, A : Γραψάμενος δὲ καὶ τὴν Φωκίωνος δωρεάν, ἣν εἶπε Μειδίας Μειδίου Ἀναγυράσιος ἐπὶ Ξενίου ἄρχοντος, Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, ἡττήθη. De Midiis patre et filio v. Bœckh. *Das Seewesen* p. 243.

XXXVII. ΥΠΕΡ ΜΙΚΚΑΣ.

162 a.

Pollux VII, 191 et X, 39 : Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Μίκκας ἔφη· « ἐμισθώσατο τυλυφάντας. » In his Μίκκας Kiessling. p. 214; μήκας cod. A, Μίκας ceteri. Μηχάλου ante Bekkerum. Cf. Fritzsch. ad Arist. Thesmoph. 767.

XXXVIII. ΥΠΕΡ ΞΕΝΙΠΠΟΥ.

163.

Harpocratio : Μεταγειτνιών· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενίππου. Ὁ β' μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται, ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν, ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν.

XXXIX. ΥΠΕΡ ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ ΛΟΓΟΙ Β.

164.

Idem : Κεραμεῖς· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου α'· δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος Κεραμεῖς, ὥς φησι Διόδωρος. Φησὶ δὲ Φιλόχορος ἐν γ' εἰληφέναι τούτους τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης καὶ τοῦ θύειν Κεράμῳ τινὶ ἥρωϊ.

165.

Idem : Μουνυχιών· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου. Ὁ ι' μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται, ἐν δὲ τούτῳ τῷ μηνὶ Ἀρτέμιδι θύεται Μουνυχίᾳ.

166.

Idem : Τυρμεῖδαι· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου. Δῆμος τῆς Οἰνηΐδος οἱ Τυρμεῖδαι, ὥς φησι Διόδωρος.

167.

Idem : Ὑσιαί· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου. Ὑσιαί τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ.

XL. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΡΙΩΝ.

168.

Antiatticista in Bekk. An. p. 79, 12 : Ἀψιμαχεῖν· Ὑπερείδης ἐν τῷ περὶ τῶν ὁρίων· « καὶ ἀψίμαχον γερόντιον ».

XLI. ΠΕΡΙ ΟΧΕΤΟΥ.

169.

Pollux X, 30 : Ὀχετόκρανα δ' ἂν εἴποις τὰς τῶν ὀχετῶν ἀρχάς, ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ ὀχετοῦ.

XLII. ΠΡΟΣ ΠΑΓΚΑΛΟΝ.

170.

Harpocratio . Μαστῆρες· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Πάγκαλον. Ἔοικεν ἀρχή τις εἶναι ἀποδεδειγμένη ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, ὡς οἱ ζητηταὶ καὶ οἱ ἐν

---

contra Mantitheum et Lysias ad Nicarchum tibicinem, si modo genuina oratio.

160-161.

Ποσειδεών. Hyperides in or. contra Mantitheum. Sic apud Atticos vocatur mensis ordine sextus. — Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα Hyperides in or. contra Mantitheum dixit, eum qui rem dolose suscipit, fabricat et fingit.

XXXVI. CONTRA MIDIAM.

162.

Hyperides postquam sententiam de donando Phocione a Midia Midiæ filio Anagyrasio latam impugnaverat, succubuit : actum hoc archonte Xenio (archon est pseudeponymus) Gamelionis mensis die quarta et vigesima.

XXXVII. PRO MICCA.

162 a.

Hyperides in orat. pro Micca dicit : « Conducebat lectulorum contextores. »

XXXVIII. PRO XENIPPO.

163.

Μεταγειτνιών. Hyperides in orat. pro Xenippo. Secundus Atheniensium mensis ita dictus, quo Apollini Μεταγειτνίῳ sacrificant, ut tradit Lysimachides in opere de mensibus Atticis.

XXXIX. PRO XENOPHILO ORATIONES DUÆ.

164.

Κεραμεῖς. Hyperides in orat. prima pro Xenophilo. Keramîs est populus Acamantidis tribus, teste Diodoro. Philochorus in libro tertio dicit, eos nomen cepisse ab arte figulina, et quod illis sacra fiant Ceramo cuidam heroi.

165.

Μουνυχιών. Apud Hyperidem in orat. pro Xenophilo. Decimus Atheniensium mensis ita dictus, quo sacra fiebant Dianæ Munychiæ.

166.

Τυρμεῖδαι, Hyperides in or. pro Xenophilo. Τυρμεῖδαι populus Œneidis tribus, teste Diodoro.

167.

Ὑσιαί, apud Hyperidem in ea pro Xenophilo. Hysiæ civitas Bœotiæ, cujus meminit etiam Euripides in Antiopa.

XL. DE FUNIBUS.

168.

Ἀψίμαχον γερόντιον dixit Hyperides in oratione de finibus.

XLI. DE AQUÆDUCTU.

169.

Ὀχετόκρανα dixeris orificium aquæductus vel canalis ut Hyperides in or. de aquæductu.

XLII. ADVERSUS PANCALUM.

170.

Μαστῆρες. Hyperides in orat. contra Pancalum. Magistratus esse videtur, ut in populi res publicas inquireret

Πελλήνῃ μάστροι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πελληνέων πολιτείᾳ.

XLIII. ΚΑΤΑ ΠΑΣΙΚΛΕΟΥΣ.

« De permutatione bonorum actum esse in altera oratione Pollucis testimonium exstat, alteram ad eandem causam pertinuisse ea quæ supersunt luculenter docent. Etiam hoc patet de trierarchia præstanda certamen fuisse : cf. Demosth. or. 42; Platner. de lit. et action. Ath. 2 p. 108 sqq. Sed utrum Pasicles permutationem ipse obtulerit, an oblatam detrectaverit, non liquet. Nam si Pasicles obtulerat, adversarius et πρὸς Πασικλέα se defendere potuit atque docere, bona sua non majora esse Pasiclis (sic Isocrates πρὸς Λυσίμαχον περὶ ἀντιδόσεως orationem scripsit et Aphareum πρὸς Μεγακλείδην περὶ ἀντιδόσεως dixisse vidimus), et κατὰ Πασικλέους actionem fraudis vel doli mali instituere. Sin vero Pasicli permutatio oblata erat, adversarius pariter et πρὸς Πασικλέα in judicio dicere potuit, ut Pasiclem potius quam se in trecentorum numerum referendum esse doceret, et κατὰ Πασικλέους, doli mali actione ei intenta. Verisimilius vero videtur esse, Pasicli permutationem bonorum oblatam fuisse, cum si aliter statueris vix intelligi possit, quomodo in oratione de fraude Pasiclis permutationem offerentis verba illa de Phormionis artibus (frg. 171.) locum habuerint. Quodsi Pasicli oblata est permutatio, hoc fortasse ita explicandum est, ut Phormio et Pasicles cognati fuerint et alter alterius bona vel communione quadam prætenta vel alio modo parva esse ostendere studuerint. Hoc certum videtur esse, duas orationes fuisse, πρὸς Πασικλέα et κατὰ Πασικλέους : nam temerarium foret credere orationem quæ esset πρὸς Πασικλέα toties per errorem κατὰ Πασικλέους dictam esse. » SAUPPIUS.

171.

Harpocratio v. συμμορία : Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν, πῶς ὁ μὲν Δημοσθένης φησὶν ξ' ἄνδρας ἔχειν τὴν συμμορίαν, ὁ δὲ Ὑπερίδης ιε'· ἐν γὰρ τῷ κατὰ Πασικλέους λέγει τὴν αἰτίαν, γράφων ταυτί· « ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν εἶχον οὗτοι· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατεῖδε Δημοσθένης καὶ νόμον ἔθηκε τοὺς τ' τριηραρχεῖν καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν αἱ τριηραρχίαι, νῦν ὁ Φορμίων αὑτὸν ἐκκλέπτει. » Cf. fr. 184; schol. Demosth. or. 14 § 17; Etymol. magn. p. 734, 32; Philemon. lex. technol. p. 142 Osanni.

172.

Priscianus XVIII, 24, p. 194 Kr. : *Illi* ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι τῇ πόλει. Hyperides ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους· ***. *Pro hoc Latini dicunt, dignus est odio esse urbi, et, dignus qui sit odio urbi.*

173.

Harpocratio : Ἔνδεια. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους « ἐὰν δέ τις ἔνδεια γένηται, » ἤγουν ἐὰν δέ τις ἐνδεήσῃ τοῦ προϋπάρχοντος ἀργυρίου.

XLIV. ΠΡΟΣ ΠΑΣΙΚΛΕΑ ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ.

174.

Pollux IX, 36 : Ταῦτα (*vicos*) δὲ καὶ ἄμφοδα ἔστιν εὑρεῖν κεκλημένα οὐ παρ' Ἀριστοφάνει μόνον, ... ἀλλὰ καὶ παρ' Ὑπερίδῃ ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Πασικλέα· « τὴν οἰκίαν τὴν μεγάλην τὴν Χαβρίου καλουμένην καὶ τὸ ἄμφοδον. »

XLV. ΚΑΤΑ ΠΑΤΡΟΚΛΕΟΥΣ ΠΡΟΑΓΩΓΕΙΑΣ,

εἰ γνήσιος.

175.

Athenæus XIII, p. 566, F : Ὑπερείδης δ' ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον.

176.

Pollux IV, 122 : Ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα

---

designatus, perinde ac ζητηταί et μάστροι Pellenes, auctore Aristotele in rep. Pelleniorum.

XLIII. CONTRA PASICLEM.

171.

Ne mirum videatur, Demosthenem symmoriæ tribuere viros sexagenos, Hyperidem quindenos : nam in orat. adv. Pasiclem hujusce rei caussam affert his verbis : « Quamdiu locupletissimi quique rempublicam fraudantes quini vel seni trierarchiæ munere fungebantur, mediocri sumtu, illi quieverunt; postquam vero Demosthenes hæc animadvertit, et leges tulit ut trecenti triremes instruerent, et trierarchiæ sumptuosæ evaserunt, Phormio se subduxit. »

173.

Ἔνδεια Hyperides in or. contra Pasiclem : « Si quædam penuria obveniat i e. si quem oristinæ deficiant pecuniæ »

XLIV. ADVERSUS PASICLEM DE PERMUTATIONE BONORUM.

174.

Hyperides in or. de bonorum permutatione adversus Pasiclem dicit : « Domum magnam, Chabrii dictam, et bivium.

XLV. CONTRA PATROCLEM DE LENOCINIO,

si genuina oratio.

175.

Hyperides in orat. contra Patroclem, si modo genuina est, ait : « Areopagitas, si quis in caupona pransus esset, hunc vetasse in Areopagum ascendere. »

176.

Hyperides in or. contra Patroclem dicit : « Novem principes epulabantur in stoa, partem ejus aulæo occludentes. »

αὐλαίαν καλεῖν, Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους· « οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ, περιφραξάμενοί τι μέρος αὐτῆς αὐλαίᾳ. »

Cosmas Indopleustes p. 197, E ed. Montef.: Ἔτι αὐλαίας καλεῖ τὰς κορτίνας. Οὕτως δὲ καλοῦσιν αὐτὰς καὶ οἱ ἔξωθεν Ἀττικοί, λέγοντες αὐλαίαν τὸ μέγα καὶ ποικίλον παραπέτασμα. Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους λόγῳ· « οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ, φραξάμενοί τι μέρος αὐτῆς αὐλαίᾳ. »

Bekk. An. p. 463, 14 et 83, 7: Αὐλαία· τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Cf. Suidas.

177.

Pollux III, 27: Τοῦτον δὲ (sc. vitricum) Ὑπερίδης Πατροκλέους ἐπὶ προαγωγείᾳ κατηγορῶν μητρυιὸν κέκληκε, καὶ Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐν Εἰρήνῃ.

178.

Harpocratio: Νάννιον· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Αἶγα λέγεσθαί φησι ταύτην τὴν ἑταίραν διὰ τὸ Θάλλον τὸν κάπηλον καταφαγεῖν· ὅτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, καὶ Σοφοκλῆς Ποιμέσιν ... Ἔστι δὲ αὐτῆς μνήμη καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Ἀντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν τὴν Νάννιόν φησι Προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι.

Athenæus XIII, p. 587, A: Νανvίου δὲ Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους.

179.

Harpocratio: Νεμέας Χαράδρα. Αἰσχίνης περὶ τῆς πρεσβείας. Οὕτω τόπος τις ἐκαλεῖτο ἐν Πελοποννήσῳ· « πλησίον τῆς Νεμέας χαράδρας » Ἔφορος ἐν κγ'. Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀκροπόλεως παρατίθεται ψήφισμα καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλῃ ἢ ἀπελευθέρᾳ ἢ πόρνῃ ἢ αὐλητρίδι· ἄξιον οὖν ἀπορῆσαι πῶς οὕτως ὠνομάζετο ἡ αὐλητρίς.

Athenæus XIII, p. 587, C: Καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους.

180.

Harpocratio: Πάνδημος Ἀφροδίτη· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν πάνδημόν φησιν Ἀθήνησι κληθῆναι τὴν ἀφιδρυθεῖσαν περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἃς ἐκάλουν ἀγοράς. Νίκανδρος ἐν ς' Κολοφωνιακῶν Σόλωνά φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ ἐπὶ στέγης στῆσαι διὰ τοὺς νέους, καὶ ἐκ τῶν περιγενομένων χρημάτων ἱδρύσασθαι Ἀφροδίτης πανδήμου ἱερόν. Ἔστι δὲ πάνδημον πάγκοινον.

181.

Harpocratio v. παράβυστον p. 146, 6: Ἐκαλεῖτο δέ τις ἐν τοῖς νυμφικοῖς δωματίοις καὶ κλίνη παράβυστος, ἧς μέμνηται Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. (Cf. Antiphont. fr. 43.) Pollux III, 43: Καὶ δὴ καὶ κλίνη τις ὠνομάζετο γαμική, καὶ ἑτέρα παράβυστος, ἣ καὶ αὐτὴ στρώννυται ἐν τῷ δωματίῳ « ὑπὲρ τοῦ τὴν παῖδα μὴ ἀθυμῆσαι, » ὡς Ὑπερίδης ἔφη.

182.

Harpocratio: Φορβαντεῖον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Ὅτι τὸ Ἀθήνησιν Φορβαντεῖον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος βασιλεύσαντος Κουρήτων καὶ ὑπ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος, δεδήλωκεν Ἄνδρων

177.

Hyperides in or. qua Patroclem lenocinii incusat et Theopompus comicus in Pace vitricum μητρυιόν vocant.

178.

Nannium. **Hyperides in or. contra Patroclem, si ei tribuenda est. Apollodorus libro De Scortis hanc meretricem Αἶγα, *capram*, dictam fuisse memorat, quod Thalli cauponis bona absumsisset. Scilicet capræ θαλλῷ sive termitibus oleæ delectantur, ut vel Sophocles in Pastoribus ait... Nannii in comœdia quoque mentio fit. Antiphanes vero junior in opere De meretricibus, Nannium scribit Proscenium cognominari, quod extrinsecus tantum formosa esse videretur.**

179.

Νεμέας Χαράδρα. Æschines De falsa legatione (§ 168). Est locus in Peloponneso: « Nemeæ fossæ vicinus, » ait Ephorus, libro XXIII. Nemeæ (*Nemeadis*) tibicinæ meminit Hyperides in orat. contra Patroclem, si tamen ea legitima sit. Polemon vero in his quæ de Athenarum arce scripserat, exponit decretum, quo cavebatur Athenis, ne serva, libertina, meretrix vel tibicina nomen festi quinquennalis ferret. Recte igitur quæras qui hæc tibicina Nemea dicta fuerit. — Nemeadis tibicinæ Hyperides meminit in orat. adv. Patroclem.

180.

Πάνδημος Ἀφροδίτη, *Venus vulgivaga*. Hyperides orat. contra Patroclem, si modo genuina. Apollodorus in opere De diis Πάνδημον ait appellatam Athenis, quæ dedicata erat ad forum vetus, quod hic olim populus omnis ad conciones, quas fora vocabant, conveniret. Nicander in sexto Colophoniacorum auctor est, Solonem ob juvenum libidinem servas egregiæ formæ emptas in cella prostituisse, ac de pecuniis residuis Pandemi Veneris fanum dedicasse. Est vero πάνδημον omnibus commune.

181.

Erat etiam lectus quidam in domo nuptiali παράβυστος appellatus, cujus mentionem facit Hyperides orat. contra Patroclem.

Quidam lectus vocabatur nuptialis, alius vero παράβυστος, qui et ipse in thalamo sternitur, ne puella animum despondeat, ut Hyperides inquit.

182.

Φορβαντεῖον. Hyperides in orat. contra Patroclem. Phorbanteum Athenis nuncupatum de Phorbante Curetum rege

ἐν η' τῶν Συγγενειῶν. Ἦν δὲ Ποσειδῶνος υἱὸς ὁ Φόρβας, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν α' Ἀτθίδος. Cf. Etymol. M. p. 798, 25.

XLVI. ΠΛΑΤΑΙΚΟΣ.

185.

Plutarchus Mor. p. 350, B : Ἆρ' οὖν ἄξιον προκρῖναι τὸν Ὑπερείδου Πλαταϊκὸν τῆς Ἀριστείδου στρατηγίας καὶ νίκης; « Valckenarii conjecturam Δηλιακὸν scribi jubentis, probatam illam ab Ruhnkenio (hist. crit. p. 70), ferri non posse A. Bœckhius monuit in Actis soc. liter. berol. a. 1834 p. 19. » *Sauppius*, qui στρατηγίας καὶ νίκης scripsit pro eo quod vulgo legitur παραγγελίας νίκης.

XLVII. ΚΑΤΑ ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑΓΡΑΜΜΑΤΟΣ.

Tres orationes κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν et πρὸς Πολύευκτον primus recte distinxit Bœckhius de reb. nav. p. 177. De oratione pro Euxenippo adversus Polyeuctum Cydantidam habitam vidimus supra p. 375. Reliquæ duæ quominus ad eundem Polyeuctum referantur nihil videtur prohibere.

184.

Harpocratio : Συμμορία· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου α'. Οὐχ ἅπαν τὸ πλῆθος, ὥσπερ παρ' ἡμῖν, διῄρητο εἰς τὰς συμμορίας Ἀθήνησιν, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι. Ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν φησί, περὶ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων ἀνδρῶν λέγων τῶν πλουσιωτάτων, « ἐκ τούτων τοίνυν οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας κ', ὥσπερ νῦν εἰσί, σώματα ξ' ἑκάστην ἔχουσαν. » Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτόν φησιν· « εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ συμμορίᾳ ἑκάστῃ ιε' ἄνδρες. » Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν πῶς ὁ μὲν Δημοσθένης φησὶ ξ' ἄνδρας ἔχειν τὴν συμμορίαν, ὁ δὲ Ὑπερίδης ιε'· ἐν γὰρ τῷ κατὰ Πασικλέους λέγει τὴν αἰτίαν, γράφων ταυτί· « ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν εἶχον οὗτοι· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατεῖδε Δημοσθένης καὶ νόμον ἔθηκε τοὺς τ' τριηραρχεῖν καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν αἱ τριηραρχίαι, νῦν ὁ Φορμίων αὑτὸν ἐκκλέπτει. » Ὅτι δὲ καὶ οἱ δημοποίητοι ἐνεγράφοντο εἰς τὰς συμμορίας, δεδήλωκεν ὁ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου πολλάκις. Συμμορῖται δέ εἰσιν οἱ τῆς αὐτῆς μετέχοντες συμμορίας, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ Ὑπερίδης δείκνυσι. Διῃρέθησαν δὲ πρῶτον Ἀθηναῖοι κατὰ συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῇ ε' Ἀτθίδος. Cf. schol. Demosth. or. 14 § 17; Etymol. Magn. p. 734, 32.

185.

Idem : Ἡγεμὼν συμμορίας· Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Ἡγεμὼν ἐκαλεῖτο συμμορίας ὁ προέχων τῷ πλούτῳ καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἡγεμονεύειν ἐπειλημμένος, ὡς ὑποφαίνει Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου.

186.

Pollux III, 53 : Τοὺς δὲ ἄρχοντας τῶν συμμοριτῶν καὶ συμμοριάρχας Ὑπερίδης εἴρηκεν.

187.

Idem VIII, 144 : Καὶ συμμορία καὶ τὸ παρ' Ὑπερίδῃ « μετοικικῆς συμμορίας ταμίας. »

188.

Harpocratio : Ἀγοράς. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ

---

ab Erechtheo interfecto, ut Andron refert libro octavo Cognationum. Fuit autem Phorbas Neptuni filius, ut Hellanicus testatur in primo Atthidis.

XLVI. PLATAICA ORATIO.

183.

Ergone dignum est Plataicam Hyperidis orationem præferre victoriæ quam Aristidis ars imperatoria reportavit?

XLVII. CONTRA POLYEUCTUM.

184.

Συμμορία, *classis*, Demosthenes in prima oratione contra Aphobum (or. 27 § 7). Non universus populus, ut apud nos, Athenis in symmorias distribuebatur, sed divites solum, et qui conferre civitati pecunias possent. Certe Demosthenes in oratione de symmoriis (or. 14 § 17) quo loco de mille et ducentis ditissimis loquitur, « Ex his igitur, inquit, faciendas esse censeo symmorias viginti, ut nunc sunt, sexaginta viris singulas constantes » Hyperides vero in or. contra Polyeuctum dicit : « in unaquaque symmoria viri sunt quindecim. » Nec mirum videatur, Demosthenem symmoriæ tribuere viros sexagenos, Hyperidem quindenos : nam in orat. contra Pasiclem hujusce rei causam affert his verbis : « Quamdiu locupletissimi quinque, rempublicam fraudantes, quini et seni trierarchiæ munere fungebantur, mediocri sumtu, illi quieverunt, postquam vero Demosthenes hæc animadvertit, et legem tulit ut triceni triremes instruerent, et trierarchiæ sumptuosæ evaserunt, Phormio se clam subduxit. » Præter cives etiam civitate donati in symmorias referebantur, ut Hyperides in or. contra Polyeuctum sæpius declaravit. Συμμορῖται dicuntur qui ejusdem symmoriæ participes sunt, quod in eadem oratione Hyperides demonstrat. Ceterum Athenienses in symmorias primum divisi sunt archonte Nausinico, ut ait Philochorus libro quinto Atthidis.

185.

Ἡγεμὼν συμμορίας, *princeps symmoriæ*, apud Demosthenem pro Ctesiphonte (or. 18, § 312) is vocatur qui divitiis antecellit et propterea locum obtinet superiorem ut ceteris præficiatur, sicut innuit Hyperides in or. contra Polyeuctum.

186.

Symmoritarum principes Hyperides συμμοριάρχας dixit.

187.

Apud Hyperidem legitur : « *inquilinorum symmoriæ quæstor.* »

188.

Ἀγοράς. Hyperides in or. contra Polyeuctum De dia-

Πολυεύκτου περὶ τοῦ διαγράμματος· « οὗτοι πολλάκις ἀγορὰς ποιοῦνται. » Μήποτε ἀντὶ τοῦ συνόδους νῦν. Σημαίνει δὲ καὶ ἕτερα τοὔνομα. Cf. fragm. Cantabrig. p. 664, 11; Bekk. Anecd. p. 330, 10.

189.

Idem : Ἀνασυντάξας ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν συντάξας, Ὑπερίδης κατὰ Πολεύκτου.

190.

Idem : Διάγραμμα... τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ. Ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας. Περὶ δὲ τούτων σαφέστατα δεδήλωκεν Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου περὶ διαγράμματος. Διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν ὁ καθιστάμενος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι πόσον ἕκαστος ἀνὴρ εἰσενεγκεῖν ὀφείλει, ὡς ὁ αὐτὸς πάλιν φανερὸν ποιεῖ ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου. Cf. fr. 127.

191.

Idem : Θαργήλια· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου. Ἑορτή ἐστι τὰ Θαργήλια, ἄγεται δὲ Θαργηλιῶνι μηνί, ὅς ἐστιν Ἀπόλλωνος.

192.

Idem : Ὀβολοστάτας δ' ἔλεγον τοὺς δανειστάς, ὡς παρά τε Ὑπερίδῃ ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου καὶ πολλάκις ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Cf. Lysiæ fr. 156 et 201.

XLVIII. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΝ.

193.

Idem : Ἄκτια· Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν. Ἄκτια ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων.

194.

Bekk. An. p. 78, 18 : Ἀλιμενία, Ὑπερείδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν.

Pollux I, 101 : Ὑπερίδης δὲ καὶ ὄνομα ἐποίησε· « τῶν τόπων τὴν ἀλιμενίαν. »

195.

Harpocratio : Ῥόθιον· Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν. Ῥόθιον καλεῖται παρὰ τὸν ῥόθον τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν. Τοὔνομα παρὰ πολλοῖς καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἱππεῦσι καὶ Θουκυδίδῃ ἐν δ'. Suidas v. ῥόθιον : Ὑπερίδης τῷ ῥοθίῳ ἐπ' εἰρεσίας κέχρηται συντονωτάτης· φησὶν οὖν· « τὸ μὲν οὖν τῶν ἐλαυνόντων πλῆθος καὶ τὸν τοῦ ῥοθίου ψόφον καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σκάφους ἐκπεπληγμένοι δεινῶς ἦσαν. »

XLIX. ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΝ.

196.

Harpocratio : Κυδαντίδης· Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτον. Δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος Κυδαντίδαι.

Idem v. συμμορία : Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτόν φησιν· εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ συμμορίᾳ ἑκάστῃ ιε' ἄνδρες. Cf. fr. 127. v. supra orat. I.

L. ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΠΥΡΡΑΝΔΡΟΥ ΚΛΗΡΟΥ.

197.

Harpocratio : Κακώσεως δίκης ὄνομά ἐστι ταῖς τε ἐπικλήροις κατὰ τῶν γεγαμηκότων, καὶ κατὰ τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι, καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τοῖς ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν [ἐπεξιοῦσι διδομένης]· Δημοσθένης κατὰ

---

grammate : « Isti sæpe ἀγοράς, *conciones*, habent. » Fortassis hoc loco ἀγορὰς dicitur pro συνόδους, *concilia*, *conventus*. Ceterum vox illa etiam alia significat.

189.

Ἀνασυντάξας, qui census per symmorias descriptos denuo constituit. Hyperides in or. contra Polyeuctum.

190.

Διάγραμμα, statutum tributum quod unumquemque in symmoriis conferre oportebat; non enim idem tributum omnibus imperabatur, sed aliis aliud pro censu facultatum. De his apertissime exposuit Hyperides in or. contra Polyeuctum de tributi descriptione. Διαγραφεύς dicebatur is qui in symmoriis constitutus erat, ut statueret, quantum quisque conferre deberet, ut idem Hyperides in or. contra Polyeuctum declarat.

191.

Θαργήλια. Hyperides in orat. adversus Polyeuctum. Thargelia festum est, quod mense Thargelione, qui sacer Apollini, celebratur.

192.

Ὀβολοστάτας, feneratores, ut apud Hyperidem in or. contra Polyeuctum et in comœdia frequenter.

XLVIII. DE POLYEUCTO EXERCITUI PRÆFICIENDO.

193.

Ἄκτια, de quo Hyderides in orat. de prætura Polyeucti, vetus certamen erant, ut Callimachus docet in opere de certaminibus.

194.

Ἀλιμενία, *portuum defectus*, legitur apud Hyperidem in or. de Polyeucto exercitui præficiendo. — Hyperides : « portuum in his locis defectus. »

195.

Ῥόθιον. Hyperides in or. de prætura Polyeucti. Ῥόθιον a ῥόθος dicitur, quod significat strepitum remorum qui auditur quum remiges summa contentione remigant. Hyperides voce ῥόθιον usus est de remigatione maxime contenta. Ait enim : « Remigantium igitur multitudinem et remorum strepitum et magnitudinem navis cum stupore admirati sunt. »

XLIX. ADVERSUS POLYEUCTUM.

196.

Κυδαντίδης. Hyperides in or. adversus Polyeuctum. Cydantidæ pagus est Æantidis tribus.

Hyperides in or. adversus Polyeuctum dicit : « sunt enim in singulis symmoriis viri quindecim. »

L. DE PYRRHANDRI HEREDITATE.

197.

Κακώσεως, *malæ tractationis*, nomen est actionis quæ dabatur puellis heredibus adversus maritos, et parentibus adversus filios, et pupillorum defensoribus adversus tuto-

Τιμοκράτους καὶ Λυσίας ἔν τε τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ [** καὶ Ὑπερίδης περὶ] τοῦ Πυρράνδρου κλήρου. Ὅτι δὲ ἐξῆν καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι κακώσεως γονέων καὶ ταῖς ἐπικλήροις βοηθεῖν, δηλοῦται ἔν τε τῷ προειρημένῳ Ὑπερίδου καὶ ἐν τῷ Λυσίου κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος. Ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος. Cf. Lysiæ fr. 105.

LI. ΡΟΔΙΑΚΟΣ.

Vit. X oratt. p. 850, A, de Hyperide: Ἐπρέσβευσε δὲ καὶ πρὸς Ῥοδίους. « Quo tempore habita sit, non liquet. Nam quod Bœhneckius l. d. p. 461 not. 3 Hyperidem Ol. 109, 4 legationem ad Rhodios obiisse conjecit, id non minus incertum est, quam quod idem homo doctissimus retractata sententia priore p. 657 statuit legationem istam post Alexandri M. mortem ab Hyperide susceptam esse. Neque enim quæ apud biographum decem oratorum p. 850. A, sequuntur in hoc scriptore necesse est ad idem tempus referri. Contra quæ de Hyperidis legatione tunc in Peloponnesum suscepta Justinus narrat 13, 5, 9 Bœhneckii opinioni adversantur, quanquam biographus decem oratt. p. 846, C. Polyeuctum in Peloponnesum missum esse tradit. » Sauppius.

198.

Bekker. An. p. 112, 10: Προπεσεῖν· προπετῶς τι ποιῆσαι. Ὑπερείδης Ῥοδιακῷ.

Photius Lex.: Προέπεσον· προπετῶς ἐποίησαν. Ὑπερίδης.

LII. ΥΠΕΡ ΣΙΜΜΙΟΥ ΠΡΟΣ ΠΥΘΕΑΝ ΚΑΙ ΛΥΚΟΥΡΓΟΝ.

199.

Harpocratio: Ἐπιχειροτονία ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάστασις· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Σιμμίου πρὸς Πυθέαν καὶ Λυκοῦργον.

LII b. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.

200.

Vit. X oratt. p. 848, D, de Hyperide: Καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν ὧν ᾔτει (Alexander) παρ' Ἀθηναίων ἀντεῖπε.

LIII. ΣΥΝΗΓΟΡΙΚΟΣ.

201.

Pollux VII, 8: Πλὴν Ἰσαῖος καὶ Ὑπερίδης τὸν πράτην εἶπον. Id. III, 125: Ὑπερίδης δὲ καὶ πράτην εἴρηκεν ἐν τῷ Συνηγορικῷ.

LIV. ΠΡΟΣ ΤΙΜΑΝΔΡΑΝ,

εἰ γνήσιος.

202.

Demetrius Π. ἑρμην. § 302: Παράκειται δέ τις καὶ τῷ δεινῷ χαρακτῆρι, ὡς τὸ εἰκός, διημαρτημένος καὶ αὐτός· καλεῖται δὲ ἄχαρις· γίνεται δὲ ἐν τοῖς πράγμασιν, ἐπάν τις αἰσχρὰ καὶ δύσρητα ἀναφανδὸν λέγῃ· καθάπερ ὁ τῆς Τιμάνδρας κατηγορῶν ὡς πεπορνευκυίας τὴν λεκανίδα καὶ τοὺς ὀβολοὺς καὶ τὴν ψίαθον καὶ πολλήν τινα τοιαύτην δυσφημίαν ἑταιρῶν κατήρασε τοῦ δικαστηρίου.

203.

Aristogiton quoque in or. contra Hyperidem ita loquitur, ut ex tempore dicere videatur : « Quod igitur leges violatas attinet, dicta sufficient in præsenti, nisi fortasse postea aliquid in mentem adhuc venerit. » Deinde, paucis interjectis, quasi recordatus, iterum dicit : « Nam populari statui insidiantes, tranquillitate per urbem regnante populoque secure et sine tumultu res suas agente, nihil movere sed legibus obsequi coguntur. »

6.

Joannes Tzetzes Chil. VI, 93 :

Ἐν τῷ κατὰ τῶν παρανόμων γὰρ τοῦ Ὑπερείδου Ἀριστογείτων οὑτωσὶ τάδε κατ' ἔπος λέγει· « Κνώδαλα τὰ ἐξάγιστα τῶν τρισαλιτηρίων, ὁ Δημοσθένης ἅμα τε καὶ ὁ Λυκοῦργος, λέγω. » Καὶ πάλιν Διοπείθη δὲ τὸν Σουνιέα λέγει [χίας ἐκ τῆς πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον συστάσης ναυμα-ὠνήσασθαι αἰχμαλώτους Λυκοῦργον, Δημοσθένην· οὗτοι δὲ τὸ ἀργύριον ἐκείνῳ οὐκ ἐδίδουν, ἀλλὰ πρὸς δικαστήριον εἷλκυσαν μᾶλλον τοῦτον. Καὶ ἐκινδύνευσε θανεῖν ὁ ἄνθρωπος ἐκ τούτων, εἰ μὴ συνηγωνίσαντο Δημέας Καλλικλῆς τε.

IV. ΚΑΤΑ ΦΡΥΝΗΣ.

7.

Athenæus XIII, p. 591, E : Ἀριστογείτων δ' ἐν τῷ κατὰ Φρύνης τὸ κύριον αὐτῆς φησιν εἶναι ὄνομα Μνησαρέτην.

L. PHILOCRATES.

« Quæ Aristoteles narrat putabam apte ad Philocratem illum, qui Philippi partibus studebat, referri posse, quanquam concedendum est etiam ad unum Atheniensium pertinere posse, quos enumerant interpretes Lysiæ or. 29. De auctore pacis cum Philippo faciundæ cf. Bœhneck. quæst. orat. 1, p. 382 sq., aliisque locis p. 702 indicatis. » SAUPPIUS.

Aristoteles Rhet. II, 3 : Παύει δὲ καὶ ἑτέρου ὀργὴν μείζω ἡ παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρία πρότερον· διὸ εὖ Φιλοκράτης εἰπόντος τινὸς ὀργιζομένου τοῦ δήμου « τί οὐκ ἀπολογεῖ; » « οὔπω γε », ἔφη. « Ἀλλὰ πότε; » « ὅταν ἄλλον ἴδω διαβεβλημένον. » Πρᾶοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν.

LI. PYTHEAS.

I. ΚΑΤΑ ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΥ.

1.

Harpocratio : Ὀξυθύμια... Ἔστι τοὔνομα καὶ παρὰ Πυθέᾳ ἐν τῷ κατὰ Ἀδειμάντου. Cf. Hyperidis fr. 83.

II. ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΝΔΕΙΞΙΝ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

2.

Idem : Ἀγραφίου εἶδός τι δίκης... Πυθέας ἐν τῇ πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ. Cf. Lycurg. fr. 6.

III. ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

3.

Dionysius Hal. t. V, p. 591 R. : Ἦν δὲ περὶ αὐτοῦ (de Isæo) δόξα παρὰ τοῖς τότε γοητείας καὶ ἀπάτης, ὡς δεινὸς ἀνὴρ τεχνιτεῦσαι λόγους ἐπὶ τὰ πονηρότερα· καὶ εἰς τοῦτο διεβάλλετο. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τῶν ἀρχαίων τις ῥητόρων ἐν τῇ Δημοσθένους κατηγορίᾳ, Πυθέας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Πονηρίαν γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ κακίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν ἐνοικεῖν φήσας καὶ

6.

In oratione qua Hyperidem legum læsarum accusat Aristogiton verbotenus ita dicit : « Bestiæ illæ impuræ et scelestissimæ, Demosthenes et Lycurgus, inquam. » Alio loco Diopithem Suniensem dicit, prœlio navali ad Hellespontum commisso, captivos redemisse Lycurgum et Demosthenem. Hi vero argentum illi non reddiderunt, sed in judicium potius hominem traxerunt. Atque periculum erat ne capitis damnaretur, nisi auxiliati ei essent Demeas et Callicles.

IV. CONTRA PHRYNEN.

7.

Aristogiton in or. contra Phrynen proprium hujus nomen fuisse Muesareten dicit.

L. Sedatur etiam ira adversus aliquem excitata facilius, si ab alio ille pœnam sumpserit prius. Præclare igitur Philocrates, quærente quodam, quum populus illi irasceretur, « Cur te non defendis? » — « Nondum, inquit. » — « Quando igitur »? — Quum alium videro falso accusatum. » Mitescunt enim, quum iram in alium effuderint.

I. CONTRA ADIMANTUM.

1.

Ὀξυθύμια vox exstat apud Pytheam in or. contra Adimantum.

II. ADVERSUS DELATIONEM DEFENSIO.

2.

Ἀγραφίου, actionis judicialis species... Pytheas in defensione adversus delationem.

III. CONTRA DEMOSTHENEM.

3.

Ceterum apud ejus æquales de fraude in suspicionem venit, quod callide et artificiose orationem ad sequiora detorqueret, idque ei crimini dabatur. Declarat hoc antiquorum aliquis oratorum, Pytheas, ut opinor, in accu-

τόδε τὸ μέρος ὅλον εἰς διαβολὴν ἐπιτίθησιν, ὅτι τὸν Ἰσαῖον καὶ τὰς τῶν λόγων ἐκείνου τέχνας σεσίτισται.

4.

Athenæus II, p. 44, F : Καὶ Πυθέας γοῦν φησίν· « Ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται. Ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὥς φασιν, ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται.

5.

Lucianus Laud. Demosth. c. 15 : Πυθέᾳ δὲ ὁ κρότος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων ἀπόζειν ἐφαίνετο τοῦ νυκτερινοῦ λύχνου.

6.

Rutilius I, 14 : *Epanalepsis. Hoc schema fieri solet, cum id, quod dictum semel est, quo gravius sit, iteratur. Id interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum conjunctione. Verbum sic iteratur. Pytheæ : « Quid contra tot res tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est, rempublicam venalem habuisse; cognitum est. »*

7.

Plutarchus Mor. p. 802, F : Ὁ μέντοι λόγος ἔστω τοῦ πολιτικοῦ μήτι νεαρὸς καὶ θεατρικός... μήτ' αὖ πάλιν, ὡς ὁ Πυθέας τὸν Δημοσθένους ἔλεγεν, ἐλλυχνίων ὄζων καὶ σοφιστικῆς περιεργίας ἐνθυμήμασι πικροῖς καὶ περιόδοις πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμέναις. Cf. Plut. Demosth. c. 8; Ælian. V. H. 7, 7.

8.

Plutarchus Demosth. c. 20 : Ἐν δὲ τῇ μάχῃ καλὸν οὐδὲν οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον οἷς εἶπεν ἀποδειξάμενος ᾤχετο λιπὼν τὴν τάξιν ἀποδρὰς αἴσχιστα καὶ τὰ ὅπλα ῥίψας, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀσπίδος, ὡς ἔλεγε Πυθέας, αἰσχυνθείς, ἐπιγεγραμμένης γράμμασι χρυσοῖς· Ἀγαθῇ τύχῃ.

9.

Suidas : Ὧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι. Τίμαιον ἐν λη' ἱστορεῖν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι, ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσιν. Δοῦρις δὲ ἐν τῇ ι' Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν.

IV. ΑΠΑΡΑΣΗΜΑ.

10.

Rutilius I, 14 : *Polysyntheton. Hoc schema efficitur, cum sententiæ multorum articulorum convenienti copula continentur. Pytheæ : « Ille hunc pone constrictum trahebat, hic autem vociferabatur; concursus vero non mediocris, cum tantum non omnes opitulari vellent, sed nemo auderet : neque ibi magistratus aderat; nec circumspicientes quo potissimum confugeremus, reperiebamus; sed uno tempore nos et præsens et futurum malum perturbabat. Nam præsens tempus acerbitatis erat plenum, reliquum vero timoris. »*

11.

Stobæus Flor. CV, 55 : Πυθέου. Εἰ δέ τις ὑπείληφε βεβαίως ἔχειν τὸν πλοῦτον καὶ οὐδέποτε προλείψειν αὐτόν, οὗτος ἔοικε τύχης καὶ παραδόξων πραγμάτων καταπεφρονηκέναι καὶ οὐκ εἰδέναι, ὅτι πεπλανημένον τὸ εὖ πράττειν καὶ οὐκ ἀεὶ παρὰ τοῖς αὐτοῖς.

12.

Plutarchus Mor. p. 187 F (et 804 B) : Πυθέας ἔτι μειράκιον ὢν παρῆλθεν ἀντερῶν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου γραφομένοις ψηφίσμασιν· εἰπόντος δέ τινος· « Σὺ νέος ὢν τολμᾷς λέγειν περὶ τηλικούτων; » « Καὶ μὴν

---

satione Demosthenis. Nam omnium hominum malitiam et improbitatem inesse Demostheni dicit, totamque hanc partem in crimen adducit, quod Isæo atque ejus in dicendo artibus pastus sit.

4.

Pytheas dicit : « Qui nunc sunt demagogi, Demosthenes et Demades, videtis quam contrariam vitæ rationem sequantur. Ille enim abstemius, etiam nocte meditabundus vigilat, ut fama est : hic vero, lenocinium faciens, et vino madidus quotidie, coram nobis in concionibus ventrosum suum corpus circumfert.

5.

Pytheæ lucernam nocturnam olere videbatur ille Demosthenicarum orationum strepitus.

7.

Sit autem versantis in rep. viri oratio non puerilis aut ad theatrum conformata, neque rursum, qualem Demosthenis dicebat Pytheas, lucernam redolens, et sophistica diligentia abundantia, argumentis constans acribus, et circuitionibus ad normam et circinum accuratissime exactis.

8.

In pugna Demosthenes nullo honesto aut verbis suis consentiente facinore edito, turpissime deserto ordine et projectis armis fugit, ne inscriptionem quidem, ut ait Pytheas, scuti reveritus, in quo aureis litteris exaratum erat : quod felix faustumque sit.

9.

« Cui sacrum ignem sufflare non licet. » Timæus lib. XXXVIII Historiarum tradidisse *fertur* Democlidem exprobrasse Demochari, ipsi soli omnium Atheniensium non licere sacrum ignem sufflare, quod superiores partes corporis polluisset. Duris vero libro X dicit Pytheam idem objecisse Demostheni.

IV. EX ORATIONIBUS INCERTIS.

11.

Pytheæ. « Si quis crediderit divitias stabiles esse nec unquam defecturas, is neque fortunæ atque rerum quæ præter opinionem accidunt rationem habere nec scire videtur prosperitatem vagari nec usque manere apud eosdem. »

12.

Pytheas etiamnum adolescens progrediebatur in publicum, dicturus contra decreta de Alexandro promulgata : quumque diceret quidam, « Tu adolescens quum sis, de

Ἀλέξανδρος, εἶπεν, ὃν ψηφίζεσθε θεόν, ἐμοῦ νεώτερός ἐστι. » Cf. id. p. 784, C.

13.

Idem Demosth. c. 27 : Ἐν δ' Ἀρκαδίᾳ καὶ λοιδορίαν τοῦ Πυθέου καὶ τοῦ Δημοσθένους γενέσθαι πρὸς ἀλλήλους εἴρηκεν ὁ Φύλαρχος ἐν ἐκκλησίᾳ, τοῦ μὲν ὑπὲρ τῶν Μακεδόνων, τοῦ δ' ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων λέγοντος. Λέγεται δὲ τὸν μὲν Πυθέαν εἰπεῖν, ὅτι καθάπερ οἰκίαν, εἰς ἣν ὄνειον εἰσφέρεται γάλα, κακόν τι πάντως ἔχειν νομίζομεν, οὕτω καὶ πόλιν ἀνάγκη νοσεῖν, εἰς ἣν Ἀθηναίων πρεσβεία παραγίνεται· τὸν δὲ Δημοσθένην στρέψαι τὸ παράδειγμα φήσαντα, καὶ τὸ γάλα τὸ ὄνειον ἐφ' ὑγιείᾳ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ σωτηρίᾳ παραγίνεσθαι τῶν νοσούντων.

LII. DEMADES.

« De Demadis rebus, quem et brevissime et verissime Velleii verbis (2, 68) *ingeniose nequam fuisse* dixeris, post D. Ruhnkenium (hist. crit. p. 71 sqq.) nuper exposuerunt H. Lhardy (Berolini, 1834) et G. G. Pluygers (Hagæ Comitis, 1836), quibuscum comparari possunt, quæ in Zimmermanni diurnis ego 1835, 77 et A. Westermannus 1837, 26 explicavimus. Adde quæ G. Kiesslingius in Lycurgeis p. 161 sqq. disputavit [et Bernhardyus in Addendis ad Suidam II, 2, p. 1812]. Hoc loco nihil videtur quærendum esse nisi hoc, utrum Demades aliquid scriptum reliquerit, an quæ ei tribui solent supposita sint. Ac Cicero quidem Bruti § 36 ait : *is, cujus nulla exstant scripta, Demades.* Similiter Quintilianus Inst. orat. 2. 17, 13 : *Neque enim* (Demades) *orationes scribere est ausus, ut eum multum valuisse in dicendo sciamus.* Idem 12. 10, 49 : *Ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox literis reliquisse, ut Periclem, ut Demadem.* Contra Suidas 1, 1 p. 1241 B. : ἔγραψεν Ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας, Ἱστορίαν περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν Λητοῦς παίδων (quo loco quid verbis πρὸς Ὀλυμπιάδα faciendum sit non liquet, quanquam mihi quidem Ruhnkenii ratio l. d. proposita maxime probatur). Neque tantum *Defensionis* illius pars quædam in multis libris manuscriptis servata adhuc exstat, sed etiam Joannes Tzetza Chil. 5, 342 sqq. 6, 16 sqq. et 112 sqq., Anonymus Seguerii, interpres Hesiodi videntur scripta quædam Demadis oculis et manibus usurpavisse. Nam reliqua sane omnia, quæ Demades dixisse narratur, similia sunt eorum, quæ Isocrati, Demostheni, aliis tribui vidimus, desumpta illa ex peripateticorum aliorumque hominum doctorum libris. Quanto enim studio facete graviterque dicta ætate alexandrina collecta sint multis exemplis constat. At jure quæritur, utrum scripta illa genuina fuerint, an a rhetoribus ficta et Demadis nomini supposita. Ac de quo paulo certius judicari possit, exstat fragmentum περὶ τῆς δωδεκαετίας. Quod quanquam a plerisque hominibus doctis genuinum haberi scio (unum nomino L. Spengelium συναγ. τεχν. p. 54), tamen certa mihi videntur adulterinæ originis indicia inesse. Sententiæ quæsitæ nec tamen magnæ gravitatis, sermo fucatus neque nativa illa facilitate et facetiis sanis, quibus Demadem excelluisse veteres testes omnes consentiunt (Cic. orat. § 90), insignis, res quæ narrantur communibus verbis magis tecte quam quod a Demade, homine diuturno usu prudentiam nacto permagnam, necessario requisiveris, accurate et præcise explicatæ. Cum veteres in Demade ingenii felicitatem admirentur, qua res fere acu tangere solitus sit, hic eum ambages quæsivisse dixeris. Nec, si quis partem tantum exstare excusaverit, intelligas, quomodo post ea quæ supersunt ad brevem et aptam rerum gestarum narrationem redire potuerit. Fateor igitur me iis assentiri, qui fragmentum illud rhetoris alicujus fraude fictum et Demadi tributum esse statuant. Neque enim quidquam in eo traditur, quin facile ex iis quæ de Demade narrarentur hauriri potuerit. Qui dedita opera fraudem illam arguerit, memini neminem, sed dubitant A. Bœckhius Œcon. publ. Ath. 2 p. 246, Bellinus de Ballu Hist. eloqu. gr. 1 p. 330 (cf. Lhardy l. d. p. 13), Pluygers p. 75 sq., alii multi. Accedit quod in brevi illo fragmento haud pauca vocabula leguntur, quibus

---

tantis rebus audes dicere? » « Enimvero, inquit, Alexander, quem vos deum decreto vestro facitis, natu quam ego minor est. »

13.

Phylarchus narrat in Arcadia Pytheam et Demosthenem in concione convicia mutuo fecisse, altero Macedonum, altero Græcorum causam agente. Et Pytheam quidem dixisse, quemadmodum crederetur domus in quam lac asininum infertur, omnino aliquo malo laborare, ita urbem quoque necessario vitiosam esse, in quam Atheniensis legatio veniret; eam similitudinem ita a Demosthene inversam, ut et lac asininum sanitatis restituendæ causa importari solere, et Athenienses propter salutem male habentium venire consuevisse diceret.

reliqui oratores non usi sunt, neque ea facile illi ætati conveniant. Affero παρανάλωμα § 2, πρωτολογίας § 3, λογογραφίας § 8, εἰς δίκας... ἔθηκα τὸν πόνον § 8, ταφὴ.. κηδευθεῖσα § 9, πρόβλημα § 11, ut alia omittam. De iis, quibus Joannes Tzetza et anonymus Seguerii usi sunt, certo judicari non potest, sed etiam has orationes suppositas fuisse crediderim. Deli insulæ historiam eo tempore, quo de templo Apollinis lis exorta est, a Demade scribi potuisse Bœckhius existimat (de inscript. deliaca § 6 p. 14). Cf. quæ de Hyperidis oratione deliaca exposui. Hic deinceps omnia collecta dedi, quæ ad Demadem referrentur, cum plura quam quis requireret inveniri mallem quam jure aliquid desiderari. » Sauppius.

I. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΕΤΙΑΣ.

Τῆς μὲν τῶν κινδυνευόντων σωτηρίας, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τῆς τιμωρίας ὑμεῖς παρὰ τῶν νόμων τὴν ἐξουσίαν εἰλήφατε· οὔτε δὲ ἰατρὸς ἐμπείρως δύναται θεραπεῦσαι τοὺς κάμνοντας, ἂν μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος κατανοήσῃ, οὔτε δικαστὴς ὁσίαν θεῖναι τὴν ψῆφον, ἐὰν μὴ τοῖς τῆς κρίσεως δικαίοις ᾖ παρηκολουθηκώς. (2) Ἐμπεσὼν δὲ αὐτὸς εἰς μέσην τὴν τῶν ῥητόρων δυσμένειαν, ὥσπερ τῆς παρὰ θεῶν, οὕτω τῆς παρ' ὑμῶν δέομαι τυχεῖν βοηθείας. Διαβάλλουσι γάρ μου τὸν βίον, οἰόμενοι τὸν λόγον ἄπιστον καταστήσειν· ἐγὼ δ' ἀποθανὼν μὲν ἢ ζῶν οὐδέν εἰμι· τί γὰρ Ἀθηναίοις ἢ παρανάλωμα Δημάδης; δακρύσει δέ μου τὴν ἀπώλειαν οὐχ ὁ στρατιώτης — πῶς γάρ; ὃν αὔξει μὲν πόλεμος, εἰρήνη δ' οὐ τρέφει· — ἀλλ' ὁ τὴν χώραν γεωργῶν καὶ ὁ τὴν θάλατταν πλέων καὶ πᾶς ὁ τὸν ἡσύχιον βίον ἠγαπηκώς, ᾧ τὴν Ἀττικὴν ἐτείχισα, τοὺς ὅρους τῆς χώρας περιβαλὼν οὐ λίθοις ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ. (3) Δεινὸν δέ τι συμβαίνει πολλοῖς τῶν κρινόντων, ὦ ἄνδρες δικασταί· ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν νόσος τὴν ὅρασιν συγχέασα κωλύει τὰ ἐμποδὼν κείμενα θεωρεῖν, οὕτως ἄδικος παρεισδύνων λόγος εἰς τὰς τῶν δικαστῶν γνώμας οὐκ ἐᾷ δι' ὀργὴν συνορᾶν τὴν ἀλήθειαν. Διὸ καὶ δεῖ συνορᾶν ὑμᾶς εὐλαβῶς ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων μᾶλλον ἢ τῶν ἐγκαλούντων· οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν ἔχουσιν ἐκ τῆς πρωτολογίας ὁποῖον αὐτοὶ βούλονται τὸν δικαστήν, οἱ δ' ἀναγκάζονται πρὸς ὠργισμένους κριτὰς τὴν διάνοιαν ἀντιτάσσεσθαι. (4) Ἐὰν μὲν οὖν φαίνωμαι τοῖς ἐγκαλουμένοις ἔνοχος, καταψηφίσασθε, μὴ φείσησθε, οὐ παραιτοῦμαι· ἂν δ' εὑρίσκωμαι τῶν ἐγκεκλημένων κεχωρισμένος τῷ δικαίῳ, τοῖς νόμοις, τῷ συμφέροντι, μὴ πρόησθέ με τῇ τῶν κατηγόρων ὠμότητι. Εἰ δὲ πάντως ἀποθανὼν συμβαλοῦμαί τι πρὸς τὴν κοινὴν σωτηρίαν, ὡς οὗτοι λέγουσιν, ἑτοίμως ἔχω τελευτᾶν· κτήσασθαι γὰρ ἰδίῳ θανάτῳ δημοσίαν εὐδαιμονίαν καλόν, ἐὰν ἡ χρεία τῆς πατρίδος ἀλλὰ μὴ ὁ τούτων λόγος τὸ ζῆν ἀφαιρῆται. (5) Δότε δή μοι, πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δότε διαλεχθῆναι ὡς προαιροῦμαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῶν δικαίων. Δοκῶ μὲν γὰρ δύναμιν εἶναί μοι καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθεῖν· ἐν δὲ τούτοις ἐμποδίζει μου τὸν λόγον ὁ φόβος. Ἄλλως δὲ οὐ τὸν ἔλεγχον τοῦ πράγματος δέδια, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀντιδίκων φθόνον, ὃς οὐ κρίνει τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ φύεται τοῖς δοκοῦσι λέγειν ἢ πράττειν. (6) Ἡ παρ' ὑμῖν ἐλπὶς δὲ δικαία· ἐὰν ταύτης κατατύχω, πάσας ἀπολύσομαι τὰς διαβολάς· ἄνευ δὲ ταύτης οὔτε ὁ λόγος οὔθ' οἱ νόμοι οὔθ' ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια σῶσαι δύνανται τὸν ἀδίκως κρινόμενον. Οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ ὅτι πολλοὶ πολλάκις ἤδη τῶν ἐγκαλούντων ἀπὸ μὲν τῆς κατηγορίας ἔδοξαν δίκαια λέγειν, παρατεθείσης δὲ τῆς ἀπολογίας εὑρέθησαν αὐτοὶ συκοφαντοῦντες· ὃ δὴ καὶ νῦν πέπεισμαι τούτοις

I. DE DUODECENNALI.

Eorum qui in judiciorum periculis versantur, Athenienses, vitæ et necis potestatem per leges accepistis: enimvero neque prudenter medicus laborantibus potest succurrere, si causam morbi penitus non agnoverit, neque judex sanctum judicium ferre, nisi in judicio quæ justa observanda sint probe assecutus fuerit. (2) Ipse autem qui in mediam oratorum inimicitiam incidi, ut a diis immortalibus, sic a vobis auxilium imploro. Vitæ meæ detrahunt, existimantes se fidem eorum quæ dicturus sim labefacturos. Ego vero seu vivus seu mortuus nihil sum: quid enim aliud Atheniensibus Demades est quam nullius momenti negotium? Meum enim interitum miles non deplorabit — qui enim? nam hunc bellum quidem auget, pax vero non alit —, sed qui regionem excolit, mare navigat, et omnis qui quietam vitam in deliciis habet, cui Atticam munivi non muris fines regionis sepiens sed urbis nostræ securitate. (3) At grave aliquid multis eorum qui judices sedent, accidit. Sicut enim oculorum ægritudo videndi functionem confundit et quominus clare objecta conspiciantur impedit, sic injusta oratio in judicum sententias irrepens veritatem propter iram conspici non patitur. Quare etiam convenit vos de causa reorum potius quam accusantium caute circumspicere. Accusatores enim qualem cupiunt, talem ex priore, quæ ipsorum est, oratione judicem obtinent; hi contra irritatos judices animum intendere compelluntur. (4) Igitur si crimine teneri videar, condemnate me, ne mihi parcite; non deprecor. Sin insons esse reperiar, juris et legum et utilitatis ratione habita, ne me prodatis accusatorum crudelitati. Si autem omnino morte mea publicæ saluti consulam, ut illi affirmant, alacriter occumbam: pulcrum est enim propria morte publicam conciliare felicitatem, si patriæ commodum, sed non istorum sermo vitam adimat. (5) Permittite, per deos immortales, Athenienses, permittite ut quæ justa in hac causa sint, prout voluero, vobis exponam. Sat magnam dicendi facultatem mihi esse puto, ut vel aliis opitulari possim, in his autem metus orationem meam interturbat. Ceterum non timeo criminis probationem sed adversariorum invidiam quæ non injurios in jus vocat, sed iis nascitur qui dicendo vel agendo præstare videntur. (6) Spes vero apud vos justa est: hac si potitus sum, omnes insidias confringam; absque illa vero neque oratio neque leges neque negotiorum integritas servare poterit injuste in judicium vocatum. Non ignoratis sæpius accidisse ut accusatores, quum justa in accusatione protulisse viderentur, tamen post alterius partis defensionem calumniatores

παρακολουθήσειν, ὑμῶν ἀκούειν προαιρουμένων μετ' εὐνοίας.

7. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς ἄλλης μου πολιτείας κατηγορεῖν ἐπεχείρησαν, βραχέα βούλομαι περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ἔπειθ' οὕτως ἐπὶ τὴν λοιπὴν δικαιολογίαν ἀπελθεῖν, ἵνα μὴ λάθωσιν ὑμᾶς παρακρουσάμενοι. Γεγονὼς γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημάδου πατρός, ὡς καὶ ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι γινώσκουσιν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτως ἔζων ὡς ἠδυνάμην, οὔτε κοινῇ τὸν δῆμον ἀδικῶν οὔτ' ἰδίᾳ λυπῶν οὐδένα τῶν ἐν τῇ πόλει, πειρώμενος δ' ἀεὶ τοῖς ἰδίοις πόνοις τὴν ἀσθένειαν τοῦ βίου διορθοῦσθαι. (8) Ἡ πενία δ' ἴσως δύσχρηστον μὲν ἔχει τι καὶ χαλεπόν, κεχώρισται δ' αἰσχύνης, ὡς ἄν, οἶμαι, τῆς ἀπορίας ἐπὶ πολλῶν οὐ τρόπου κακίαν, ἀλλὰ τύχης ἀγνωμοσύνην ἐλεγχούσης. Προσελθὼν δὲ τοῖς κοινοῖς οὐκ εἰς δίκας καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λογογραφίας ἐργασίαν ἔθηκα τὸν πόνον, ἀλλ' εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ βήματος παρρησίαν, ἣ τοῖς μὲν λέγουσιν ἐπισφαλῆ παρέχεται τὸν βίον, τοῖς δ' εὐλαβουμένοις μεγίστην δίδωσιν ἀφορμὴν πρὸς κατόρθωσιν· οὐ γὰρ ἐν τῇ τοῦ λέγοντος χάριτι δεῖ συνεκπίπτειν τὴν τῆς πατρίδος σωτηρίαν. (9) Χιλίων ταφὴ Ἀθηναίων μαρτυρεῖ μοι, κηδευθεῖσα ταῖς τῶν ἐναντίων χερσίν, ἃς ἀντὶ πολεμίων φιλίας ἐποίησα τοῖς ἀποθανοῦσιν. Ἐνταῦθα ἐπιστὰς τοῖς πράγμασιν ἔγραψα τὴν εἰρήνην· ὁμολογῶ. Ἔγραψα καὶ Φιλίππῳ τιμάς· οὐκ ἀρνοῦμαι. Δισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων καὶ χίλια πολιτῶν σώματα χωρὶς κήρυκος καὶ τὸν Ὠρωπὸν ἄνευ πρεσβείας λαβὼν ὑμῖν ταῦτ' ἔγραψα. (10) Ἐπείληπτο δὲ τῆς γραφούσης χειρὸς οὐχ ἡ δωροδοκία τῶν Μακεδόνων, ὡς οὗτοι πλαττόμενοι λέγουσιν, ἀλλ' ὁ καιρὸς καὶ ἡ χρεία καὶ τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον καὶ ἡ τοῦ βασιλέως φιλανθρωπία· ἐλθὼν γὰρ ἐπὶ τὸν κίνδυνον ἐχθρὸς τῶν ἀγώνων φίλος ἐχωρίσθη, τὸ τῶν νενικηκότων ἆθλον τοῖς σφαλεῖσι προσθείς. (11) Πάλιν τοίνυν ἧκε τῇ πόλει καιρὸς ἕτερος, ἵνα τοὺς μεταξὺ κινδύνους ἑκὼν ἐπιλάθωμαι· καὶ πάντες μὲν οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντες τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνεβίβαζον, καὶ τοῖς ψηφίσμασιν ἀναπλάττοντες φρόνημα μεῖζον τοῦ δέοντος ἀνδρὶ νέῳ καὶ φιλοδόξῳ περιέθηκαν, λοιποὶ δὲ ἦμεν ἡμεῖς καὶ Λακεδαιμόνιοι, πρόβλημα τῆς σωτηρίας ἔχοντες οὐ χρημάτων πλῆθος, οὐχ ὅπλων παρασκευάς, οὐχὶ πεζῶν σύνταξιν, ἀλλ' ἐπιθυμίαν μεγάλην, δύναμιν δ' ἀσθενῆ καὶ ταπεινήν. (12) Ὧν μὲν γὰρ ἐσύλησε τὴν ἰσχὺν ὁ περὶ Λεῦκτρα κίνδυνος, ὁ δὲ πρότερον ἀπείρατος ὢν πολεμίας σάλπιγγος Εὐρώτας Βοιωτοὺς ἐν τῇ Λακωνικῇ στρατοπεδεύοντας εἶχεν· ἀπέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος, καὶ τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς τεθειμένους τὴν ἀκμὴν τῶν νέων συνέκλεισε ταῖς τέφραις. Τὰς δ' ἡμετέρας παρασκευὰς ἀνάλωσεν ὁ πόλεμος, καὶ τὴν ἐλπίδα τῶν ζώντων συνέτριψεν ἡ συμφορὰ τῶν ἀποθανόντων. (13) Θηβαῖοι δὲ μέγιστον εἶχον δεσμὸν τὴν τῶν Μακεδόνων φρουράν, ὑφ' ἧς οὐ μόνον τὰς χεῖρας συνεδέθησαν ἀλλὰ καὶ τὴν παρρησίαν ἀφῄρηντο· τῷ γὰρ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός. Ἤκμαζον δὲ τοῖς σώμασιν οἱ Μακεδόνες, οὓς ἤδη ταῖς ἐλπίσιν ἐπὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τοὺς Περσῶν θησαυροὺς ἡ τύχη διεβίβαζεν. (14) Ἐνταῦθ' ὁμοίως Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν οὐ σωτήριον δὲ τοῖς

---

esse apparerent; quod quidem etiam nunc his, ut puto, continget, modo vos benevolas mihi aures præbere volueritis.

7. Quoniam autem etiam propter cetera quæ in rep. gessi me criminari studuerunt, pauca de illis dicere volo, et tunc demum ad reliquam causæ meæ defensionem procedere, ne vos impostura istorum lateat. Natus enim, Athenienses, patre Demade, sicuti seniores inter vos noverunt, cetero quidem tempore ut poteram vivebam, neque publice populum fraudans neque privatim in civitate cuiquam nocens, proprio labore paupertatem meam corrigere contendens. (8) Paupertas namque incommodum forsan et difficile quiddam annexum habet, ab infamia tamen sejuncta est, quum indigentia, ut puto, in multis non morum improbitatem sed fortunæ injuriam arguat. Ad rempub. autem accedens non in criminalibus causis neque conscribendarum forensium causarum exercitatione operam posui, sed in libertate pro concione dicendi, quæ quidem dicentibus periculosam parit vitam, sed circumspecte agentibus egregiam magnos obtinendi successus occasionem præbet: haud enim in dicentis gratia salus patriæ constituenda est. (9) Mille Atheniensium funus testis mihi est ipsis adversariorum manibus curatum, quas ex hostilibus amicas reddidi defunctis. Rerum administrationi præfectus tum pacem scripsi; fateor. Scripsi et Philippo laudes: non nego. captivos enim bis mille absque ullo redemptionis pretio civiumque mille corpora sine præcone Oropumque sine legatione recipiens vobis ista conscripsi. (10) Neque vero munera a Macedonibus oblata scribentis manum occuparunt, ut hi fingendo asserunt, sed tempus, necessitas, patriæ commodum, regisque perhumanus animus; nam quum hostis venisset ad certaminum periculum, discessit amicus, victoris præmium victo attribuens. (11) Rursus aliud urbi tempus grave venit (nam intermedia inter hoc et prius illud pericula lubens omitto). Græciæ incolæ universi Alexandrum ad imperium promoverunt et in viro juvenili gloriæque avido spiritus excitarunt justo majores. Reliqui nos eramus et Lacedæmonii, salutis propugnaculum habentes neque opum copiam nec armorum apparatum nec militum cohortes, sed ingenti incensi desiderio, quantumvis fracta et prostrata esset potentia. (12) Nam Lacedæmoniorum robur ad Leuctra prœlium abstulerat, et inexpertus antea hostilis tubæ Eurotas in Laconia vidit castra Bœotorum; scilicet florem Spartæ Thebanus decerpserat, et terminos Laconiæ positos, florem juventutis, cineribus incluserat; nostros autem apparatus consumserat bellum, et spem superstitum labefactaverat infortunium defunctorum. (13) Thebanos denique firmissimo vinculo obstrictos tenebat Macedonum præsidium, quo non manus solum iis vinciebantur sed dicendi etiam libertas auferebatur; nam cum Epaminondæ corpore simul etiam potentiam Thebanorum tempus sepeliverat. Contra vero virorum copia Macedones vigebant, quorum spes ad sceptra jam Persarum thesaurosque fortuna transducebat. Tunc quoque Demosthenes quidem bellum probavit, nomine tenus speciosa, reapse perniciosa civibus consulens;

ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγησάμενος τοῖς πολίταις· ὡς δὲ πλησίον ἔστη τῆς Ἀττικῆς, ἡ χώρα δὲ εἰς τὴν πόλιν κατεκλείετο, καὶ τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ βοῶν καὶ προβάτων ὥσπερ ἔπαυλις καὶ τῶν βοσκημάτων ἐπληροῦτο, βοηθείας δ' οὐδαμόθεν ἦν ἐλπίς, ἔγραψα τὴν εἰρήνην. (15) Ὁμολογῶ, καὶ φημὶ καλῶς καὶ συμφερόντως πεπραχέναι τοῦτο· κρεῖττον γὰρ ἐπερχόμενον ἐκκλῖναι τὸ νέφος ἢ φερομένῳ συναπενεχθῆναι τῷ ῥεύματι. Ἀξιῶ δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων λύπην ἐμοὶ παρ' ὑμῶν μηδεμίαν ἀπογεννῆσαι δυσμένειαν. Οὐ γὰρ ἐγὼ κρατῶ τῆς τύχης, ἀλλ' ἡ τύχη τοῦ βίου, δι' ἣν κινδυνεύει. Δεῖ δὲ τὸν σύμβουλον, καθάπερ τὸν ἰατρόν, οὐ τῆς νόσου τὴν αἰτίαν ἔχειν, ἀλλὰ τῆς θεραπείας τὴν χάριν ἀπολαμβάνειν. (16) Καταχωρίσαντες οὖν τὰ συμβάντα διὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας, ψιλῶς ἐπὶ τῶν πραγμάτων γυμνὴν θεωρήσατέ μου τὴν πολιτείαν. Μετὰ ταῦτα τοίνυν τῇ πόλει τρίτος ἐπήγετο κίνδυνος πάντων χαλεπώτατος, οὐκέτι πεμφθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τότε ῥητόρων ἐπαχθείς. (17) Καί μοι τῶν πεπραγμένων ἀναμνήσθητε, ἡνίκα Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος τῷ μὲν λόγῳ παρατασσόμενοι τοὺς Μακεδόνας ἐνίκων ἐν Τριβαλλοῖς, μόνον δ' οὐχ ὁρατὸν ἐπὶ τοῦ βήματος νεκρὸν τὸν Ἀλέξανδρον προέθηκαν, ἐν τῷ δήμῳ δ' ἀλείψαντες λόγοις εὐπρεπέσι Θηβαίων τοὺς παρόντας φυγάδων θυμοὺς ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐλευθερίας ἠκόνησαν, ἐμὲ δὲ στυγνὸν καὶ περίλυπον ἔφασκον εἶναι μὴ συνευδοκοῦντα....

II. ΑΠΑΡΑΣΗΜΑ.

2.

Anonymus Seguerii : Λαμβάνεται (sc. ἡ πρόθεσις) δὲ καὶ μειώσεως ἕνεκεν, ὡς ὁ Δημάδης· « ἥρπασαν οἱ Διόσκουροι τὰς Λευκιππίδας, Ἀλέξανδρος τὴν Ἑλένην· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς Ἕλλησι πόλεμος ἐγένετο· καὶ νῦν τοῦ πορνοβοσκοῦ θυγάτηρ ἥρπασται. »

3.

Aristoteles Rhet. II, 24 : Ἄλλος (sc. τόπος τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων) παρὰ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον, οἷον τῷ ἅμα ἢ μετὰ τοῦτο γεγονέναι· τὸ γὰρ μετὰ τοῦτο ὡς διὰ τοῦτο λαμβάνουσι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις, οἷον ὡς ὁ Δημάδης τὴν Δημοσθένους πολιτείαν πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν· μετ' ἐκείνην γὰρ συνέβη ὁ πόλεμος.

4.

Athenæus III, p. 99, D : Καὶ Δημάδης δὲ ὁ ῥήτωρ ἔλεγε τὴν μὲν Αἴγιναν εἶναι λήμην τοῦ Πειραιῶς, τὴν δὲ Σάμον ἀπώρυγα τῆς πόλεως, ἔαρ δὲ τοῦ δήμου τοὺς ἐφήβους, τὸ δὲ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως, τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα.

5.

Pollux VII, 104 : Ἀργυράγχη, ὡς Δημάδης σκώπτων Δημοσθένη συνάγχῃ λέγοντα εἰλῆφθαι.

6.

Diodor. Sic. X, 9. : Ὁ δὲ (Demades) διαβεβαιούμενος ὅτι δεῖ τὸ λυσιτελέστατον ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὅρκων αἱρεῖσθαι· ὁρᾷν δὲ τὸν ἐπιορκήσαντα παραχρῆμα ταῦτ' ἔχοντα περὶ ὧν ὤμοσε, τὸν δὲ ὁρκίζοντα φανερῶς τὸ ἴδιον ἀπολλύντα.

7.

Demetrius π. ἑρμην. § 282 sqq. : Δεινὰ δὲ καὶ τὰ Δημάδεια, καίτοι ἴδιον καὶ ἄτοπον τρόπον ἔχειν δοκοῦντα· ἔστι δὲ αὐτῶν ἡ δεινότης ἔκ τε τῶν ἐμφά-

---

ubi autem jam propinquum Atticæ bellum erat et tota regio intra urbis muros includebatur et civitas nostra, omnium contentione et admiratione appetita, bobus ovibusque et jumentis stabuli instar implebatur, nec ulla ex parte spes auxilii affulgeret, tunc ego pacem scripsi. (15) Fateor, et pulcre hoc ac utiliter me fecisse contendo; præstat enim nubem imminentem vitare quam vehementi abripi torrente. Censeo autem, judices, ex iis quæ subsecuta sunt calamitosis nullam mihi apud vos succrescere inimicitiam. Non ego enim fortunam modero, sed vitam fortuna regit periculisque obnoxiam facit. Decet autem consiliario sicut medico non morbum imputari sed curationis rependi gratiam. (16) Sejungentes igitur ea quæ per externas causas acciderunt, ad ea solummodo quæ nonnisi ad meam in rebus publicis agendi rationem pertinent, attendite. Post hæc denique tertium urbi periculum adductum est omnium gravissimum, quod non amplius fortuna immisit, sed qui tunc erant oratores conflarunt. Ac recordamini mihi quænam gesta sint illo tempore, quo Demosthenes et Lycurgus instructa orationibus acie Macedones apud Triballos vincebant, et tantum non omnium oculis conspiciendum cadaver Alexandri in suggestu exposuerunt, in populo autem verbis speciosis præsentes Thebanorum exules demulcebant animosque eorum spe libertatis acuerunt, me autem torvum et tristem esse dicebant non comprobantem...

II. EX ORATIONIBUS INCERTIS.

2—6.

Demades : « Dioscuri rapuerunt Leucippidas, Alexander Helenam, et propterea bellum Græcis exstitit; et nunc lenonis filia rapta est. »

Demades Demosthenis administrationem reipublicæ omnium malorum caussam exstitisse dicit; nam post eam bellum ingruit.

Demades orator Æginam esse dixit Piræei portus gramiam; Samum vero abruptum ab urbe frustum; juvenes ver populi; murum vestimentum urbis; tibicinem vero publicum Atheniensium gallum-gallinaceum.

Ἀργυράγχη, *argentangina* (quum quis muneribus corruptus tacet, et quasi argento suffocatur); ea voce Demades usus est ridens Demosthenem angina se teneri dicentem.

Demades affirmabat id quod utile foret tum in aliis rebus tum etiam in jurejurando sequendum esse, se autem videre pejerantem statim potiri ea re, cujus causa jurasset, eum vero qui justum jusjurandum conciperet, aperte suam rem amittere.

7.

Demades : « Non mortuus est Alexander, Athenienses, nam totus orbis terrarum cadaver ejus oleret. » — « Hoc decretum non ego scripsi, sed bellum Alexandri hasta scripsit. » — « Nam Macedoniæ imperium, amisso Alexan-

σεων γινομένη καὶ ἐξ ἀλληγορικοῦ τινος παραλαμβανομένου, καὶ τρίτον ἐξ ὑπερβολῆς. Οἷόν ἐστι τό « οὐ τέθνηκεν Ἀλέξανδρος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· ὦζε γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ. » Τὸ μὲν γὰρ ὦζεν ἀντὶ τοῦ ᾐσθάνετο ἀλληγορικὸν καὶ ὑπερβολικὸν ἅμα· τὸ δὲ τὴν οἰκουμένην αἰσθάνεσθαι ἐμφαντικὸν τῆς δυνάμεως τῆς Ἀλεξάνδρου· καὶ ἅμα δέ τι ἐκπληκτικὸν ἔχει ὁ λόγος ἠθροισμένον ἐκ τῶν τριῶν· πᾶσα δὲ ἔκπληξις δεινόν, ἐπειδὴ φοβερόν (cf. Plut. Phoc. 22; Gregor. Cor. ad Hermog. 7 p. 1181, 6). Τοῦ δὴ αὐτοῦ εἴδους καὶ τὸ ὅτι « τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων. » Καὶ τό· « ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ » (cf. Plut. Galb. 1, et Moral. p. 182, A). Καὶ ἀλλαχοῦ που· « πόλιν οὐ τὴν ἐπὶ προγόνων τὴν ναύμαχον, ἀλλὰ γραῦν σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφῶσαν. » Τὸ μὲν γὰρ γραῦν ἀλληγοροῦν ἀντὶ τοῦ ἀσθενῆ καὶ ἐξίτηλον ἤδη καὶ ἅμα ἐμφαῖνον τὴν ἀδρανίαν αὐτῆς ὑπερβολικῶς, τὸ δὲ πτισάνην ῥοφῶσαν ἐπὶ τοῦ ἐν κρεανομίαις τότε καὶ πανδαισίαις διάγουσαν ἀπολλύειν τὰ στρατιωτικὰ χρήματα. Περὶ μὲν οὖν τῆς Δημαδείου δεινότητος ἀρκεῖ τοσαῦτα, καίτοι ἐχούσης τι ἐπισφαλὲς καὶ οὐκ εὐμίμητον μάλα· ἔνεστι γάρ τι καὶ ποιητικὸν τῷ εἴδει, εἴγε ποιητικὸν ἡ ἀλληγορία καὶ ὑπερβολὴ καὶ ἔμφασις· ποιητικὸν δὲ μικτὸν κωμῳδίᾳ. Cf. Photius Lex. : « Παρέλαβον τὴν πόλιν, οὐ τὴν ἐπὶ τῶν προγόνων, ἀλλὰ γραῦν σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφοῦσαν. » Suidas : Παρέλαβε τὴν πόλιν, οὐ τὴν ἐπὶ τῶν προγόνων, ἀλλὰ γραῦν σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφοῦσαν.

8.

Plutarchus Mor. p. 803, A : Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας ... καὶ μεταφοράς, αἷς μάλιστα κινοῦσιν οἱ χρώμενοι μετρίως καὶ κατὰ καιρόν· ὡς ... καὶ Δημάδης, τὰ ναυάγια λέγων πολιτεύεσθαι τῆς πόλεως. Cf. vit. Phocion. c. 1.

9.

Valerius Maximus VII, 2, 10 : *Demadis quoque dictum sapiens : nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere : « Videte, inquit, ne dum cælum custoditis, terram amittatis. »*

10–11.

Plutarchus Mor. p. 1011, B : Εἰ μὴ καὶ τοῦ φορτίου τὸν ἱμάντα καὶ τοῦ βιβλίου τὴν κόλλαν ἀξιοῦσι μέρος εἶναι, καὶ τὰς διανομὰς τοῦ πολιτεύματος, ὡς ἔλεγε Δημάδης, κόλλαν ὀνομάζων τὰ θεωρικὰ τῆς δημοκρατίας.

Idem Cleomen. c. 27 : Καὶ Δημάδης τὰς τριήρεις μὲν καθέλκειν καὶ πληροῦν ποτε τῶν Ἀθηναίων κελευόντων, χρήματα δ' οὐκ ἐχόντων, πρότερόν ἐστιν, ἔφη, τοῦ πρωρατεῦσαι τὸ φυρᾶσαι. « Hæc quanquam corrupta esse patet, tamen post varios hominum doctorum conatus, quomodo emendanda sint incertum est. » Sauppius. Aristophanes Eq. 545 dicit : ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, κατ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι. Idem dixerit Demades. Itaque, quum οὐρὰ vox de puppi usurpetur, in φυρᾶσαι latuerit οὐρα[γῆ]σαι.

12.

Jo. Tzetzes Chil. VI, 112 :

Ὁ δὲ Δημάδης ἀνελεῖν τὸν Δημοσθένην λέγει,
συγκείμενον ἀνθρώπιον ἐκ συλλαβῶν καὶ γλώττης.
Καὶ πάλιν· κόλαξ, πού φησι, καὶ ἄνθρωπος δὲ γόης
δυστήνους λόγους μελετῶν κυκᾷ τε καὶ ταράσσει,
τυρβάσας, οἰκτισάμενος, ἄλλα ποιῶν μυρία,
προσποίητά τε δάκρυα σὺν τούτοις ἐκδακρύων.
Πάλιν ἐναντιούμενος Ἁλονησίταις λέγει·
ὑπὲρ μικρᾶς τῆς νήσου τε καὶ πόρων ἐλαχίστων
μέλλετε διαφέρεσθαι πρὸς Φίλιππον, ὦ ἄνδρες,
ἀνδρὸς ὀχλοκοποῦντός τε καὶ στασιώδους λόγοις.
Καὶ πάλιν· ὑπὸ ῥήτορος ἀνδρὸς καὶ γυναικείου.
Πάλιν· γυναικιζόμενος χλανίσι τῶν εὐσήμων
καὶ σύρων τὸ ἱμάτιον καὶ φωνασκῶν, ὡς ἔθος, [λους.
δειλοὺς ἀνάνδρους τε καλεῖ τοὺς πρεπωδῶν συμβού-
Καὶ πάλιν· τρίβων κεφαλὴν καὶ συνεχῶς ἐκβήττων,
ὡς καὶ κατακλύσειν λόγοις μέλλων τὴν ἐκκλησίαν,
Ἑλλάδα συνταράξειν τε καὶ σύμπαντας φιμώσειν,
οἳ καὶ αὐτὸν ἐπίστανται καὶ τὴν αὐτοῦ πατρίδα,
καὶ τίς τελῶν καὶ πόθεν ὢν ὑπὲρ αὐτῶν φυσᾶται·

---

dro, similis est Cyclopi excæcato. » — « Acceperunt urbem non sicut majorum temporibus pugnas navales pugnantem, sed anum sandaliis indutam et ptisanam sorbentem. »

8.

Admittit autem civilis oratio facilius quam judicialis sententias communes...et translationes, quibus maxime moventur animi hominum, modice et opportune usurpatis : quale fuit etiam Demadis qui se naufragia reipublicæ aiebat tractare.

10-11.

Nisi velis etiam lorum oneris, et gluten libri partem esse, ac divisiones pecuniæ partem reip. gerendæ : quomodo Demades dixit « pecuniam, quæ populo ex ærario habetur ad spectaculorum usum, gluten esse popularis in rep. status. »

Demades, Atheniensibus deducere naves et instruere classem jubentibus, dixit : « Antequam in prora navis imperaveris, in puppi gubernaculis præesse debes. »

12.

Demades sustulisse Demosthenem dicit, homuncionem e syllabis et lingua compositum. Rursus alibi dicit : « Assentator et præstigiator infelices orationes meditans miscet et turbat, tumultum excitans, commiserationem movens, alia agens innumera, et simulatas cum his effundens lacrymas. » Rursus adversans Halonesitis ait : « Ob parvam insulam et reditus minimos vos, Athenienses, cum Philippo inimicitias contrahere vultis, quod vir iste populum excitat verbis. » Et rursus : « A rhetore et viro muliebri. » Rursus : « Mulieres imitans chlænis insignibus et trahens pallium et vocem exercens, ut solet, ignavos et effeminatos dicit eos qui quæ decent consulunt. » Et rursus : « Fricans caput et continuo extussiens, et quasi verbis concionem inundaturus et Græciam mixturus et universos camo ad silentium adacturus, qui et ipsum et ejus patriam norunt, et cujusnam

καὶ τὰς ὀφρύας ἀνασπᾷ, καθάπερ ὁ Κριτίας,
ὁ εἷς ἐκ τῶν τριάκοντα, μὴ παῖς μαχαιρουργοῦ δέ,
ὁ βδελυρὸς καὶ βάναυσος. Καὶ πάλιν· πλάνης, γόης,
ῥήτωρ οὐκ ἐπιχώριος, ξένος τελῶν καὶ Σκύθης,
ὡς παῖς δ' οὐκ ὢν μαχαιρουργοῦ, μητρὸς δὲ τῆς Σκυ-
[θίδος,
κυκᾷ, ταράττει, θορυβεῖ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα.

13.

Idem ib. VI, 16 :

Κατὰ Δημάδου λέγει δὲ καὶ φλυαρεῖ ὁπόσα,
ἐπὶ υἱῷ τὸν Φίλιππον γαμβρὸν κατονομάζων,
ἀνθ' ὧν ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης
φάσκων· ἀνάνδρους οὐ καλῶ καθάπερ Δημοσθένης,
ἀναρριπίζων πόλεμον, εἰρήνην ἀπελαύνων,
δειλός εἰμι καὶ ἐραστὴς καθέστηκα εἰρήνης,
οὐ στέργω μάχης ἀραγμούς, οὐδὲ πολέμων κρότους,
οὐδὲ πρὸς πολυάνδριον θέλω φιλοτιμεῖσθαι.
Περὶ εἰρήνης λέγοντι, ὦ ἄνδρες, πείθεσθέ μοι,
μὴ ὀχλοκόπῳ δὲ ἀνδρὶ μάτην ὀχλοκοποῦντι·
ἀντιστροφὴ γὰρ γίνεται πραγμάτων τῷ πολέμῳ·
θάπτει πατὴρ τὸν παῖδα γάρ, γέρων τὸν γηροτρόφον.
Εἴθ' ὤφελον Δημάδην μὲν ἔχειν καὶ οἱ Θηβαῖοι·
ἔτι γὰρ ἄν, Δημόσθενες, ἦσαν αἱ Θῆβαι πόλις·
νῦν δ' εἰσὶ πολυάνδριον καὶ τόπος οἰκοπέδων.

14.

Idem ib. V, 342 :

Πρῶτος ὁ Δράκων γέγονεν Ἀθήναις νομογράφος,
ἅπασι τοῖς ἐγκλήμασιν μέχρι κλοπῆς λαγχάνων
φόνον τὸ ἐπιτίμιον ἀνηλεῶς ὁρίζων·
διὸ Δημάδης ὕστερον ῥήτωρ ὡραῖος κάλλει,
πολὺ δὲ ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις
μεγάλως εὐδοκίμησεν ἐν κριτηρίῳ λέξας·
ἔοικεν, ἄνδρες δικασταί, Δράκων ὁ νομογράφος
οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι.

Cf. Plutarch. Solon. c. 17. Ttetziana hæc ex declamationibus Demadæ suppositis petita esse probabiliter existimat Sauppius.

15.

Plutarchus Dem. c. 23 : Δημάδης ἀπολογούμενος διὰ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολὴν ἔλεγεν αὑτῷ μὲν αὐτὸν τἀναντία πολλάκις εἰρηκέναι, τῇ δὲ πόλει μηδέποτε.

16.

Antonius Melissa p. 62 Turic. : Δημάδου. « Τοῖς Ἀσκληπιάδαις μείζων ὀφείλεται χάρις ἐπερχομένην ἀναστέλλουσι νόσον ἢ παραπεσοῦσαν ἰασαμένοις· τοῦ γὰρ ἀπηλλάχθαι κακοῦ τὸ μὴ πάσχειν αἱρετώτερον.

17.

Idem p. 62 : Δημάδου. « Ὅσον τοῖς δικαίοις τὸ θεῖον συναγωνίζεται, τοσοῦτον ἀδίκοις ἐναντιοῦται. »

18.

Idem p. 68 : Δημάδου. « Τοῖς μὲν δούλοις ἡ ἀνάγκη νόμος, τοῖς δὲ ἐλευθέροις ὁ νόμος ἀνάγκη. Eadem Michael. Apostol. Proverb. 19, 46.

19.

Stobæus Flor. XXIX, 91 : Δημάδους. Δημάδης ἐρωτηθείς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη, « τὸ τῶν Ἀθηναίων, ἔφη, βῆμα· » ἐμφαίνων, ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία κρείττων πάσης σοφιστικῆς διδασκαλίας ἐστίν. Cf. Cramer. Anecd. Oxon. 4 p. 253 et Antonius Mel. p. 57.

20.

Idem IV, 69 : Δημάδου. Δημάδης τοὺς Ἀθηναίους

---

classis particeps et unde ortus ille majores quam ipsi sumat spiritus, et supercilia tollat, sicut Critias, qui triginta virorum unus fuit, non vero cultrorum fabri filius, exsecrabilis ille vilisque. » Et rursus : « Vagabundus præstigiator, orator non indigena, sed peregrinus Scytha, quasi non esset cultrorum fabri et Scythicæ mulieris filius, turbat, miscet, tumultu implet totam Græciam. »

13.

Contra Demadem Demosthenes dicit et nugatur plurima, Philippum e filio ejus generum vocans; Demades contra pacis amans erat, dicens : « Non ignavos Athenienses dico, sicut Demosthenes, qui bellum suscitat et pacem abigit; timidus sum et pacem amplector, non amo pugnæ collisiones bellorumque strepitus, neque cœmeterio delectari volo. Pacem suadenti mihi, Athenienses, obsequamini, non tumultuatori isti frustra tumultus excitanti. Nam rerum ordo bello invertitur; pater filium sepelit, senex eum qui senem alere debet. Utinam Thebani quoque Demadem habuissent; nam adhuc, Demosthenes, staret urbs Thebarum; nunc vero est cœmeterium et area domiciliorum collapsorum. »

14.

Primus Dracon fuit Atheniensibus legislator, qui omnibus criminibus ad furtum usque mortis pœnam statuit immisericors. Quare postea Demades orator formæ pulcritudine excellens, et dicteriorum verbis excellentior, valde claruit in judicio dicens : « Videtur, judices, Draco legislator non atramento, sed sanguine leges exarasse.

15.

Demades excusans suam inconstantiam, sibi ipse sæpe contraria se dixisse aiebat, civitati nunquam.

16.

Demadis : « Asclepiadis major debetur gratia imminentem morbum avertentibus, quam medentibus morbo qui jam ingruerit; nam non pati malum quam liberari eo præstat. »

17.

Demadis : « Quantum justis dii opitulantur, tantum injustis adversantur. »

18.

Demadis : « Servis necessitas pro lege, ingenuis lex necessitatis loco est. »

19.

Demades interrogatus, quo præceptore fuisset usus, « Tribunali, respondit, Atheniensium, » insinuans in negotiis experientiam quavis sophistarum institutione meliorem esse.

20.

Demades Athenienses tibiis æquiparavit, quibus si lingulam ademeris, reliquum inutile est.

εἴκαζεν αὐλοῖς, ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστι.

21.

Idem LXXIV, 56 : Δημάδους. Δημάδης εἶπε τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι.

22.

Plutarchus Mor. p. 126, E : Ὁ Δημάδης πολεμικοὺς ἀκαίρως τοὺς Ἀθηναίους ὄντας ἔλεγε μηδέποτε χειροτονεῖν εἰρήνην ἄνευ μελάνων ἱματίων.

23.

Idem ib. p. 191, E (et 216, C) : Ὁ δὲ νεώτερος Ἆγις, Δημάδου λέγοντος, ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί, « καὶ μήν, ἔφη, μάλιστα οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται. » Cf. vit. Lycurg. 19.

24.

Idem ib. p. 818, E : Οὐ χεῖρον δὲ καὶ μετάγειν ἐπ' ἄλλα χρειώδη τὸ σπουδαζόμενον, ὡς ἐποίησε Δημάδης, ὅτε τὰς προσόδους εἶχεν ὑφ' ἑαυτῷ τῆς πόλεως· ὡρμημένων γὰρ ἐκπέμπειν τριήρεις βοηθοὺς τοῖς ἀφισταμένοις Ἀλεξάνδρου καὶ χρήματα κελευόντων παρέχειν ἐκεῖνον· « Ἔστιν ὑμῖν, ἔφη, χρήματα· παρεσκευασάμην γὰρ εἰς τοὺς Χόας, ὥσθ' ἕκαστον ὑμῶν λαβεῖν ἡμιμναῖον· εἰ δ' εἰς ταῦτα βούλεσθε μᾶλλον, αὐτοὶ καταχρῆσθε τοῖς ἰδίοις. » Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅπως μὴ στεροῖντο τῆς διανομῆς, ἀφέντων τὸν ἀπόστολον, ἔλυσε τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον ἔγκλημα τοῦ δήμου. Pertinent hæc ad res olymp. 112, 2.

25.

Gregorius Cor. ad Hermog. VII, p. 1203 W. : Καὶ ὁ Δημάδης ἐρωτηθείς, Πῶς οὖν πολεμήσομεν; ἀπεκρίνατο, « Πῶς οὖν τὴν εἰρήνην ἄξομεν; »

26.

G. Gracchus apud A. Gellium Noctium attic. XI, 10 : *In terra Græcia, quo in tempore græcus tragœdus gloriæ sibi ducebat talentum magnum ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis suæ, Demades, ei respondisse dicitur : « Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum quæsisti? Ego ut tacerem, decem talenta a rege accepi. »*

27.

Stobæus Flor. LIV, 47 : Δημάδης. Δημάδης ὁ ῥήτωρ ληφθεὶς αἰχμάλωτος ἐν τῇ κατὰ Χαιρώνειαν μάχῃ ὑπὸ Φιλίππου καὶ συσταθεὶς αὐτῷ, ἐκείνου παρὰ πότον σεμνυνομένου, « Ποῦ ἡ εὐγένεια καὶ ἡ ὑπεροχὴ τῆς Ἀθηναίων πόλεως; » « Ἔγνως ἄν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, εἰ Ἀθηναίων μὲν Φίλιππος, Μακεδόνων δὲ Χάρης ἐστρατήγει. » Cf. Pseudo-Plutarchi περὶ εὐγενείας c. 2.

28.

Sextus Empiricus C. Mathem. I, § 295 p. 667, 26 Bekk : Ἡ μὲν γὰρ ὁμιλητικὴ οὐκ ἀπὸ γραμματικῆς περιγίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ἀπὸ κοινῆς τινος ἐντρεχείας· εἰ μή τι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ γραμματικὸς ἦν, πολλοῖς τῶν Ἀθηναίων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ ἧτταν συναιχμαλωτισθείς, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν Φίλιππον ἀναγκάζοντα εὐωχεῖσθαι·

τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς ἐναίσιμος εἴη,
πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
πρὶν λύσαί θ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

29.

Diodorus Sic. XVI, 87 : Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα χρήσασθαι παρρησίᾳ καὶ λόγον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως ἀσέλγειαν. Φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτόν· « Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοι περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; »

21.

Demades pudorem pulcritudinis arcem esse dixit.

22.

Demades de Atheniensibus intempestivo belligerandi studio deditis dicebat, nunquam eos nisi atratos pacem decernere.

23.

Agis junior, Demade dicente gladios Laconicos ob parvitatem devorari a præstigiatoribus, « Atqui, respondit, gladiis maxime Lacedæmonii suas hostes tangunt. »

24.

Expedit etiam id, cui populus studet, ad utilem aliquam rem traducere, sicut fecit Demades, quo tempore urbis reditus in sua habuit potestate. Quum enim adjecissent animum Athenienses ad mittendum triremes, quæ auxilium his ferrent qui ab Alexandro defecerant, et ipsam pecuniam : se eam ad choas (sacrificium id erat solenne) comparasse, ut civium quivis acciperet dimidium minæ; quod si in classem id pecuniæ vellent impendi, ad Choas quisque de suo conferret. Atque hoc modo illis, ne divisione illa spoliarentur, classis missionem omittentibus, effecit ne Alexander haberet quo nomine populum juste culparet.

25.

Demades interrogatus : « Quo igitur pacto bellum geremus? » respondit : « Quo igitur pacto pacem agemus? »

27.

Demades orator in pugna Chæronensi captus a Philippo in ejusque societatem admissus, quum inter potum rex gloriabundus interrogaret : Ubinam est Atheniensium civitatis nobilitas et eminentia? — « Cognosceres, rex, respondit, si Atheniensibus Philippus, Macedonibus vero Chares præesset. »

28.

Dextre cum hominibus versandi artem non grammaticæ studio nanciscimur, sed naturæ quadam sollertia, ni forte etiam Demades orator grammaticus fuit, qui post cladem Chæronensem cum aliis multis Atheniensibus in captivitatem abductus ad Philippum convivari cogentem dixit : « Quis enim vir qui æquus fuerit, prius sustinuerit gustare cibum ac potum quam socios solvi fecerit et oculis suis viderit (Od. 10, 388). »

29.

Demadem oratorem, qui captivorum in grege tunc erat, orationis libertate usum, verbum coercendæ regis petulantiæ accommodatum enuntiasse dicunt. Ad hunc vero modum locutus fertur : « Quando personam Agamemnonis fortuna tibi, rex, induit, Thersitæ facta repræsentare nonne te pudet?

30.

Suidas v. Δημάδης : Λόγους δὲ διδοὺς ἀρχῆς θορυβηθεὶς ἀπεδήμησεν, « οὔτε ἑαυτῶν, εἰπών, ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. »

31.

Lucianus Laud. Demosth. c. 15 : Οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης συνετίθει πρὸς μέθην τοὺς λόγους ἀλλ' ὕδωρ πίνων· ᾗ καὶ τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν.

32.

Plutarchus Dem. c. 11 : Ἐν δὲ ταῖς ἀπαντήσεσι ταῖς παρὰ τὸν καιρὸν ἐχρῆτο καὶ τῷ γελοίῳ. Δημάδου μὲν γὰρ εἰπόντος· « Ἐμὲ Δημοσθένης, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν ; » Αὕτη, εἶπεν, ἡ Ἀθηνᾶ πρώην ἐν Κολλυτῷ μοιχεύουσα ἐλήφθη. »

33.

Æsopi fab. 178 : Δημάδης ὁ ῥήτωρ δημηγορῶν ποτε ἐν Ἀθήναις, ἐκείνων οὐ πάνυ αὐτῷ προσεχόντων ἐδεήθη αὐτῶν, ὅπως ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ μῦθον εἰπεῖν. Συγχωρησάντων δὲ αὐτῶν αὐτῷ ἀρξάμενος ἔλεγε· Δήμητρα καὶ χελιδὼν καὶ ἔγχελυς τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐβάδιζον. Γενομένων δὲ αὐτῶν κατά τινα ποταμὸν ἡ μὲν χελιδὼν ἔπτη, ἡ δὲ ἔγχελυς κατέδυ. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν. Ἐρομένων δὲ αὐτῶν· Ἡ δὲ Δήμητρα τί πέπονθεν; ἔφη· « Κεχόλωται ὑμῖν, οἵτινες τὰ τῆς πόλεως ὑμῶν πράγματα ἐάσαντες μύθων ἀνέχεσθε. »

« Multa ex iis, quæ attuli, non ad rem videbuntur pertinere; sed id secutus sum, ut proponerem, quæcunque videri poterant fando accepta et per ora hominum tradita denique apophthegmatum speciem induisse, cum ab initio locum in oratione Demadis habuissent. Sed quæ H. Lhardy p. 76 sq. (frg. 19—22) posuit (Ælian. V. H. 14, 10. Plutarch. Phoc. c. 20, de cupid. divitiar. p. 525, B. Phocion c. 30), ea ita comparata sunt, ut ex oratione desumpta esse non possint. Quare restat quem afferendum esse videam unus locus :

34.

Schol. Hesiod. Theog. 914 : Ἡρπάσθαι δὲ τὴν Περσεφόνην φασὶν οἱ μὲν ἐκ Σικελίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς δὲ ἐκ τῶν περὶ τὸν Ὠκεανὸν τόπων, Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Δημάδης (Δημέας, Δημαίας v. lect.) δὲ ἐν νάπαις. « Nec quænam sint illæ νάπαι patet, nec quonam in libro vel qua in oratione Demades hæc dicere potuerit. » SAUPPIUS. Napen, Lesbi urbem, indicari censuit Ebert.; conjiceres ἐν Ἔννας νάπαις, nisi jam dictum esset : οἱ μὲν ἐκ Σικελίας. Quodsi locus petitus est ex *Deli historia*, quam Suidas Demadi oratori tribuit, fortasse erat ἐκ Ἑκάτης (νήσου), quæ insula ad Delum sita erat.

LIII. ÆSION.

Suidas v. Δημοσθένης : Συνεφιλολόγησε δὲ (Demosthenes) Αἰσίωνι τῷ Ἀθηναίῳ.

Aristoteles Rhet. III, 10 : Αἰσίων δέ, ὅτι εἰς Σικελίαν τὴν πόλιν ἐξέχεαν· τοῦτο γὰρ μεταφορὰ καὶ πρὸ ὀμμάτων. Καί· ὥστε βοῆσαι τὴν Ἑλλάδα· καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ μεταφορὰ καὶ πρὸ ὀμμάτων. Cf. Plutarchus Demosth. c. 11 : Αἰσίωνα δέ φησιν Ἕρμιππος ἐρωτηθέντα περὶ τῶν πάλαι ῥητόρων καὶ τῶν καθ' αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους, ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσιν. Idem Demosthenes de se et Callistrato dixit, ut tradit schol. in Demosth. c. Timocr. p. 785 ed. Dindf.

30.

Quum Demades magistratus a se gesti rationes redderet, ob metum urbe cessit, « neque ipsi vestrum, inquiens, nec mei estis domini. »

31.

Non eodem modo per ebrietatem composuit orationes Demosthenes, sed aquam potans : unde etiam lusisse dicitur in hanc ipsius aquæ bibendæ consuetudinem Demades, alios dicere ad aquam, Demosthenem vero ad aquam scribere.

32.

Facetiis quoque Demosthenes ex tempore in congressibus usus est. Ut quum dicenti Demadi : « Demosthenes me, sus Minervam ? » — « Hæc, respondit, Minerva nuper in Collytto est in adulterio deprehensa. »

33.

Demades orator, Atheniensibus ipsi concionanti aures non præbentibus, fabulam narrandi veniam ex iis petivit. Qua data, infit : « Ceres et hirundo et anguilla eadem via ibant. Et quum ad fluvium quendam pervenissent, hirundo transvolavit, anguilla vero insiluit : » et his dictis Demades conticuit; rogante autem plebe quidnam Ceres fecerit, respondit : « Vobis irascitur, ut qui missis negotiis publicis fabulas audire sustineatis. »

LIII. Demosthenes Æsionem Atheniensem in eloquentiæ studio socium habuit.

Æsion dixit : « Athenienses civitatem in Siciliam effuderunt »... et « clamare Græciam. »

LIV. PITHOLAUS.

Aristoteles Rhet. III, 10 : Καὶ Πειθόλαος· τὴν πάραλον ῥόπαλον τοῦ δήμου, Σηστὸν δὲ τηλίαν τοῦ Πειραιέως. Pitholaus ille esse videtur Pherarum in Thessalia tyrannus, a Philippo tyrannide ejectus (Ol. 107, 1, 352), et ab Atheniensibus civitate donatus et deinde privatus. V. Aristot. Rhet. III, 9 p. 395, 26; Diodor. XVI, 37; Demosthenes in Neær. § 91, p. 1376.

LV. PHORMIO.

Hermogenes t. III, p. 429, 26 Walz. : Ἐν δὲ τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ καὶ ἡ τῆς τάξεως μεταβολὴ χώραν ἔχει· ὥσπερ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας. Φορμίωνος γὰρ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου καὶ χρησαμένου τοῖς κεφαλαίοις τῆς διαιρέσεως, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ καλῷ, τῷ τῆς ἀξίας, ἀνέστρεψε τὴν τάξιν μεταβαλών. Πῶς δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἐν τοῖς περὶ τούτου λόγοις διεξήλθομεν. (Cf. Gregor. ad h. l. 7 p. 1297, 20. Walzii summarium orat. leptin. p. 411, 18 Bk. et orat. ipsius § 144.) Aliunde de hoc oratore non constat.

LVI. CYDIAS.

« Cum Athenienses a. 352 (Ol. 107, 1) duo milia cleruchorum in insulam Samum deducere vellent, Cydias hoc dissuasit : sine dubio hoc argumento usus, ut hanc Atheniensium consuetudinem cleruchos mittendi Græcis omnibus turpem videri diceret. Cf. Bœckh. OEcon. publ. Ath. 1 p. 455 sqq. De Cydia cf. Ruhnk. Hist. crit. p. 74. » SAUPPIUS.

